This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

L. ANNÆI
FLORI
EPITOME ALTERA
RERUM ROMANARUM

Ex recenſione

JO. GEORGII GRAEVII

Cum ejuſdem Annotationibus, longe auctioribus.

Acceſſere

Notæ integræ CL. SALMASII, JO. FREINSHEMII, & Variorum.

Nec non

NUMISMATA ET ANTIQUA MONUMENTA in hac nova Editione, ſuo cuique loco inſerta.

Cum variantibus lectionibus & Indice.

In ſine additus eſt

L. AMPELIUS ex Bibliotheca CL. SALMASII.

TOMUS II.

AMSTELÆDAMI,
Apud GEORGIUM GALLET.
M. DCCII.

L 2295

Digitized by Google

EPITOME ALTERA HISTORIÆ ROMANÆ;

ſive, Argumenta

LIBRORUM T. LIVII,

Etiam illorum qui interciderunt, eodem Floro, ut vulgo volunt, auctore.

EPITOME LIBRI I.

ADVENTUS Æneæ in Italiam & res ab eo geſtæ: Aſcanii regnum Albæ, & Silvii Æneæ, ac deinceps Silviorum regum, primo libro continentur. Numitoris filia à Marte compreſſa, nati Romulus & Remus: Amulius obtruncatus. Urbs à Romulo condita. Senatus lectus. Cum Sabinis bellatum. Opima ſpolia Jovi Feretrio lata. In curias populus diviſus. Fidenates & Veientes victi. Romulus conſecratus. Numa Pompilius ritus ſacrorum tradidit: Jano templum conſtituit: ejuſque portam, pacatis omnibus circa populis, primus clauſit: cum Dea Ægeria ſibi congreſſus nocturnos eſſe ſimulans, feroces populi animos ad religionem perpulit: Tullus Hoſtilius Albanos bello petiit. Poſthæc Tergeminorum pugna. Horatius abſolutus. Metii Fuffetii ſupplicium: Alba diruta; Albani in civitatem recepti: Sabinis bellum indictum. Ad poſtremum fulmine Tullus abſumptus eſt. Ancus Marcius cærimonias à Numa inſtitutas renovavit: Latinis victis, & ad civitatem aſcitis, montem Aventinum aſſignavit: Politorium urbem Latinorum

Digitized by Google

bello repetitam, quam priſci Latini occupaverant, diruit: pontem Sublicium in Tiberim fecit: Janiculum collem urbi addidit: fines imperii protulit: Oſtiam condidit. Regnavit annos XXXIII. Eo regnante, Lucumo, Damarati Corinthii filius, a Tarquiniis, Etruriæ civitate, Romam venit, & in amicitiam Anci receptus, Tarquinii nomen ferre cœpit, &, poſt mortem Anci, regnum excepit. Centum additis, patrum numerum auxit: Latinos ſubegit, Circum deſignavit, ludos edidit: Sabinorum bello petitus, equitum centurias ampliavit. Tentandæ ſcientiæ cauſa Attii Navii auguris, conſuluiſſe fertur, an id, de quo cogitaret, effici poſſet: quod cum ille fieri poſſe reſpondiſſet, juſſiſſe eum novacula cotem præcidere, idque protinus ab Attio factum. Sabinos præterea acie vicit: urbem muro circumdedit. cloacas fecit. occiſus eſt ab Anci filiis, cum regnaſſet annos XXXVIII. Succeſſit ei Ser. Tullius, natus ex captiva nobili Corniculana; cui puero adhuc in cunis poſito caput arſiſſe traditum eſt. Is Veientes atque Etruſcos prælio fudit. Cenſum primus omnium egit. Luſtrum condidit, quo cenſa octoginta millia eſſe dicuntur. Claſſes centuriaſque deſcripſit. Pomœrium protulit: Colles urbi, Quirinalem, Viminalem, Eſquilinumque adjecit. Templum Dianæ cum Latinis in Aventino fecit. Interfectus eſt a L. Tarquinio Priſci filio, conſilio filiæ ſuæ Tulliæ, cum regnaſſet annos triginta quatuor. Poſt hunc L. Tarquinius Superbus, neque patrum, neque populi juſſu, regnum invaſit: quo die ſcelerata Tullia per patris jacentis corpus carpentum egit. Armatos circa ſe ad cuſtodiam corporis ſui habuit. Turnum Herdonium fraude interemit. Bellum cum Volſcis geſſit: & ex eorum præda templum Jovi in Capitolio fecit. Terminus & Juventas non addixere: quorum aræ moveri non potuerunt: Filii Sexti Tarquinii dolo, Gabios in poteſtatem ſuam redegit. Hujus filiis Delphos profectis, & conſulenti-

Digitized by Google

bus, quis eorum regnaturus eſſet Romæ, dictum eſt, eum regnaturum, qui primum matrem oſculatus eſſet. Quod reſponſum cum ipſi aliter interpretarentur, Junius Brutus, qui cum iis profectus erat, prolapſum ſe ſimulavit, & terram oſculatus eſt. idque factum ejus, eventum rei comprobavit. Nam quum impotenter ſe gerendo Tarquinius Superbus omnes in odium ſui adduxiſſet; ad ultimum, propter expugnatam nocturna vi a Sextio, filio ejus, Lucretiæ pudicitiam, quæ, vocato patre ad ſe Tricipitino, & viro Collatino, obteſtata, ne inulta mors ejus eſſet, cultro ſe interemit; Bruti opera maxime expulſus eſt, quum regnaſſet annos viginti quinque. Tunc conſules primum creati ſunt, L. Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.

EPITOME LIB. II.

BRutus jurejurando populum aſtrinxit, neminem regnare Romæ paſſurum Tarquiniorum. Collatinum collegam ſuum, propter affinitatem Tarquiniorum ſuſpectum, coëgit conſulatu ſe abdicare, & civitate cedere. bona regum diripi juſſit: agrum Marti conſecravit: qui campus Martius nominatus eſt. adoleſcentes nobiles, in quibus ſuos quoque & ſororis filios, quia conjuraverant de recipiendis regibus, ſecuri percuſſit. ſervo indici, cui Vindicius nomen fuit, libertatem dedit: ex cujus nomine vindicta eſt appellata. Quum adverſus reges, qui, contractis Veientium & Tarquinienſium copiis, bellum intulerant, exercitum duxiſſet, in acie cum Arunte, filio Superbi, commortuus eſt: eumque matronæ annum luxerunt. P. Valerius conſul legem de provocatione ad populum tulit. Capitolium dedicatum eſt. Porſena Rex Cluſinorum, bello pro Tarquiniis ſuſcepto,, quum ad Janiculum veniſſet, ne Tiberim tranſiret, virtute Coclitis Horatii prohibitus eſt: qui, dum alii pontem ſublicium reſcindunt, ſolus

Digitized by Google

Etruſcos ſuſtinuit: &, ponte rupto, armatus ſe in flumen miſit: & ad ſuos tranavit. Alterum acceſſit virtutis exemplum a Mucio, qui, quum ad feriendum Porſenam caſtra hoſtium intraſſet, occiſo ſcriba, quem regem eſſe putabat, comprehenſus, impoſitam altaribus manum, in quibus ſacrificatum erat, exuri paſſus eſt: dixitque, tales trecentos eſſe conjuratos in mortem ipſius regis, quorum admiratione coactus Porſena pacis conditiones ferre, bellum omiſit, acceptis obſidibus. ex quibus virgo una Clœlia deceptis cuſtodibus per Tiberim ad ſuos tranavit; & quum reddita eſſet Porſenæ, honorifice remiſſa, equeſtrique ſtatua donata eſt. Ap. Claudius ex Sabinis Romam transfugit: ob hoc Claudia tribus adjecta eſt Numerus tribuum ampliatus eſt, ut eſſent viginti una. Adverſus Tarquinium Superbum, cum Latinorum exercitu bellum inferentem, A. Poſthumius dictator proſpere pugnavit apud lacum Regillum. Plebs, quum propter nexos ob æs alienum, Sacrum in montem ſeceſſiſſet, conſilio Menenii Agrippæ ſeditione revocata eſt. Idem Agrippa, quum deceſſiſſet, propter paupertatem publico impendio elatus eſt. Tribuni plebis quinque creati ſunt. Oppidum Volſcorum Corioli captum eſt virtute & opera C. Marcii, qui ob hoc Coriolanus vocatus eſt. Tib. Atinius, vir de plebe, quum in viſu admonitus eſſet, ut de quibuſdam religionibus ad Senatum perferret, & neglexiſſet, amiſſo filio, debilis factus, poſteaquam delatus ad Senatum lectica, eadem illa indicaverat, uſu pedum recepto, domum reverſus eſt. Quum C. Marcius Coriolanus, qui in exilium erat pulſus, dux Volſcorum factus, exercitum hoſtium urbi Romæ admoviſſet, & miſſi ad eum primum legati, poſtea ſacerdotes, fruſtra deprecati eſſent, ne bellum patriæ inferret: Veturia mater, & Volumnia uxor, impetraverunt ab eo, ut recederet. Lex agraria primum lata eſt. Sp.

Caſ-

Caſſius conſularis, regni crimine damnatus eſt, necatuſque. Oppia virgo Veſtalis ob inceſtum viva defoſſa eſt. Quum vicini hoſtes Veientes, incommodi magis, quam graves, eſſent, familia Fabiorum id bellum gerendum depopoſcit. miſitque in id trecentos ſex armatos: qui ad Cremeram ad unum ab hoſtibus cæſi ſunt: uno impubere domi relicto. Appius Claudius conſul, quum adverſus Volſcos contumacia exercitus male pugnatum eſſet, decimum quemque militum fuſte percuſſit. Res præterea adverſum Volſcos, & Æquos, & Veientes, & ſeditiones inter Patres plebemque, continet.

EPITOME LIB. III.

SEditiones de agrariis legibus factæ. Capitolium ab exulibus & ſervis occupatum, cæſis iis receptum eſt. Cenſus bis actus. priore luſtro cenſa civium capita centum quatuor & viginti millia ducenta quatuordecim, præter orbos, orbaſque. ſequenti, centum triginta duo millia quadringenta novem. Quum adverſus Æquos res male geſta eſſet, L. Quintius Cincinnatus dictator factus, quum rure intentus ruſtico operi eſſet, ad id bellum gerendum accerſitus eſt. Is victos hoſtes ſub jugum miſit. Tribunorum plebis numerus ampliatus eſt: ut eſſent decem, trigeſimo ſexto anno a primis tribunis plebis. Petitis per legatos, & allatis Atticis legibus, ad conſtituendas eas proponendaſque decemviri pro conſulibus ſine ullis aliis magiſtratibus creati, altero & trecenteſimo anno, quam Roma condita erat: & ut a regibus ad conſules, ita a conſulibus ad decemviros, tranſlatum imperium. Ii decem tabulis legum poſitis, quum modeſte ſe in eo honore geſſiſſent, & ob id in alterum quoque annum eundem eſſe magiſtratum placuiſſet, quum complura impotenter feciſſent, magiſtratum noluerunt deponere, & in tertium annum retinuerunt: donec invicto eorum imperio finem

attulit libido Ap. Claudii. Qui quum in amorem virginis incidiſſet, ſubmiſſo, qui eam in ſervitutem peteret, neceſſitatem patri ejus Virginio impoſuit, rapto ex taberna proxima cultro, ut filiam interimeret, cum aliter eam tueri non poſſet, ne in poteſtatem ſtuprum illaturi veniret. Hoc tam magno luxuriæ exemplo plebs incitata, montem Aventinum occupavit, coëgitque decemviros abdicare ſe magiſtratu. ex quibus Appius, & unus collegarum, qui præcipue pœnam meruerant, in carcerem conjecti, ceteri in exilium acti. Res præterea contra Sabinos, & Volſcos, & Æquos, proſpere geſtas continet. & parum honeſtum populi Romani judicium: qui judex inter Ardeates & Aricinos ſumptus, agrum, de quo ambigebatur, ſibi adjudicavit.

EPITOME LIB. IV.

LEx de connubio Patrum & plebis a tribunis plebis, contentione magna, Patribus repugnantibus, perlata eſt. Tribuni militares. Aliquot annis res populi Romani domi militiæque per hoc genus magiſtratus adminiſtratæ. Item cenſores tunc primum creati. Ager Ardeatinus Romani populi judicio ablatus, miſſis in eum colonis, reſtitutus eſt. Cum fame populus Romanus laboraret, Sp. Melius eques Romanus frumentum populo ſua impenſa largitus eſt: & ob id factum conciliata ſibi plebe, regnum affectans, a C. Servilio Ahala magiſtro equitum, juſſu Quintii Cincinnati dictatoris, occiſus eſt: L. Minutius index bove aurata donatus eſt. Legatis Romanis a Fidenatibus occiſis, quoniam ob Rempublicam occubuerant, ſtatuæ in roſtris poſitæ ſunt. Cornelius Coſſus tribunus militum, occiſo Tolumnio rege Veientium, opima ſpolia ſecunda retulit. Mamercus Æmilius dictator, cenſuræ honore, qui antea per quinquennium gerebatur, anni & ſex men-

ſium

ſium ſpatio finito, ob eam rem a cenſoribus notatus eſt. Fidenæ in poteſtatem redactæ eoque coloni miſſi ſunt. quibus occiſis Fidenates, quum defeciſſent a populo Romano, a Mamerco Æmilio dictatore victi ſunt, & Fidenæ captæ. Conjuratio ſervorum oppreſſa. Poſthumius, tribunus militum, propter crudelitatem ab exercitu occiſus eſt. Stipendium ex ærario tum primum militibus datum. Res præterea geſtas adverſum Volſcos, & Veientes, Fidenates, & Faliſcos, continet.

Epitome Lib. V.

IN obſidione Veiorum hibernacula militibus facta ſunt. ea res, quum eſſet nova, indignationem tribunorum movit, querentium, non dari plebi, nec per hiemem, militiæ requiem. Equites tum primum equis ſuis merere cœperunt. Quum inundatio ex lacu Albano facta eſſet, vates, qui eam rem interpretaretur, de hoſtibus captus eſt. Furius Camillus dictator decem annos obſeſſos Veios cepit: ſimulacrum Junonis Romam tranſtulit: decimam partem prædæ Delphos Apollini miſit. Idem tribunus militum, quum Faliſcos obſideret, proditos hoſtium filios parentibus remiſit: ſtatimque deditione facta, Faliſcorum victoriam juſtitia conſecutus eſt. Quum alter ex cenſoribus C. Julius deceſſiſſet, in locum ejus M. Cornelius ſuffectus eſt, nec id poſtea factum eſt: quoniam eo luſtro a Gallis Roma capta eſt. *Furius Camillus, quum ei dies a L. Apuleio tribuno plebis dicta eſſet, in exilium abiit. Quum Senones Galli Cluſium obſiderent, & legati, a Senatu miſſi ad componendam inter eos & Cluſinos pacem, pugnantes contra Gallos in acie Cluſinorum ſtetiſſent; hoc facto eorum concitati Senones urbem infeſto exercitu petierunt, fuſiſque ad Alliam flumen Romanis, cepere urbem, præter Capitolium, in quod ſe juventus con-

contulerat: majores natu cum inſignibus honorum, quos quiſque geſſerat, in veſtibulis ædium ſedentes occiderunt. & quum per averſam partem Capitolii jam in ſummum evaſiſſent, proditi clangore anſerum, M. Manlii præcipue opera dejecti ſunt. coactis deinde propter famem Romanis deſcendere, ut mille pondo auri darent, & hoc pretio finem obſidionis emerent; Furius Camillus dictator abſens creatus, inter pendendum aurum cum exercitu venit; & Gallos poſt ſextum menſem urbe expulit, ceciditque. Ædes Aio Loquutio facta, quo loco ante urbem captam vox audita erat, adventare Gallos. Dictum eſt ad Veios, migrandum eſſe, propter incenſam, & dirutam urbem. quod conſilium Camillo auctore diſcuſſum eſt. Movit populum vocis quoque omen ex centurione auditæ, qui, quum in forum veniſſet, manipulariis ſuis dixerat, Sta miles, heic optime manebimus.

EPITOME LIB. VI.

RES adverſus Æquos, & Volſcos, & Præneſtinos, proſpere geſtas continet. Quatuor tribus additæ, Stellatina, Sabatina, Tromentina, Narnienſis. M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, quum obſtrictos ære alieno liberaret, nexos exſolveret, crimine affectati regni damnatus; de ſaxo Tarpeio dejectus eſt: in cujus notam Senatusconſultum factum, ne cui de Manlia gente Marco cognomen eſſet. C. Licinius, & L. Seſtius tribun. pleb. legem promulgarunt, ut conſules etiam ex plebe fierent, qui ex Patribus creabantur. eamque legem cum magna contentione, repugnantibus Patribus, quum eidem tribuni plebis per quinquennium ſoli magiſtratus fuiſſent, pertulerunt, & primus ex plebe conſul L. Seſtius creatus eſt. Lata eſt altera lex, ne cui plus quingentis jugeribus agri liceret poſſidere.

Digitized by Google

EPITOME LIB. VII.

DUo novi magiſtratus adjecti ſunt; prætura & ædilitas curulis. Peſtilentia civitas laboravit, eamque inſignem fecit mors Furii Camilli, cujus remedium & finis quum per novas religiones quæreretur, ludi ſcenici tunc primum facti ſunt. Quum dies L. Manlio dicta eſſet a M. Pomponio tribuno plebis, propter delectum acerbe actum, & T. Manlium filium, relegatum ſine ullo crimine; adoleſcens ipſe, cujus relegatio patri objiciebatur, venit in cubiculum tribuni, ſtrictoque gladio coëgit eum in verba ſua jurare, Non perſeveraturum ſe in accuſatione. Tunc omnia pretioſa miſſa ſunt in patentem voraginem urbis Romæ. in eam Curtius armatus equo ſe præcipitavit, eaque expleta eſt. T. Manlius adoleſcens, qui patrem a Tribunitia vexatione liberaverat, contra Gallum provocantem aliquem ex militibus Romanis, in ſingulare certamen deſcendit, eique occiſo torquem aureum detraxit: quem ipſe poſtea tulit, & ex eo Torquatus eſt nuncupatus. Duæ tribus additæ, Pomtina & Publicia. Licinius Stolo lege ab ipſo lata damnatus eſt, quod plus quingentis jugeribus agri poſſideret. M. Valerius tribunus militum, Gallum, a quo provocatus erat, inſidente galeæ corvo, & unguibus roſtroque hoſtem infeſtante, interemit, & ex eo Corvini nomen accepit: conſulque proximo anno creatus eſt ob virtutem, quum vigeſimum tertium ageret annum. Amicitia cum Carthaginienſibus juncta. Campani, quum urgerentur a Samnitibus bello, auxilio adverſus eos a ſenatu petito; quum id non impetrarent, urbem atque agros populo Romano dediderunt. ob quam cauſſam ea, quæ populi Romani facta eſſent, defendi bello adverſus Samnites placuit. Quum ab A. Cornelio conſule exercitus, in iniquum locum deductus, in magno diſcrimine eſ-

ſet,

ſet, P. Decii Muris tribuni militum opera ſervatus eſt. qui occupato colle ſuper id jugum, in quo Samnites conſederant, occaſionem conſuli in æquiorem locum evadendi dedit: ipſe ab hoſtibus circumſeſſus erupit. Milites Romani, qui Capuæ in præſidio erant relicti, quum de ea occupanda urbe conſpiraſſent, & detecto conſilio, metu ſupplicii a populo Romano defeciſſent: per M. Valerium Corvinum dictatorem, qui conſilio ſuo eos a furore revocarat, patriæ reſtituti ſunt. Res præterea contra Hernicos, & Gallos, & Tiburtes, & Privernates, & Tarquinienſes, & Samnites, & Volſcos, proſpere geſtas continet.

EPITOME LIB. VIII.

LAtini cum Campanis defecerunt, & miſſis legatis ad ſenatum conditionem tulerunt, ut, ſi pacem habere vellent, alterum ex Latinis conſulem facerent. Qua legatione perlata, prætor eorum Annius de Capitolio ita prolapſus eſt, ut exanimaretur. T. Manlius conſul filium, quod contra edictum adverſum Latinos, quamvis proſpere, pugnaſſet, ſecuri percuſſit. Laborantibus in acie Romanis, P. Decius, tunc conſul cum Manlio, devovit ſe pro exercitu: &, concitato equo, quum in medios hoſtes ſe intuliſſet, interfectus, morte ſua Romanis victoriam reſtituit. Latini in deditionem venerunt. T. Manlio in urbem reverſo, nemo ex juventute obviam proceſſit. Minucia virgo Veſtalis, inceſti damnata eſt. Auſonibus victis, in oppidum ex iis captum Cales colonia deducta eſt. Item Fregellæ colonia deductæ ſunt. Veneficium compluriurn matronarum deprehenſum: quarum plurimæ ſtatim epotis medicaminibus perierunt. Lex de veneficio tunc primum conſtituta. Privernatibus, quum rebellaſſent, victis civitas data eſt. Palæpolitani, bello & obſidione victi, in deditionem venerunt. Q. Publilio, qui eos obſe-

Digitized by Google

derat primo, & imperium prolatum, & pro conſule decretus triumphus. Plebs nexu liberata eſt, propter Lucii Papirii creditoris libidinem, qui C. Publilio debitori ſuo ſtuprum inferre voluerat. Quum L. Papirius dictator reverſus in urbem ab exercitu eſſet propter auſpicia repetenda, Q. Fabius magiſter equitum, occaſione rei bene gerendæ invitatus, contra edictum ejus proſpere adverſus Samnites pugnavit. Ob eam cauſſam, quum dictator de magiſtro equitum ſupplicium ſumpturus videretur, Fabius Romam profugit: &, quum cauſſa parum proficeret, populi precibus donatus eſt. Res præterea contra Samnites proſpere geſtas continet.

EPITOME LIB. IX.

Titus Veturius, & Sp. Poſthumius, apud Caudinas Furcas, deducto in locum iniquum exercitu, quum nulla ſpes evadendi eſſet, fœdere cum Samnitibus facto, & ſexcentis equitibus Romanis obſidibus datis, ita exercitum abduxerunt, ut omnes ſub jugum mitterentur. iidemque, auctore Sp. Poſthumio conſule, qui in ſenatu ſuaſerat, ut eorum deditione, quorum culpa tam deforme fœdus ictum erat, publica fides liberaretur, cum duobus tribunis plebis & omnibus qui fœdus ſpoponderant, dediti Samnitibus, non ſunt recepti. nec multo poſt fuſis a Papirio Curſore Samnitibus, & ſub jugum miſſis, receptiſque ſexcentis equitibus Romanis, qui obſides dati erant, pudor prioris flagitii abolitus. Tribus duæ adjectæ ſunt. Ap. Claudius cenſor aquam Claudiam perduxit: viam ſtravit, quæ Appia vocata eſt: libertinorum filios in ſenatum legit. Ideoque, quoniam is ordo videbatur inquinatus indignis, ſequentis anni conſules in ſenatu legendo obſervaverunt, quemadmodum ante per proximos cenſores obſervatum fuerat. Res præterea contra Apulos, Etruſ-

Digitized by Google

truſcos, Umbros, Marſos, Pelignos, Æquos & Samnites, quibus fœdus erat reſtitutum, proſpere geſtas continet. Flavius Scriba, libertino patre natus, ædilis curulis fuit; per forenſem factionem creatus: quæ quum comitia & campum turbaret, & in iis propter nimias vires dominaretur, a Q. Fabio cenſore in quatuor tribus redacta eſt. Eaque res Fabio Max. nomen dedit. In hoc libro mentio Alexandri Magni, qui temporibus his fuit, & æſtimatis populi Romani viribus quæ tunc erant, colligit, ſi Alexander in Italiam trajeciſſet, non tam facilem ei victoriam de populo Romano fore, quam de iis gentibus quas ad Orientem imperio ſuo ſubjecerat.

EPITOME LIB. X.

COloniæ deductæ ſunt Sora ac Alba. Carſeoli Marſi in deditionem accepti. Collegium augurum ampliatum eſt, ut eſſent novem, cum antea quaterni fuiſſent. Lex de provocatione ad populum, a Valerio conſule tunc tertium lata eſt. Duæ tribus adjectæ ſunt, Avienſis & Tarentina. Samnitibus bellum indictum; & adverſus eos ſæpe proſpere pugnatum. Quum adverſus Etruſcos, Umbros, Samnites, Gallos, P. Decio & Q. Fabio ducibus, pugnaretur, Romanuſque exercitus in maximo eſſet diſcrimine, P. Decius, ſecutus exemplum patris, devovit ſe pro exercitu, & morte ſua victoriam ejus pugnæ populo Romano dedit. Papirius Curſor, Samnitium exercitum, qui jurejurando obſtrictus, quo majore conſtantia virtutis pugnaret, in aciem deſcenderat, fudit. Cenſus actus eſt. luſtrum conditum. cenſa ſunt civium capita ducenta ſexaginta duo millia & trecenta viginti duo.

EPITOME LIB. XI.

QUum Fabius Gurges conſul male adverſum Samnites pugnaſſet, & ſenatu de removendo

eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus pater deprecatus hanc ſibi ignominiam, eo maxime ſenatum movit, quod iturum ſe filio legatum pollicitus eſt, idque præſtitit. ejus conſiliis & opera filius conſul adjutus, cæſis Samnitibus triumphavit. C. Pontium imperatorem Samnitium, ductum in triumpho, ſecuri percuſſit. Quum civitas peſtilentia laboraret: miſſis legatis, ut Æſculapii ſignum Romam ab Epidauro transferrent; anguem, qui ſe in navem eorum contulerat, in quo ipſum numen eſſe conſtabat, deportavere: eoque in inſulam Tiberis egreſſo, eodem loco ſedes Æſculapio conſecrata eſt. L. Poſthumius conſularis, quoniam, quum exercitui præeſſet, opera militum in agro ſuo uſus erat, damnatus eſt. Cum Samnitibus pacem petentibus fœdus quarto renovatum eſt. Curius Dentatus conſul, Samnitibus cæſis, & Sabinis, qui rebellaverant, victis, & in deditionem acceptis, bis in eodem magiſtratu triumphavit. Coloniæ deductæ ſunt, Caſtrum, Sena, Adria. Triumviri capitales tunc primum creati ſunt. Cenſu acto luſtrum conditum eſt: cenſa ſunt civium capita ducenta ſeptuaginta tria millia. Plebs, propter æs alienum, & graves & longas ſeditiones, ad ultimum ſeceſſit in Janiculum. unde a Q. Hortenſio Dictatore deducta eſt; iſque in ipſo magiſtratu deceſſit. Res præterea contra Volſinienſes geſtas continet: item adverſus Lucanos, contra quos auxilium Thurinis ferre placuerat.

EPITOME LIB. XII.

QUum legati Romanorum a Gallis Senonibus interfecti eſſent, bello ob id Gallis indicto, L. Cæcilius prætor cum legionibus ab iis cæſus eſt. Quum a Tarentinis claſſis Romana direpta eſſet, duumviro, qui præerat claſſi, occiſo, legati ad eos a ſenatu, ut de iis injuriis quererentur, miſſi, pulſati ſunt. ob id,

Digitized by Google

bellum iis indictum eſt. Samnites defecerunt. Adverſus eos, & Lucanos, & Bruttios, & Etruſcos, aliquot præliis a compluribus ducibus bene pugnatum eſt. Pyrrhus Epirotarum rex, ut auxilium ferret Tarentinis, in Italiam venit. Cum in præſidium Rheginorum legio Campana cum præfecto Decio Jubellio miſſa eſſet, occiſis Rheginis Rhegium occupavit.

EPITOME LIB. XIII.

VAlerius Lævinus conſul parum proſpere adverſus Pyrrhum pugnavit: elephantorum maxime inuſitata facie territis militibus. Poſt prælium, quum corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inſpiceret, omnia verſa in hoſtem invenit: populabundusque ad urbem Romam proceſſit. C. Fabricius, miſſus ad eum a ſenatu, ut de redimendis captivis ageret, fruſtra, ut patriam deſereret, a rege tentatus eſt. captivi ſine pretio remiſſi ſunt. Cyneas legatus a Pyrrho ad ſenatum miſſus, petiit, ut componendæ pacis rex in urbem reciperetur. de qua re quum ad frequentiorem ſenatum referri placuiſſet, Ap. Claudius, qui propter valetudinem oculorum jam diu conſiliis publicis ſe abſtinuerat, venit in curiam, & ſententia ſua tenuit, ut id Pyrrho negaretur. Cn. Domitius cenſor primus ex plebe luſtrum condidit. cenſa ſunt civium capita ducenta ſeptuaginta octo millia ducenta viginti duo. Iterum adverſus Pyrrhum dubio eventu pugnatum eſt. Cum Carthaginienſibus quarto fœdus renovatum eſt. Quum C. Fabricio conſuli is, qui ad eum a Pyrrho transfugerat, polliceretur, ſe regi venenum daturum, cum indicio ad regem remiſſus eſt. Res præterea contra Etruſcos, Lucanos, Bruttios, & Samnites, proſpere geſtas continet.

EPI-

EPITOME LIB. XIV.

PYrrhus in Siciliam trajecit. Quum inter alia prodigia fulmine dejectum eſſet in Capitolio Jovis ſignum, caput ejus per aruſpices inventum eſt. Curius Dentatus, quum delectum haberet; ejus, qui citatus non reſponderat, bona primus vendidit. Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiam reverſum vicit, & Italia expulit. Fabricius cenſor P. Cornelium Rufinum conſularem ſenatu movit, quod is decem argenti pondo facti haberet. Luſtro a cenſoribus condito, cenſa ſunt capita civium ducenta ſeptuaginta unum millia ducenta viginti quatuor. Cum Ptolomæo Ægypti rege ſocietas juncta eſt. Sextilia virgo Veſtalis, damnata inceſti, viva defoſſa eſt. Coloniæ deductæ ſunt, Poſidonia, & Coſſa. Carthaginienſium claſſis auxilio Mamertinis venit: quo facto ab iis fœdus violatum eſt. Rex præterea contra Lucanos, Samnites, & Bruttios, feliciter geſtas, & Pyrrhi regis mortem, continet.

EPITOME LIB. XV.

VIctis Tarentinis pax & libertas data eſt. Legio Campana, quæ Rhegium occupaverat, obſeſſa, deditione facta, ſecuri percuſſa eſt. Quum legatos Apolloniatium ad ſenatum miſſos quidam juvenes pulſaſſent, dediti ſunt Apolloniatibus. Picentibus victis pax data. coloniæ deductæ, Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio. Tunc primum populus Romanus argento uti cœpit. Umbri & Sallentini victi, in deditionem accepti ſunt. Quæſtorum numerus ampliatus eſt, ut eſſent octo.

EPITOME LIB. XVI.

ORigo Carthaginienſium, & primordia urbis referuntur; contra quos, & Hieronem regem Syracu-

racuſanorum, auxilium Mamertinis ferendum cenſuit ſenatus. Quum de ea re inter ſuadentes, ut id fieret, diſſuadenteſque, contentio fuiſſet, tranſgreſſiſque tum primum mare equitibus Romanis, adverſus Hieronem ſæpius bene pugnatum. Petenti pax data eſt. Luſtrum a cenſoribus conditum. cenſa ſunt civium capita ducenta nonaginta duo millia ducenta viginti quatuor. Decimus Junius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidit primus. Colonia Æſernia deducta eſt. Res præterea contra Pœnos & Volſcos proſpere geſtas continet.

EPITOME LIB. XVII.

CN. Cornelius Conſul a claſſe Punica circumventus, & per fraudem, velut in colloquium evocatus, captus eſt. C. Duillius Conſul adverſus claſſem Pœnorum proſpere pugnavit, primuſque omnium Romanorum ducum, navalis victoriæ duxit triumphum. ob quam cauſſam ei perpetuus honos habitus eſt, ut revertenti a cœna, tibicine canente, funale præferretur. L. Cornelius Conſul in Sardinia & Corſica contra Sardos, & Corſos, & Hannonem Pœnorum ducem, feliciter pugnavit. Attilius Calatinus Conſul, quum in locum iniquum, a Pœnis circumſeſſum, temere duxiſſet exercitum, M. Calpurnii tribuni militum virtute & opera evaſit: qui, cum trecentis militibus eruptione facta, hoſtes in ſe converterat. Annibal dux Pœnorum, victa claſſe cui præfuerat, a militibus ſuis in crucem ſublatus eſt.

EPITOME LIB. XVIII.

ATtilius Regulus Conſul, victis navali prælio Pœnis, in Africam trajecit. & ibi ſerpentem portentoſæ magnitudinis cum magna militum clade occidit; & quum aliquot præliis bene adverſum Carthaginienſes pugnaſſet, ſucceſſorque ei a ſenatu proſ-

pere

pere bellum gerenti non mitteretur, idipſum per literas ad ſenatum miſſas queſtus eſt: in quibus inter cauſſas petendi ſucceſſoris, quod agellus ejus a mercenariis eſſet deſertus. Quærente deinde fortuna, ut magnum utriuſque caſus exemplum in Regulo proderetur, accerſito a Carthaginienſibus Xantippo Lacedæmoniorum duce, victus prælio, & captus eſt. Res deinde a ducibus Romanis omnibus terra marique proſpere geſtas deformavere naufragia claſſium. Tib. Coruncanus primus ex plebe Pontifex maximus creatus eſt. P. Sempronius Sophus, Manius Valerius Maximus, cenſores, quum ſenatum legerent, tredecim ſenatu moverunt. Luſtrum condiderunt, quo cenſa ſunt civium capita ducenta nonaginta ſeptem millia ſeptingenta nonaginta ſeptem. Regulus miſſus a Carthaginienſibus ad Senatum, ut de pace, &, ſi eam non poſſet impetrare, de captivis commutandis ageret; jurejurando aſtrictus eſt, rediturum ſe Carthaginem, ſi commutari captivos non placuiſſet. Utrumque negandi auctor ſenatui fuit: & quum fide cuſtodita reverſus eſſet, ſupplicio a Carthaginienſibus de eo ſumpto, periit.

Epitome Lib. XIX.

Cæcilius Metellus, rebus adverſus Pœnos proſpere geſtis, ſpecioſiſſimum egit triumphum, tredecim ducibus hoſtium, & centum viginti elephantis, in eo ductis. Claudius Pulcher Conſul contra auſpicia profectus, juſſis immergi pullis, qui cibari nolebant, infeliciter adverſus Carthaginienſes claſſe pugnavit: & revocatus a ſenatu, juſſuſque dictatorem dicere, Claudium Glauciam dixit, ſortis ultimæ hominem: qui, coactus abdicare ſe magiſtratu, poſtea ludos prætextatus ſpectavit. Attilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. Cum Pœnis captivorum commutatio facta eſt. Coloniæ de-

deductæ ſunt, Fregena, & in agro Sallentino Brunduſium. Luſtrum a Cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt civium capita ducenta quinquaginta unum millia ducenta viginti duo. Claudia, ſoror Claudii, qui contemptis auſpiciis male pugnaverat, a ludis revertens, quum turba premeretur, dixit, *Utinam frater meus viveret, iterumque claſſem duceret!* ob eam cauſſam mulcta ei dicta eſt. Duo prætores tum primum creati ſunt: Cæcilius Metellus Pontifex maximus, A. Poſthumium conſulem, quoniam idem & flamen Martialis erat, quum is ad bellum gerendum proficiſci vellet, in urbe tenuit, nec paſſus eſt a ſacris recedere. Rebus adverſus Pœnos a pluribus ducibus proſpere geſtis, ſummam victoriæ C. Luctatius conſul, victa ad Ægates inſulas claſſe Pœnorum, impoſuit. Petentibus Carthaginienſibus pax data eſt. Quum templum Veſtæ arderet, Cæcilius Metellus, Pontifex maximus, ex incendio ſacra rapuit. Duæ tribus adjectæ ſunt, Velina, & Quirina. Faliſci quum rebellaſſent, ſexto die perdomiti, in deditionem venerunt.

EPITOME LIB. XX.

SPoletium colonia deducta. Adverſus Ligures tunc primum exercitus promotus eſt. Sardi & Corſi, quum rebellaſſent, ſubacti ſunt. Tutia, virgo Veſtalis, inceſti damnata eſt. Bellum Illyriis, propter unum ex legatis, qui ad eos miſſi erant, occiſum, indictum eſt; ſubactique in deditionem venerunt. Prætorum numerus ampliatus eſt, ut eſſent quatuor. Galli Tranſalpini, qui in Italiam irruperant, cæſi ſunt. Eo bello populus Romanus ſui Latinique nominis trecenta millia armatorum habuiſſe dicitur. Exercitibus Romanis tum primum trans Padum ductis, Galli Inſubres aliquot præliis fuſi, in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus conſul, occiſo Inſubrium

Gallorum duce Viridomaro, opima ſpolia retulit. Iſtri ſubacti ſunt. item Illyrii, cum rebellaſſent, domiti in deditionem venerunt. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt: quo cenſa ſunt civium capita ducenta ſeptuaginta millia ducenta tredecim. Libertini in quatuor tribus redacti ſunt, quum antea diſperſi fuiſſent: Eſquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam. C. Flaminius Cenſor viam Flaminiam munivit, & circum Flaminium extruxit. Coloniæ deductæ, in agro de Gallis capto, Placentia & Cremona.

EPITOME LIB. XXI.

IN Italia belli Punici ſecundi acta narrantur: & Annibalis Pœnorum ducis contra fœdus per Iberum amnem tranſitus. a quo Saguntum, ſociorum populi Romani civitas, octavo menſe capta eſt. de quibus injuriis miſſi legati ad Carthaginienſes, qui quererentur. cum ſatisfacere nollent, bellum iis indictum eſt. Annibal, ſuperato Pyrenæo ſaltu, per Gallias fuſis Volſcis, qui obſiſtere conati erant, ad Alpes venit: & laborioſo per eas tranſitu (quum montanos quoque Gallos obvios aliquot præliis repuliſſet) deſcendit in Italiam, & ad Ticinum amnem Romanos equeſtri prælio fudit; in quo vulneratum P. Cornelium Scipionem protexit filius, qui Africani poſtea nomen accepit. iterumque exercitu Romano ad flumen Trebiam fuſo, Annibal Apenninum quoque, per maximam militum vexationem propter vim tempeſtatum, tranſiit. Cn. Cornelius Scipio in Hiſpania contra Pœnos proſpere pugnavit, duce hoſtium Magone capto.

EPITOME LIB. XXII.

ANnibal, per continuas vigilias in paludibus oculo amiſſo, venit in Etruriam: per quas paludes quatriduo & tribus noctibus ſine ulla requie

iter fecit. C. Flaminius, conſul, homo temerarius, contra auſpicia profectus, ſignis militaribus effoſſis, quæ tolli non poterant, & ab equo, quem conſcenderat, per caput devolutus, inſidiis ab Annibale circumventus, ad Thraſymenum lacum cum exercitu cæſus eſt. Sex millia quæ eruperant, fide ab Maharbale data, perfidia Annibalis vincta ſunt. Quum ad nuntium cladis Romæ luctus eſſet, duæ matres inſperato receptis filiis gaudio mortuæ ſunt. Ob hanc cladem ex Sibyllinis libris ver ſacrum votum. Quum deinde Q. Fabius Maximus dictator, adverſus Annibalem miſſus, nollet acie cum eo confligere, ne contra ferocem tot victoriis hoſtem territum adverſis præliis militem pugnæ committeret, & opponendo ſe tantummodo conatus Annibalis impediret: M. Minucius magiſter equitum, ferox & temerarius, criminando dictatorem, tanquam ſegnem, & timidum, effecit, ut populi juſſu ei imperium cum dictatore æquaretur: diviſoque exercitu, quum in iniquo loco conflixiſſet, & in maximo diſcrimine legiones ejus eſſent: ſuperveniente cum exercitu Fabio Maximo, diſcrimine liberatus eſt. quo beneficio victus, caſtra cum eo junxit, & patrem eum ſalutavit: idemque facere milites juſſit. Annibal, vaſtata Campania, inter Caſilinum oppidum & Calliculam montem a Fabio clauſus, ſarmentis ad cornua boum ligatis & incenſis, præſidium Romanorum, quod Calliculam inſidebat, fugavit: & ſic tranſgreſſus eſt ſaltum. idemque Fabii Maximi dictatoris, quum circumpoſita ureret, agro pepercit, ut illum, tanquam proditorem, ſuſpectum faceret. Æmilio deinde Paullo & Terentio Varrone conſulibus & ducibus, cum maxima clade adverſus Annibalem ad Cannas pugnatum eſt: cæſaque eo prælio Romanorum quadraginta quinque millia, cum Paullo conſule & ſenatoribus octoginta; conſularibus atque prætoriis aut ædilitiis triginta.

Poſt

Poſt quam cladem, quum a nobilibus adoleſcentibus, propter deſperationem, conſilium de relinquenda Italia iniretur, P. Cornelius Scipio tribunus militum, qui poſtea Africanus nuncupatus eſt, ſtricto ſuper capita deliberantium ferro, juravit, ſe pro hoſte habiturum eum, qui in verba ſua non juraſſet: effecitque ut omnes, minime relictum iri a ſe Italiam, jurejurando aſtringerentur. Præterea trepidationem urbis & luctum, & res in Hiſpania meliore eventu geſtas, continet. Opimia, & Floronia, Veſtales virgines, inceſti damnatæ. Propter paucitatem vero militum, ſervorum octo millia armata ſunt. captivi, quum poteſtas eſſet redimendi, redempti non ſunt. Varroni obviam itum eſt, & gratiæ actæ, quod de Republ. non deſperaſſet.

Epitome Lib. XXIII.

Campani ad Annibalem defecere. Nuntius Cannenſis victoriæ Mago Carthaginem miſſus, annulos aureos a digitis occiſorum Romanorum detractos, in veſtibulo curiæ effudit: quos exceſſiſſe modii menſuram traditur. Poſt quem nuntium Hanno, ex Pœnis nobiliſſimus, ſuadebat ſenatui Carthaginienſium, ut pacem a populo Romano peterent: nec tenuit, obſtrepente Barchina factione. Cl. Marcellus prætor ad Nolam, eruptione adverſus Annibalem ex oppido facta, proſpere pugnavit. Exercitus Annibalis per hiberna Capuæ ita luxuriatus eſt, ut corporum viribus atque animorum enervaretur. Caſilinum a Pœnis obſeſſum, ita fame vexatum eſt, ut lora & pelles ſcutis detractas, item mures, eſſent; & nucibus per Vulturnum amnem a Romanis miſſis vixerint. Senatus ex equeſtri ordine hominibus centum nonaginta ſeptem ſuppletus eſt. L. Poſthumius prætor a Gallis cum exercitu cæſus eſt. Cn. & P. Sciopiones in Hiſpania Aſdrubalem vicerunt, & Hiſpa-

niam

Digitized by Google

niam ſuam fecerunt. Reliquiæ Cannenſis exercitus in Siciliam relegatæ ſunt: ne recederent inde, niſi finito bello. Inter Philippum Macedonum regem, & Annibalem, ſocietas juncta eſt. Sempronius Gracchus conſul Campanos cecidit. Præterea in Sardinia feliciter a T. Manlio prætore adverſus Pœnos Sardoſque res geſtas continet: a quo Aſdrubal dux, & Mago, & Hanno, capti. Claudius Marcellus, prætor, Annibalis exercitum ad Nolam prælio fudit, & vicit: primuſque tot cladibus feſſis Romanis meliorem ſpem belli dedit.

EPITOME LIB. XXIV.

Hieronymus, Syracuſanorum rex, cujus avus Hiero amicus populo Romano fuerat, ad Carthaginienſes defecit: &, propter crudelitatem ſuperbiamque, a ſuis interfectus eſt. T. Sempronius Gracchus, proconſul, proſpere adverſus Pœnos, & Hannonem ducem, ad Beneventum pugnavit; ſervorum maxime opera, quos liberos eſſe juſſit. Claudius Marcellus, conſul, in Sicilia, quæ prope tota ad Pœnos defecerat, Syracuſas obſedit. Philippo Macedonum regi bellum indictum eſt: qui ad Apolloniam nocturno prælio oppreſſus, fugatuſque, in Macedoniam cum prope inermi exercitu perfugit. ad id bellum gerendum Valerius Prætor miſſus. Res præterea in Hiſpania a P. & Cn. Scipionibus adverſus Carthaginienſes geſtas continet. Syphax, rex Numidarum, in amicitiam aſcitus, & a Maſaniſſa, rege Maſſyliorum, pro Carthaginienſibus pugnante, victus, in Hiſpaniam ad Scipionem cum maxima manu tranſit contra Gades. ubi anguſto freto Africa & Hiſpania dirimuntur. Celtiberi quoque in amicitiam recepti. quorum auxiliis aſcitis, tunc primum mercenarium militem Romana caſtra habuerunt.

EPI-

EPITOME LIB. XXV.

P. Cornelius Scipio, poſtea Africanus, ante annos . ædilis factus eſt. Annibal urbem Tarentum, præter arcem, per Tarentinos juvenes, qui ſe noctu venatum ire ſimulaverant, cepit. Ludi Apollinares ex Marcii carminibus, quibus Cannenſis clades prædicta fuerat, inſtituti ſunt. A. Q. Fulvio & Ap. Claudio conſulibus, adverſus Hannonem, Pœnorum ducem, proſpere pugnatum eſt. T. Sempronius Gracchus, proconſul, ab hoſpite ſuo Lucano in inſidias deductus, a Magone interemptus eſt. Centenius Penula, qui centurio militaverat, quum petiiſſet a ſenatu, ut ſibi exercitus daretur, pollicitusque eſſet, ſi hoc impetraſſet, de Annibale victoriam; octo millibus acceptis, militum dux factus, conflixit acie cum Annibale, & cum exercitu cæſus eſt. Cn. Fulvius prætor male adverſus Annibalem pugnavit. in quo prælio hominum ſexdecim millia ceciderunt: ipſe cum equitibus ducentis effugit. Capua obſeſſa eſt a Q. Fulvio & Ap. Claudio Conſulibus. Claudius Marcellus Syracuſas expugnavit anno tertio, & ingentem ſe virum geſſit. in eo tumultu urbis captæ Archimedes, intentus formis quos in pulvere deſcripſerat, interfectus eſt. P. & Cn. Scipiones in Hiſpania tot tantarumque rerum feliciter geſtarum triſtem exitum tulerunt: prope cum totis exercitibus cæſi, anno octavo, quam in Hiſpaniam iverant. amiſſaque provinciæ poſſeſſio foret, niſi L. Marcii equitis Romani virtute, & induſtria, contractis exercituum reliquiis, ejuſdem hortatu, bina caſtra hoſtium expugnata eſſent. Ad triginta ſeptem millia cæſi: ad mille octingentos triginta capti. præda ingens parta. Dux Marcius appellatus eſt.

Digitized by Google

EPITOME LIB. XXVI.

ANnibal ad tertium ab urbe Roma lapidem, ſuper Anienem caſtra poſuit. ipſe vero cum duobus millibus equitum uſque ad ipſam Capenam portam, ut urbis ſitum exploraret, obequitavit. & quum per triduum in aciem utrimque exercitus omnis deſcendiſſet, certamen tempeſtas diremit: nam, quum in caſtra rediiſſent, ſtatim ſerenitas erat. Capua capta eſt a Q. Fulvio & Ap. Claudio Coſſ. Principes Campanorum veneno ſibi conſciverunt mortem. Quum ſenatus Campanorum deligatus eſſet ad palos, ut ſecuri feriretur, literas a ſenatu miſſas Q. Fulvius conſúl, quibus jubebatur parcere, antequam legeret, in ſinu poſuit, & lege agi juſſit, & ſupplicium peregit. Quum in comitiis apud populum quæreretur, cui mandaretur Hiſpaniarum imperium; nullo id volente ſuſcipere, P. Scipio, P. filius, qui in Hiſpania ceciderat, profeſſus eſt, ſe iturum. & ſuffragio populi conſenſuque omnium miſſus, Novam Carthaginem uno die expugnavit, quum ageret vigeſimum quartum annum; videreturque divina ſtirpe creatus: quoniam & ipſe, poſteaquam togam acceperat, quotidie in Capitolio erat: & in cubiculo matris ejus anguis ſæpenumero videbatur. Res præterea in Sicilia geſtas continet, & amicitiam cum Ætolis junctam, bellumque geſtum adverſum Acarnanes, & Philippum Macedoniæ regem.

EPITOME LIB. XXVII.

CN. Fulvius Proconſul cum exercitu ab Annibale ad Herdoneam cæſus eſt. Meliore eventu a Claudio Marcello conſule adverſus eundem ad Numiſtronem pugnatum eſt. Inde Annibal noctu receſſit. Marcellus inſecutus eſt, & ſubinde cedentem preſſit, donec confligeret. Priore pugna Annibal ſuperior fuit;

fuit; Marcellus inſequenti. Fabius Maximus pater, conſul, Tarentinos per proditionem recepit: In Hiſpania ad Betulam Scipio cum Aſdrubale Amilcaris conflixit, & vicit. inter alia captum puerum regalem, eximiæ formæ, ad avunculum Maſaniſſam cum donis dimiſit. Claudius Marcellus, T. Quintius Criſpinus, conſules, ſpeculandi cauſa egreſſi e caſtris, inſidiis ab Annibale circumventi ſunt. Marcellus occiſus fuit, Criſpinus fugit. Res præterea a P. Sulpicio prætore adverſus Philippum & Achæos geſtas continet. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt: cenſa ſunt civium capita centum triginta ſeptem millia centum & octo: ex quo numero apparuit, quantum hominum tot præliorum adverſa fortuna populo Romano abſtuliſſet. Aſdrubal, qui cum exercitu novo tranſcenderat Alpes, ut ſe Annibali conjungeret, cum millibus hominum quinquaginta ſex cæſus eſt, M. Livii conſulis ductu; ſed non minore opera Claudii Neronis conſulis. qui quum Annibali oppoſitus eſſet, relictis caſtris, ita ut hoſtem falleret, electa manu profectus, Aſdrubalem circumvenit.

Epitome Lib. XXVIII.

Res in Hiſpania proſpere geſtæ, a Sullano Scipionis legato, & ab L. Scipione fratre adverſus Pœnos, a Sulpitio Proconſule, & ab Attalo Rege Aſiæ adverſus Philippum regem Macedonum pro Ætolis, referuntur. Quum M. Livio & Claudio Neroni conſulibus triumphus decretus eſſet; Livius, qui in provincia ſua rem geſſerat, quadrigis invectus eſt: Nero, qui in collegæ provinciam, ut victoriam ejus adjuvaret, venerat, equo eſt ſecutus. & in hoc habitu plus gloriæ reverentiæque habuit. nam & plus in bello, quam collega, fecerat. Ignis in æde Veſtæ, negligentia virginis, quæ non cuſtodierat, extinctus eſt; virgo cæſa eſt flagro. P. Scipio in Hiſpania

Digitized by Google

nia cum Pœnis debellavit, decimoquinto anno ejus belli, anno quinto poſtquam ierat; excluſiſque in totum poſſeſſione ejus hoſtibus, Hiſpaniam recepit. & a Tarracone in Africam, ad Syphacem regem Numidarum, duobus navigiis tranſvectus, fœdus junxit. Aſdrubal Giſgonis ibi cum eo in eodem lecto accubuit. Munus gladiatorium, in honorem patris patruique, Carthagini Novæ dedit: non ex gladiatoribus, ſed ex iis qui aut in honorem ducis, aut ex provocatione, in certamen deſcendebant: in quo reguli fratres, de regno, ferro contenderunt. Quum Aſtapa urbs ab Romanis oppugnaretur, oppidani liberos & conjuges rogo extructo occiderunt, & ſe inſuper præcipitaverunt. Ipſe Scipio, dum gravi morbo implicitus eſſet, ſeditionem, in parte exercitus motam, confirmatus diſcuſſit: rebellanteſque Hiſpaniæ populos coëgit in deditionem venire. Et amicitia facta eſt cum Maſaniſſa, rege Numidarum, qui illi auxilium, ſi in Africam trajeciſſet, pollicebatur: cum Gaditanis quoque poſt diſceſſum inde Magonis, cui ex Carthagine ſcriptum erat, in Italiam trajiceret. Romam reverſus, conſulque creatus. Africam provinciam petenti, contradicente Q. Fabio Maximo, Sicilia data eſt: permiſſumque ut in Africam trajiceret, ſi ex republica eſſe cenſeret. Mago, Amilcaris filius, a minore Baleari inſula, ubi hiemarat, in Italiam trajecit.

EPITOME LIB. XXIX.

EX Sicilia C. Lælius in Africam a Scipione miſſus, ingentem prædam reportavit: & mandata Maſaniſſæ Scipioni exponit, conquerentis quod nondum exercitum in Africam trajeciſſet. Bellum in Hiſpania finitum, victore Romano, quod Indibilis excitaverat, ipſe in acie occiſus. Mandonius, expoſcentibus Romanis, a ſuis deditus eſt. Magoni, qui in Gallia

& Li-

& Liguribus erat, ex Africa & militum ampla manus miſſa, & pecuniæ, quibus auxilia conduceret: præceptumque, ut ſe Annibali jungeret. Scipio a Syracuſis in Bruttios trajecit, & Locros, pulſo Punico præſidio, fugatoque Annibale, recepit. Pax cum Philippo facta eſt. Idæa mater deportata eſt Romam a Peſſinunte, oppido Phrygiæ; carmine in libris Sibyllinis invento, *pelli Italia alienigenam hoſtem poſſe, ſi mater Idæa deportata Romam eſſet.* tradita autem eſt Romanis per Attalum regem Aſiæ. Lapis erat, quem Matrem Deûm incolæ dicebant. Excepit P. Scipio Naſica, Cn. filius, ejus, qui in Hiſpania perierat, vir optimus a ſenatu judicatus; adoleſcens nondum quæſtorius; quoniam ita reſponſum habebat: *ut numen id ab optimo viro reciperetur, conſecraretur que.* Locrenſes legatos Romam miſerunt, qui de impotentia Q. Pleminii legati quererentur, quod pecuniam Proſerpinæ abſtulerat, & liberos eorum ac conjuges ſtupraverat. Pleminius, in catenis Romam perductus, in carcere mortuus eſt. Quum falſus rumor de P. Scip. proconſule, qui in Sicilia erat, in urbem perlatus eſſet, tanquam is luxuriaretur; miſſis ob hoc legatis a ſenatu, qui explorarent, an ea vera eſſent; purgatus infamia Scipio in Africam trajecit, ſenatus permiſſu. Syphax, accepta in matrimonium filia Aſdrubalis Giſgonis, amicitiæ, quam cum Scipione ipſe junxerat, renuntiavit. Maſaniſſa, rex Maſæſylorum, dum pro Carthaginienſibus in Hiſpania militat, amiſſo patre Gala, de regno exciderat. quo per bellum ſæpe repetito, aliquot præliis a Syphace rege Numidarum victus, in totum privatus eſt; & cum ducentis equitibus exul Scipioni ſe junxit: & cum eo primo ſtatim bello Hannonem Amilcaris filium cum ampla manu interemit. Scipio, adventu Aſdrubalis & Syphacis, qui prope cum centum millibus armatorum venerant, ab obſidione Uticæ depulſus, hiberna

berna communivit. Sempronius conſul in agro Crotonienſi proſpere adverſus Annibalem pugnavit. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt civium capita ducenta quindecim millia. Inter cenſores, Marcum Livium, & Claudium Neronem, notabilis diſcordia fuit. Nam & Claudius Livio collegæ equum ademit, quod a populo damnatus actuſque in exilium fuerat: & Livius Claudio, quod falſum in ſe teſtimonium dixiſſet, & quod non bona fide ſecum in gratiam rediiſſet. Idem omnes tribus, extra unam, ærarias reliquit, quod & innocentem ſe damnaſſent, & poſtea conſulem cenſoremque feciſſent.

EPITOME LIB. XXX.

IN Africa Scipio Carthaginienſes, & eundem Syphacem Numidarum regem, Aſdrubalemque, pluribus præliis vicit, adjuvante Maſaniſſa, binaque hoſtium caſtra expugnavit: in quibus quadraginta millia hominum ferro ignique conſumpta ſunt. Syphacem per C. Lælium & Maſaniſſam cepit. Maſaniſſa Sophonisbam uxorem Syphacis, filiam Aſdrubalis, captam, ſtatim adamat, & nuptiis factis uxorem habuit: caſtigatuſque a Scipione, venenum ei miſit. quo hauſto illa deceſſit. Effectumque eſt multis Scipionis victoriis, ut Carthaginienſes, in deſperationem acti, in auxilium publicæ ſalutis Annibalem ex Italia revocarent. iſque anno decimoſexto Italia diſcedens, in Africam trajecit, tentavitque per colloquium pacem cum Scipione componere: & quum de conditionibus pacis non conveniſſet, acie victus eſt. Pax Carthaginienſibus data eſt petentibus. Annibal Giſgonem, pacem diſſuadentem, manu ſua detraxit: excuſata deinde temeritate facti, ipſe pacem ſuaſit. Mago, qui bello in agro Inſubrium cum Romanis conflixerat, vulneratus, dum in Africam per legatos revocatus reverteretur, ex vulnere mortuus

eſt

Digitized by Google

eſt. Maſaniſſæ regnum reſtitutum eſt. Reverſus in urbem Scipio, ampliſſimum nobiliſſimumque egit triumphum, quem Q. Terentius Culleo ſenator pileatus ſecutus eſt. Scipio Africanus (incertum, militari prius favore, an populari aura, ita cognominatus) primus certe hic imperator victæ a ſe nomine gentis nobilitatus eſt.

EPITOME LIB. XXXI.

BElli adverſus Philippum Macedoniæ regem, quod intermiſſum erat, repetiti, cauſſæ feruntur hæ. Tempore initiorum duo juvenes Acarnanes, qui non initiati erant, Athenas venerunt, & in ſacrarium Cereris cum aliis popularibus ſuis intraverunt. ob hoc, tamquam nefas ſummum commiſiſſent, ab Athenienſibus cæſi ſunt. Acarnanes mortibus ſuorum commoti, ad vindicandos illos auxilium a Philippo petierunt. Paucis menſibus poſt pacem Carthaginienſibus datam, quingenteſimo quadrageſimo anno ab urbe condita, cum Athenienſium, qui obſidebantur a Philippo, legati, auxilium a ſenatu petiſſent, & ſenatus id cenſuiſſet ferendum, plebe, quod tot bellorum continuus labor gravis erat, diſſentiente, tenuit auctoritas Patrum, ut ſociæ civitati ferri opem populus juberet. Bellum id P. Sulpicio conſuli mandatum eſt: qui, exercitu in Macedoniam ducto, equeſtribus præliis cum Philippo proſpere pugnavit. Abydeni a Philippo obſeſſi, ad exemplum Saguntinorum, ſuos ſeque occiderunt. L. Furius prætor Gallos Inſubres rebellantes, & Amilcarem Pœnum, bellum in ea parte molientem, acie vicit. Amilcar eo bello occiſus eſt, & millia hominum triginta quinque. Præterea expeditiones Philippi regis, & Sulpicii conſulis, expugnationeſque urbium, ab utroque factas, continet. Sulpicius conſul, adjuvantibus rege

Attalo, & Rhodiis, bellum gerebat. Triumphavit de Gallis L. Furius prætor.

EPITOME LIB. XXXII.

COmplura prodigia ex diverſis regionibus nunciata referuntur: inter quæ, in Macedonia, in puppi longæ navis, lauream eſſe natam. T. Quintius Flamininus conſul adverſus Philippum feliciter pugnavit in faucibus Epiri, fugatumque coëgit in regnum reverti. Ipſe Theſſaliam, quæ eſt vicina Macedoniæ, ſociis Ætolis & Athamanibus, vexavit. L. Quintius Flamininus, conſulis frater, navali prælio, Attalo rege & Rhodiis adjuvantibus, Eubœam & maritimam oram cepit. Achæi in amicitiam recepti ſunt. Conjuratio ſervorum, facta de ſolvendis Carthaginienſibus obſidibus, oppreſſa eſt. Prætorum numerus ampliatus eſt, ut ſeni crearentur. Cornelius Cethegus conſul, Gallos Inſubres prælio fudit. Cum Lacedæmoniis, & tyranno eorum Nabide, amicitia juncta eſt. Præterea expugnationes urbium in Macedonia referuntur.

EPITOME LIB. XXXIII.

TItus Q. Flamininus proconſul cum Philippo ad Cynoſcephalas in Theſſalia acie victo debellavit. L. Quintius Flamininus, frater proconſulis, Acarnanes, Leucade urbe, quod caput Acarnanum, expugnata, in deditionem accepit. C. Sempronius Tuditanus, prætor, a Celtiberis cum exercitu cæſus eſt. Attalus a Thebis ob ſubitam valetudinem Pergamum tranſlatus deceſſit. Pax petenti Philippo, Græciæ libertas data eſt. L. Furius Purpureo & Claudius Marcellus, conſules, Boios & Inſubres Gallos ſubegerunt. Marcellus triumphavit. Annibal fruſtra in Africa bellum molitus, & ob hoc Romanis per epiſtolas adverſæ factionis principum delatus, propter metum Ro-

Romanorum, qui legatos ad Carthaginienſium ſenatum de eo miſerant, profugus ad Antiochum regem Syriæ ſe contulit, bellum contra Romanos parantem.

Epitome Lib. XXXIV.

Lex Oppia, quam C. Oppius, tribunus plebis, bello Punico de fingendis cultibus matronarum tulerat, cum maxima contentione abrogata eſt: quum Porcius Cato auctor fuiſſet, ne ea lex aboleretur. Is in Hiſpaniam profectus, bello, quod Emporiis orſus eſt, citeriorem Hiſpaniam pacavit. T. Quintius Flamininus bellum adverſus Lacedæmonios, & tyrannum eorum Nabidem, proſpere geſtum, data iis pace, qualem ipſe voluit, liberatiſque Argis, qui ſub ditione tyranni erant, finivit. Senatus tunc primum ſecretus a populo ludos ſpectavit: ut id fieret, Sex. Ælius Pætus, & L. Cornelius Cethegus, cenſores, intervenerunt, cum indignatione plebis. Coloniæ plures deductæ ſunt. M. Porcius Cato de Hiſpania triumphavit. Res præterea in Hiſpania, & adverſus Boios & Inſubres Gallos, feliciter geſtæ referuntur. T. Quintius Flamininus, qui Philippum Macedonum regem, & Nabidem Lacedæmoniorum tyrannum, vicerat, Græciamque omnem liberaverat, ob hanc rerum geſtarum multitudinem triduo triumphavit. Legati Carthaginienſium nuntiaverunt, Annibalem, qui ad Antiochum confugerat, bellum cum eo moliri. Tentaverat autem Annibal per Ariſtonem Tyrium, ſine literis Carthaginem miſſum, ad rebellandum Pœnos concitare.

Epitome Lib. XXXV.

Pub. Scipio Africanus legatus ad Antiochum, Epheſi cum Annibale, qui ſe Antiocho junxerat, collocutus eſt: ut, ſi fieri poſſet, metum ei, quem

ex populo Romano conceperat, eximeret. Inter alia quum quæreret, quem fuiſſe maximum Imperatorem Annibal crederet; reſpondit: Alexandrum Macedonum regem: quod parva manu innumerabiles exercitus fudiſſet: quodque ultimas oras, quas viſere ſupra ſpem humanam eſſet, peragraſſet. Quærenti deinde quem ſecundum poneret; Pyrrhum, inquit, caſtra metari primum docuiſſe. ad hoc neminem elegantius loca cepiſſe, præſidia diſpoſuiſſe. Exequenti: quem tertium diceret: ſemet ipſum dixit. Ridens Scipio, *Quid-nam tu diceres, ſi me*, inquit, *viciſſes? Tunc vero*, inquit, *me & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante alios poſuiſſem.* Inter cetera prodigia, quæ plurima fuiſſe traduntur, bovem Cn. Domitii conſulis locutum, *Roma cave tibi*, refertur. Apparant in Antiochum bellum Romani. Nabis, Lacedæmoniorum tyrannus, incitatus ab Ætolis, qui & Philippum, & Antiochum ad inferendum bellum populo Romano ſollicitabant, a populo Romano deſcivit: & bello adverſus Philopœmenem Achæorum prætorem geſto, ab Ætolis interfectus eſt. Ætoli quoque ab amicitia populi Romani defecerunt. cum quibus ſocietate juncta Antiochus Syriæ rex, quum bellum Græciæ intuliſſet, complures urbes occupavit. inter quas Chalcidem, & totam Eubœam. Res præterea in Liguribus geſtas, & apparatum belli ab Antiocho, continet.

EPITOME LIB. XXXVI.

MAnius Acilius Glabrio conſul, Antiochum apud Thermopylas, Philippo rege adjuvante, victum, Græcia expulit, idemque Ætolos ſubegit. P. Cornelius Scipio Naſica conſul ædem matris Deum, quam ipſe in Palatium intulerat, vir optimus a ſenatu judicatus, dedicavit. idemque Boios Gallos victos in deditionem accepit, & de iis triumphavit. Præterea

terea navalia certamina proſpera adverſus præfectos Antiochi regis referuntur.

Epitome Lib. XXXVII.

Lucius Cornelius Scipio conſul, legato P. Scipione Africano, qui ſe legatum fratris futurum dixerat, ſi ei Græcia & Aſia provincia decerneretur, quum C. Lælio, qui multum in ſenatu poterat, ea provincia dari videretur; profectus ad bellum adverſus Antiochum gerendum, in Aſiam primus omnium Romanorum ducum trajecit. Æmilius Regillus adverſus regiam claſſem Antiochi feliciter pugnavit ad Myonneſum, Rhodiis adjuvantibus. Filius Africani ab Antiocho captus, patri remiſſus eſt. Manius Acilius Glabrio de Antiocho, quem Græcia expulerat, & de Ætolis, triumphavit. Victo deinde Antiocho a L. Cornelio Scipione, adjuvante Eumene rege, Attali Pergameni filio, pax data: ea conditione, ut omnibus provinciis citra Taurum montem cederet. Eumeni, quo juvante Antiochus victus erat, regnum ampliatum. Rhodiis quoque, qui & ipſi juverant, quædam civitates conceſſæ. Colonia deducta eſt Bononia. Æmilius Regillus, qui præfectos Antiochi navali certamine vicerat, navalem triumphum duxit. L. Cornelius Scipio, qui cum Antiocho debellaverat, cognomine fratri coæquatus, Aſiaticus appellatus eſt.

Epitome Lib. XXXVIII.

Marcus Fulvius conſul, in Epiro Ambracienſes obſeſſos, per deditionem accepit: Cephaleniam ſubegit: Ætolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius conſul, collega ejus, Gallogræcos, Tholiſtobogios, Tectoſagos, & Trocmos, qui Brenno duce in Aſiam tranſierant, quum ſoli citra Taurum montem non parerent, vicit. Eorum origo, & quan-

do ea loca, quæ tenent, occupaverint, referuntur. Exemplum quoque virtutis & pudicitiæ in fœmina traditur. quæ cum regis Gallogræcorum uxor fuiſſet, capta, centurionem, qui ei vim intulerat, occidit. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt civium capita CCLVIII millia & CCCXXVIII. Cum Ariarathe, rege Cappadociæ, amicitia juncta eſt. Cn. Manlius, contradicentibus decem legatis, ex quorum conſilio fœdus cum Antiocho conſcripſerat, de Gallogræcis; acta pro ſe cauſſa in ſenatu, triumphavit. Scipio Africanus, die ei dicta, ut quidam aiunt, a Q. Petillio, tribuno plebis; ut quidam aiunt, a Nævio, quod præda ex Antiocho capta ærarium fraudaſſet; poſteaquam is dies venit, evocatus in Roſtra: *Hac die*, inquit, *Quirites*, *Carthaginem vici*: &, proſequente populo, Capitolium aſcendit. Inde, ne amplius tribuniciis injuriis vexaretur, in voluntarium exilium Liternum conceſſit; incertum, ibi, an Romæ, defunctus. nam ejus monumentum utrobique fuit. Scipio Aſiaticus, frater Africani, eodem peculatus crimine accuſatus, damnatuſque, quum in vincula & carcerem duceretur, Tib. Sempronius Gracchus, tribunus plebis, qui antea Scipionibus inimicus erat, interceſſit: &, ob id beneficium, Africani filiam duxit. Cum prætor quæſtores in bona ejus publice poſſidenda miſiſſet, non modo in iis ullum veſtigium pecuniæ regiæ apparuit, ſed nequaquam tantum redactum, quantæ ſummæ erat damnatus. Collatam a cognatis & amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit. quæ neceſſaria ei erant ad cultum, redempta.

EPITOME LIB. XXXIX.

ÆMilius Conſul, Liguribus ſubactis, viam a Placentia uſque Ariminum perductam Flaminiæ junxit. Initia luxuriæ, introductæ ab exercitu Aſiatico,

tico, referuntur. Ligures, quicunque citra Apenninum erant, ſubacti ſunt. Bacchanalia, ſacrum Græcum, & quidem nocturnum, ſcelerum omnium ſeminarium, quum ad ingentis turbæ conjurationem perveniſſet; a conſule inveſtigatum, & multorum pœna ſublatum eſt. A Cenſoribus L. Valerio Flacco, & M. Porcio Catone, viro & belli & pacis artibus maximo, motus eſt ſenatu L. Quintius Flamininus, T. Quintii frater; eo quod, cum Galliam provinciam Conſul obtinuerat, rogatus a Philippo Pœno, quem amabat, ſcorto nobili, Gallum quendam ſua manu occiderat: ſive, ut quidam tradiderunt, unum damnatorum ſecuri percuſſerat, rogatus a meretrice Placentina, cujus amore deperibat. Extat in eum M. Catonis oratio. Scipio Literni deceſſit. Et, tamquam jungente fortuna, circa idem tempus duo funera maximorum virorum: Annibal, a Pruſia, Bithyniæ rege, ad quem victo Antiocho confugerat, quum dederetur Romanis, quî, ad expoſcendum illum, T. Quintium Flamininum miſerant, veneno ſibi mortem conſcivit: Philopœmenes quoque, dux Achæorum, vir maximus, a Meſſeniis interemptus veneno, cum ab iis bello captus eſſet. Coloniæ, Potentia, & Piſaurum, & Mutina, & Parma, deductæ ſunt. Præterea res adverſum Celtiberos proſpere geſtas, & initia cauſſaſque belli Macedonici, continet. cujus origo inde fluxit, quod Philippus ægre ferebat, regnum ſuum imminui a Romanis; & quod cogeretur, a Thracibus aliiſque locis præſidia deducere.

Epitome Lib. XL.

Quum Philippus liberos eorum, quos in vinculis nobiliſſimorum hominum habebat, conquiri ad mortem juſſiſſet, Theoxena, pro liberis ſuis & ſororis, admodum pueris, verita regis libidinem, prolatis in medium gladiis, & poculo in quo erat vene-

num, ſuaſit iis, ut imminens ludibrium morte effugerent: &, quum perſuaſiſſet, ipſa etiam ſe interemit. Certamina inter Philippi Macedoniæ regis liberos, Perſeum & Demetrium, referuntur: &, ut fraude fratris ſui Demetrius, fictis criminibus, inter quæ accuſatione parricidii & affectati regni, primum petitus, ad ultimum, quoniam populi Romani amicus erat, veneno necatus eſt. regnumque Macedoniæ, mortuo Philippo, ad Perſeum devenit. Item, res in Liguribus & Hiſpania contra Celtiberos a compluribus feliciter geſtas continet. Libri Numæ Pompilii, in agro L. Petilii ſcribæ, ſub Janiculo, a cultoribus agri, in arca lapidea clauſi, & Græci & Latini, inventi ſunt. in quibus plura, quæ diſſolvendarum religionum, prætor, ad quem delati erant, quum legiſſet, juravit Senatui, contra Rempublicam eſſe, ut legerentur ſervarenturque. & ex Senatusconſulto in comitio exuſti ſunt. Colonia Aquileia deducta eſt. Philippus ægritudine animi confectus, quod Demetrium filium, falſis alterius filii in eundem delationibus impulſus, veneno ſuſtuliſſet, & de pœna Perſei cogitavit, voluitque Antigonum potius amicum ſuum ſucceſſorem regni ſui relinquere. Sed in hac cogitatione morte raptus eſt. regnum Perſeus excepit.

EPITOME LIB. XLI.

IGnis in æde Veſtæ exſtinctus eſt. Tib. Sempronius Gracchus proconſul Celtiberos victos in deditionem accepit: monimentumque operum ſuorum, Gracchurim oppidum, in Hiſpania conſtituit. Et a Poſthumio Albino proconſule Vaccæi, ac Luſitani, ſubacti ſunt. uterque triumphavit. Antiochus, Antiochi filius, obſes Romanis a patre datus, mortuo fratre Seleuco, qui patri defuncto ſucceſſerat, in regnum Syriæ dimiſſus. Luſtrum a cenſoribus conditum

Digitized by Google

tum eſt: cenſa ſunt civium capita ducenta ſeptuaginta tria millia ducenta quadraginta quatuor. Q. Voconius Saxa, tribunus plebis, legem tulit, ne quis heredem mulierem inſtitueret: ſuaſit legem M. Cato. extat oratio ejus. Præterea res contra Ligures, Iſtros, Sardos, & Celtiberos a compluribus ducibus proſpere geſtas, & initia belli Macedonici continet, quod Perſeus Philippi filius moliebatur. miſerat enim ad Carthaginienſes legationem: & ab iis nocte audita erat: ſed & alias Græciæ civitates ſollicitabat. qui, præter religionem, quod quam multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis Jovis Olympii, & Antiochiæ Capitolini, viliſſimum regem egit.

Epitome Lib. XLII.

Q. Fulvius Flaccus cenſor templum Junonis Laciniæ tegulis marmoreis ſpoliavit, ut ædem, quam dedicaverat, tegeret. tegulæ ex ſenatusconſulto reportatæ. Eumenes Aſiæ rex in ſenatu de Perſeo, Macedoniæ rege, queſtus eſt: cujus injuriæ in populum Romanum referuntur. ob quas bello ei indicto, P. Licinius Craſſus Conſul, cui Macedonia decreta erat, in Macedoniam tranſiit, levibuſque expeditionibus, equeſtribus præliis, in Theſſalia cum Perſeo parum felici eventu pugnavit. Inter Maſaniſſam, & Carthaginienſes, de agro fuit dies ad diſceptandum a ſenatu datus. Legati miſſi ad civitates ſocias & reges rogandos an in fide permanerent. dubitantibus Rhodiis, luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt civium capita CCLVII millia CCXXXI. Res præterea adverſus Corſos & Ligures proſpere geſtas continet.

EPITOME LIB. XLIII.

PRætores nonnulli, eo quod avare & crudeliter provincias adminiſtraſſent, damnati ſunt. P. Licinius Craſſus proconſul complures in Græcia urbes expugnavit, & crudeliter diripuit. ob id captivi, qui ab eo ſub corona venierant, ex ſenatusconſulto poſtea reſtituti ſunt. Item a præfectis claſſium Romanorum multa impotenter in ſocios facta. Res præterea a Perſeo rege in Thracia proſpere geſtas continet; ictis Dardanis, & Illyrico, cujus rex erat Gentius. Motus, qui in Pæonia ab Elorioco factus erat, ipſo interempto conſedit. M. Æmilius Lepidus a cenſoribus princeps in ſenatu lectus.

EPITOME LIB. XLIV.

QUintus Marcius Philippus per invios ſaltus penetravit in Macedoniam, compluresque urbes occupavit. Rhodii miſere legatos Romam, minantes, ut Perſeo eſſent auxilio, niſi populus Romanus cum eo pacem atque amicitiam conjungeret. indigne id latum. Quum id bellum M. Æmilio Paullo, ſequentis anni conſuli, iterum mandatum eſſet, Paullus in concione precatus eſt, ut, quicquid diri populo Romano immineret, in domum ſuam converteretur: &, in Macedoniam profectus, Perſeum vicit, univerſamque Macedoniam in poteſtatem redegit. Antequam confligeret, C. Sulpicius Gallus, tribunus militum, prædixit exercitui, ne miraretur, quod Luna nocte proxima defectura eſſet. Gentius quoque rex Illyriorum, quum rebellaſſet, ab Anicio prætore victus venit in deditionem, & cum uxore, & liberis, & propinquis, Romam miſſus. Alexandria legati a Cleopatra & Ptolemæo regibus venerunt, querentes de Antiocho rege Syriæ, quod eis bellum inferret. Perſeus ſollicitatis in auxilium Eumene re-

ge

Digitized by Google

ge Pergami, & Gentio rege Illyriorum, quia is pecuniam, quam promiſerat, non dabat, ab eis relictus eſt.

EPITOME LIB. XLV.

PErſeus ab Æmilio Paullo in Samothracia captus eſt. Quum Antiochus, Syriæ rex, Ptolemæum & Cleopatram, Ægypti reges, obſideret, & miſſis ad eum a ſenatu legatis, qui juberent ab obſidione ſocii regis abſiſtere, editiſque mandatis, conſideraturum ſe, quid faciendum eſſet, reſpondiſſet; unus ex legatis Popillius virga regem circumſcripſit, juſſitque, antequam circulo excederet, reſponſum daret. qua aſperitate effecit, ut Antiochus bellum omitteret. Legationes gratulantium populorum ac regum in ſenatum admiſſæ. Rhodiorum, quia eo bello contra populum Romanum fuerant, excluſa. poſtero die, quum de eo quæreretur, ut iis bellum indiceretur, cauſſam in ſenatu patriæ ſuæ legati egerunt. nec tanquam hoſtes, nec tanquam ſocii dimiſſi. Macedonia in provinciæ formam redacta. Æmilius Paullus, repugnantibus militibus ſuis propter minorem prædam, & contradicente Servio Sulpicio Galba, triumphavit: & Perſeum cum tribus filiis ante currum duxit. cujus triumphi lætitia, ne ſolida ei contingeret, duorum filiorum funeribus inſignita eſt: quorum alterius mors patris triumphum præceſſit, alterius ſecuta eſt. Luſtrum conditum eſt a cenſoribus. Cenſa ſunt civium capita quadringenta undecim millia octingenta decem. Pruſias, Bithyniæ rex, Romam, ut ſenatui gratularetur ob victoriam ex Macedonia partam, venit: & Nicomedem filium ſenatui commendavit. Rex, plenus adulationis, libertum ſe populi dicebat.

Digitized by Google

EPITOME LIB. XLVI.

EUmenes rex Romam venit: qui, quia Macedonico bello ſe medium egerat, ne aut hoſtis judicatus videretur, ſi excluſus eſſet; aut liberatus crimine, ſi admitteretur; in commune lex lata eſt, ne cui regi Romam venire liceret. Claudius Marcellus conſul Alpinos Gallos, C. Sulpitius Gallus conſul Ligures, ſubegit. Legati Pruſiæ regis conqueſti ſunt de Eumene, quod fines ſuos depopularetur: dixeruntque, eum conſpiraſſe cum Antiocho contra populum Romanum. Societas cum deprecantibus Rhodiis juncta eſt. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecenta viginti ſeptem millia viginti duo. Princeps ſenatus lectus M· Æmilius Lepidus. Ptolemæus, Ægyptiorum rex, a minore fratre e regno pulſus, miſſis ad eum legatis, reſtitutus eſt. Ariarathes Cappadociæ rege mortuo, filius ejus Ariarathes accepit regnum: & amicitiam per legatos cum populo Romano renovavit. Res præterea adverſus Ligures, Corſos, & Luſitanos, vario eventu geſtas, & motus Syriæ, mortuo Antiocho, qui filium Antiochum puerum admodum reliquerat, continet. Hunc Antiochum puerum, cum Lyſia tutore ejus: Demetrius, Seleuci filius, qui Romam obſes miſſus fuerat, clam, quia minime dimittebatur a Romanis; interemit: & ipſe in regnum receptus. L. Æmilius, qui Perſeum vicerat, mortuus. cujus tanta abſtinentia fuit, ut, quum ex Hiſpania & Macedonia maximas opes retuliſſet, vix ex auctione bonorum ejus redactum ſit unde dos uxori ejus redderetur. Pomptinæ paludes a Cornelio Cethego conſule, cui ea provincia evenerat, ſiccatæ, agerque ex iis factus.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME LIB. XLVII.

CN. Tremellio, tribuno plebis, mulcta dicta eſt, quod cum M. Æmilio Lepido, pontifice maximo, injurioſe contenderat: Sacrorumque magiſtratuum jus potentius fuit. Lex de ambitu lata. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecenta viginti octo millia trecenta quatuordecim. Princeps ſenatus lectus Æmilius Lepidus. Inter Ptolemæos fratres, qui diſſidebant, fœdus ictum, ut alter in Ægypto, alter Cyrenis regnaret. Ariarathes, Cappadociæ rex, conſilio Demetrii regis Syriæ & viribus pulſus regno, a ſenatu reſtitutus eſt. Miſſi a ſenatu, qui inter Maſaniſſam & Carthaginienſes de agro judicarent. C. Marcius conſul adverſum Dalmatas parum proſpere primum, poſtea feliciter pugnavit. cum quibus bello confligendi cauſſa fuit, quod Illyricos, populi Romani ſocios, vaſtaverant. eandemque gentem Cornelius Naſica conſul domuit. Q. Opimius conſul tranſalpinos Ligures, qui Maſſilienſium oppida Antipolim & Nicæam vaſtabant, ſubegit. Præterea res in Hiſpania a compluribus parum proſpere geſtas continet. Conſules anno quingenteſimo nonageſimo octavo ab urbe condita magiſtratum, peractis comitiis, inſequentiſque anni conſulibus creatis, inire cœperunt. Mutandi comitia cauſſa fuit, quod Hiſpani rebellabant. Legati, ad diſceptandum inter Maſaniſſam & Carthaginienſes miſſi, nuntiaverunt, vim navalis materiæ ſe Carthagine deprehendiſſe. Aliquot prætores, a provinciis avaritiæ nomine accuſati, damnati ſunt.

EPI-

EPITOME LIB. XLVIII.

LUſtrum a cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecenta viginti quatuor millia. Semina tertii belli Punici referuntur. Quum in finibus Carthaginienſium maximus Numidarum exercitus, Archobarzane duce, Syphacis nepote, diceretur eſſe, M. Porcius Cato ſuaſit, ut Carthaginienſibus, qui exercitum, ſpecie contra Maſaniſſam regem; ſed revera contra Romanos accitum, in finibus haberent, bellum indiceretur. contradicente P. Cornelio Naſica, placuit legatos mitti Carthaginem, qui ſpecularentur quid ageretur. Caſtigato ſenatu Carthaginienſium, quod contra fœdus exercitum & navales materias haberent, pacem inter eos & Maſaniſſam facere voluerunt, Maſaniſſa agro, de quo lis erat, cedente. ſed Giſgo, Hamilcaris filius, homo ſeditioſus, qui tunc in magiſtratu erat, quum ſenatus pariturum ſe judicio legatorum dixiſſet, ita bellum adverſus Romanos ſuadendo concitavit, ut legatos, quo minus violarentur, fuga explicuerit. Id nuntiantes, infeſtum jam ſenatum Carthaginienſibus, infeſtiorem fecerunt. M. Porcius Cato funus mortui filii in prætura tenuiſſimo, ut valuit (nam pauper erat), ſumptu fecit. Andriſcus, qui ſe Perſei filium, regis quondam Macedoniæ, ingenti aſſeveratione mentiretur, Romam miſſus. M. Æmilius Lepidus, qui Princeps ſenatus ab ſextis jam cenſoribus erat lectus, antequam exſpiraret, præcepit filiis, lecto ſe ſtrato ſine linteis, ſine purpura, efferrent: in reliquum funus ne plus quam æris denos conſumerent; imaginum ſpecie, non ſumptibus, nobilitari magnorum virorum funera ſolere. De veneficiis quæſitum. Publicia & Lucinia, nobiles fœminæ, quæ viros ſuos necaſſe inſimulabantur, cognita cauſſa, quum prætori prædes vadeſque dediſſent, cognatorum decreto necatæ

catæ ſunt. Guluſſa, Maſaniſſæ filius, denuntiavit, Carthagine delectus agi, claſſem comparari, & haud dubium bellum ſtrui. Quum Cato ſuaderet, ut iis bellum indiceretur; P. Cornelio Naſica dicente, nihil temere faciundum; placuit, decem mitti legatos exploratum. L. Licinius Lucullus, A Poſthumius Albinus, conſules, quum delectum ſevere agerent, nec quemquam gratia dimitterent, a tribunis plebis, qui pro amicis ſuis vacationem impetrare non poterant, in carcerem conjecti ſunt. Hiſpanienſe bellum, quum parum proſpere aliquoties geſtum, ita confudiſſet civitatem Romanam, ut ne ii quidem invenirentur, qui aut tribunatum exciperent, aut legati ire vellent; P. Cornelius Æmilianus proceſſit: & excepturum ſe militiæ genus, quodcumque imperatum eſſet, profeſſus eſt. quo exemplo ad militandi ſtudium omnes incitavit. L. Lucullus conſul, quum Claudius Marcellus, cui ſucceſſerat, pacaſſe omnes Celtiberiæ populos videretur, Vaccæos, Cantabros, & alias incognitas adhuc nationes, in Hiſpania ſubegit. Ibi P. Cornelius Africanus, Scipio Æmilianus, L. Paulli filius, Africani nepos, ſed adoptivus, provocatorem barbarum tribunus militum occidit: & in oppugnatione Intercatiæ urbis majus multo etiam periculum adiit. nam murum primus omnium tranſcendit. Servius Sulpicius Galba, prætor, male adverſus Luſitanos pugnavit. Quum legati ex Africa cum Carthaginienſium oratoribus, & Guluſſa Maſaniſſæ filio, rediſſent, dicerentque & exercitum ſe & claſſem Carthagine deprehendiſſe, perrogari ſententias placuit; Catone, & aliis principibus ſenatus ſuadentibus, ut in Africam confeſtim tranſportaretur exercitus. quia vero Cornelius Naſica dicebat, nondum ſibi juſtam cauſam belli videri; placuit ut bello deſiſteretur, ſi Carthaginienſes claſſem exuſſiſſent, & exercitum dimiſiſſent: ſi minus, proximi conſules de

bello

bello Punico referrent. Quum locatum a Cenſoribus theatrum extrueretur, P. Cornelio Naſica auctore, tamquam inutile, & nociturum publicis moribus, ex ſenatusconſulto deſtructum eſt, populuſque aliquamdiu ſtans ludos ſpectavit. Carthaginienſes, quum, adverſum fœdus, bellum Maſaniſſæ intuliſſent, victi ab eo, annos habente nonaginta duos, & ſine pulpamine mandere & guſtare panem tantummodo ſolito, inſuper Romanum bellum meruerunt.

EPITOME LIB. XLIX.

TErtii Punici belli initium altero & ſexcenteſimo anno ab urbe condita, intra quintum annum, quam erat cœptum, conſummatur. Inter M. Porcium Catonem, & Scipionem Naſicam, quorum alter ſapientiſſimus vir in civitate habebatur, alter etiam vir optimus a ſenatu judicatus erat, diverſis certatum eſt ſententiis, Catone ſuadente bellum, & ut tolleretur deleretur que Carthago; Naſica diſſuadente: placuit tamen, eo quod contra fœdus naves haberent, quod extra fines exercitum duxiſſent, quod ſocio populi Romani & amico Maſaniſſæ arma intuliſſent, quod filium ejus Guluſſam, qui cum legatis Romanis erat, in oppidum non recepiſſent, bellum iis indici. Prius, quam ullæ copiæ in naves imponerentur, Uticenſes legati Romam venerunt, ſe ſuaque omnia dedentes. Ea legatio, veluti omen, grata Patribus, acerba Carthaginienſibus fuit. Diti patri ludi ad Terentum, ex præcepto librorum Sibyllinorum, facti: qui anno centeſimo, primo bello Punico, quingenteſimo & altero anno ab urbe condita, facti fuerant. Legati triginta Romam venerunt, per quos ſe Carthaginienſes dedebant. Catonis ſententia pervicit, ut in decreto perſtaretur, & ut conſules quam-primum proficiſcerentur ad bellum. Qui ubi

Digitized by Google

ubi in Africam tranſierunt, acceptis, quos imperaverant, trecentis obſidibus, & armis omnibus, inſtrumentiſque belli, ſi qua Carthagine erant; tunc quum ex auctoritate Patrum juberent, ut in alium locum, dum procul a mari decem millia paſſuum, nec minus remotum, oppidum facerent; indignitate rei ad bellandum Carthaginienſes compulerunt. Obſideri oppugnarique cœpta eſt Carthago a L. Marcio, Manio Manilio, conſulibus. In qua oppugnatione, quum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupiſſent, & ab oppidanis graviter cæderentur, a Scipione Africano explicati ſunt. per quem & caſtellum Romanorum, quod nocte oppugnabant, paucis equitibus juvantibus liberatum eſt: caſtrorumque, quæ Carthaginienſes omnibus copiis pariter ab urbe egreſſi oppugnabant, liberatorum is ipſe præcipuam gloriam tulit. Præterea, quum, ab irrita oppugnatione Carthaginis, conſul (alter enim Romam ad comitia ierat) exercitum duceret adverſus Haſdrubalem, qui cum altera manu iniquum ſaltum inſederat, ſuaſit primo conſuli, ne tam iniquo loco confligeret. victus deinde complurium, qui & prudentiæ ejus & virtuti invidebant, ſententiis, & ipſe ſaltum ingreſſus eſt. cumque, ſicut prædixerat, fuſus fugatuſque eſſet Romanus exercitus, & duæ cohortes ab hoſte obſiderentur, cum exiguis equitum turmis in ſaltum reverſus liberavit eas, & incolumes reduxit. Quam virtutem ejus & Cato, vir promtioris ad vituperandum linguæ, in ſenatu ſic proſecutus eſt, ut diceret, reliquos, qui in Africa militarant, umbras militare, Scipionem vigere. Et populus Romanus eo favore & illum complexus eſt, ut comitiis complurimæ eum tribus conſulem ſcriberent; quum hoc per ætatem minime liceret. Quum L. Scribonius, tribunus plebis, rogationem promulgaſſet, ut Luſitani, qui in fidem po-

pulo Romano dediti, a Sergio Galba in Gallia veniſſent, in libertatem reſtituerentur, M. Cato acerrime ſuaſit. extat oratio in Annalibus ejus incluſa. Q. Fulvius Nobilior, & ſæpe ab eo in ſenatu laceratus, reſpondit pro Galba: ipſe quoque Galba; quum ſe damnari videret, complexus duos filios prætextatos, & filium Caii Sulpicii, cujus tutor erat, ita miſerabiliter pro ſe locutus eſt, ut rogatio antiquaretur. extant tres orationes ejus: duæ adverſum Libonem, tribunum plebis, rogationeſque ejus habitæ de Luſitanis; una contra L. Cornelium Cethegum, in qua Luſitanos prope ſeſe caſtra habentes cæſos fatetur: quod compertum habuerit, equo atque homine, ſuo ritu, immolatis, per ſpeciem pacis adoriri exercitum ſuum in animo habuiſſe. Andriſcus quidam, ultimæ ſortis homo, Perſei regis ſe filium ferens, & mutato nomine Philippus vocatus, quum ab urbe Roma, quo illum Demetrius Syriæ rex ob hoc ipſum mendacium miſerat, clam profugiſſet; multis ad falſam ejus fabulam, velut ad veram, euntibus; contracto exercitu totam Macedoniam, aut voluntate incolentium, aut armis, occupavit. Fabulam autem hujuſmodi finxerat: Ex pellice ſe & Perſeo rege ortum, traditum educandum Cretenſi cuidam eſſe, ut in belli caſus, quod ille cum Romanis gereret, aliquod velut ſemen ſtirpis regiæ extaret. Perſeo demortuo, Adramiti ſe educatum uſque ad duodecimum annum ætatis, patrem eum eſſe credentem a quo educaretur, ignarum generis fuiſſe ſui. affecto deinde eo, quum prope ad ultimum finem vitæ eſſet, detectam ſibi tandem originem ſuam; falſæque matri libellum datum ſigno Perſei regis ſignatum, quem ſibi traderet, quum ad puberem ætatem veniſſet. obteſtationeſque ultimas adjectas, ut res in occulto ad id tempus ſervaretur. pubeſcenti libellum traditum: in quo relicti ſibi duo theſauri a patre diceren-

Digitized by Google

cerentur. tum ſcientem mulierem ſubditicium ſe eſſe, veram ſtirpem ignoranti edidiſſe genus: atque obteſtatam, ut prius, quam ad Eumenem manaret res, Perſeo inimicum, excederet iis locis, ne interficeretur. eo ſe exterritum, ſimul ſperantem aliquod auxilium a Demetrio, in Syriam ſe contuliſſe: atque ibi primum, quis ipſe omnino eſſet, palam expromere auſum.

EPITOME LIB. L.

THeſſalia, quum & illam invadere armis atque occupare Pſeudophilippus vellet, per Romanorum legatos auxiliis Achæorum defenſa eſt. Pruſias, rex Bithyniæ, omniumque humillimorum vitiorum, a Nicomede filio, adjuvante Attalo rege, Pergami occiſus eſt. Habebat alterum filium, qui, pro ſuperiore ordine dentium, enatum habuiſſe unum os continens dicitur. Quum legatos ad pacem inter Nicomedem & Pruſiam faciendam Romani miſiſſent: & unus ex iis caput multis cicatricibus ſparſum haberet, alter pedibus æger eſſet, tertius ingenio ſocors haberetur; dixit Cato, eam legationem, nec caput, nec pedes, nec cor, habere. In Syria, quæ eo tempore ex ſtirpe generis Perſei regis Macedonum, inertia ſocordiaque ſimilem Pruſiæ, regem habebat: jacente eo in ganeo & luſtris, Ammonius regnabat: per quem & amici omnes regis, & Laodice regina, & Antigonus, Demetrii filius, occiſi. Maſaniſſa, Numidiæ rex, major nonaginta annis, deceſſit, vir inſignis. Inter cetera opera juvenilia, quæ ad ultimum edidit, adeo, etiam verſus in ſenectam, viguit, ut poſt ſextum & octogeſimum annum filium genuerit. Inter tres liberos ejus, maximum natu Micipſam, Guluſſam, Manaſtabulum, qui etiam Græcis literis eruditus erat, P. Scipio Æmilianus (quum commune eis pater regnum reliquiſſet, & dividere eos arbi-

arbitrio Scipione juſſiſſet) adminiſtrationem regni diviſit. Item Phameæ Himilconis, præfecto equitum Carthaginienſium, viro forti, & cujus præcipua opera Pœni utebantur, perſuaſit, ut cum equitatu ſuo ad Romanos tranſiret. Ex tribus legatis, qui ad Maſaniſſam miſſi fuerant, Claudius Marcellus, coorta tempeſtate, fluctibus obrutus eſt. Carthaginienſes Aſdrubalem, Maſaniſſæ nepotem, quem prætorem habebant, proditionis ſuſpectum, in curia interemerunt; quæ ſuſpicio inde emanavit, quod propinquus eſſet Guluſſæ, Romanorum auxilia juvantis. P. Scipio Æmilianus, quum ædilitatem peteret, conſul a populo dictus, quoniam per annos conſulem fieri non licebat, cum maximo certamine, ſuffragantibus plebeis, & repugnantibus aliquamdiu Patribus, legibus ſolutus, & conſul creatus eſt. M. Manilius aliquot urbes circumpoſitas Carthagini expugnavit. Pſeudophilippus in Macedonia, cæſo cum exercitu P. Juventio prætore, a Q. Cæcilio victus captuſque eſt: & recepta Macedonia.

EPITOME LIB. LI.

CArthago in circuitu viginti tria millia paſſus patens, magno labore obſeſſa, & per partes capta eſt: primum a Mancio legato, deinde a Scipione conſule, cui extra ſortem provincia Africa data erat. Carthaginienſes, portu novo (quia vetus a Scipione erat obſtructus) facto, & contracta, clam, exiguo tempore, ampla claſſe, navali prælio infeliciter pugnaverunt. Haſdrubalis quoque eorum ducis caſtra ad Nepharim oppidum, loco difficillimo ſita, cum exercitu deleta ſunt a Scipione. qui tandem urbem expugnavit, ſeptuageſimo anno quam erat condita. Spoliorum major pars Siculis, quibus ablata erant, reddita. Ultimo urbis excidio, quum ſe Haſdrubal Scipioni dediſſet, uxor ejus, quæ paucis ante diebus

de

de marito impetrare non potuerat ut ad victorem transfugeret, in medium ſe flagrantis urbis incendium duobus cum liberis ex arce præcipitavit. Scipio, exemplo patris ſui, Æmilii Paulli, qui Macedoniam vicerat, ludos fecit, transfugas ac fugitivos beſtiis objecit. Belli Achaïci ſemina referuntur hæc: quod legati populi Romani ab Achaïcis pulſati ſint; Corinthum miſſi, ut eas civitates, quæ ſub ditione Philippi fuerant, ab Achaïco concilio ſecernerent.

EPITOME LIB. LII.

CUm Achæis, qui in auxilium Bœotios & Chalcidenſes habebant, Q. Cæcilius Metellus ad Thermopylas conflixit. quibus victis, dux eorum Critolaus veneno ſibi mortem conſcivit. in cujus locum Diæus, Achaïci motus primus auctor, ab Achæis dux creatus, ad Iſthmon a L. Mummio conſule victus eſt. Qui, omni Achaïa in deditionem accepta, Corinthum ex Senatusconſulto diruit; quia ibi legati Romani violati erant. Thebæ quoque & Chalcis, quæ auxilio fuerant, dirutæ. Ipſe L. Mummius abſtinentiſſimum virum egit. nec quicquam ex iis opibus ornamentiſque, quæ prædives Corinthus habuit, in domum ejus pervenit. Q. Cæcilius Metellus de Andriſco triumphavit: P. Cornelius Africanus, Scipio Æmilianus, de Carthagine & Aſdrubale. Viriatus in Hiſpania, primum ex paſtore venator, e venatore latro, mox juſti quoque exercitus dux factus, univerſam Luſitaniam occupavit. M. Vitilium prætorem, fuſo ejus exercitu, cepit: poſt quem C. Plautius prætor nihilo felicius rem geſſit, tantumque terrorem is hoſtis intulit, ut adverſus eum conſulari opus eſſet & duce & exercitu. Præterea motus Syriæ, & bella inter reges geſta, referuntur. Alexander, homo ignotus, & incertæ ſtirpis, occiſo (ſicut ante dictum eſt)

Demetrio rege, in Syria regnabat. hunc Demetrius, Demetrii filius, qui a patre quondam, ob incertos belli caſus, ablegatus Gnidon fuerat, contempta ſocordia inertiaque ejus, adjuvante Ptolemæo Ægypti rege, cujus filiam Cleopatram acceperat in matrimonium, bello interemit. Ptolemæus in caput graviter vulneratus, inter curationem, dum oſſa medici terebrare contendunt, expiravit: atque in locum ejus frater minor Ptolemæus, qui Cyrenis regnabat, ſucceſſit. Demetrius ob crudelitatem quam per tormenta in ſuos exercebat, a Diodoto quodam, uno ex ſubjectis, qui Alexandri filio bimulo admodum regnum aſſerebat, bello ſuperatus, Seleuciam confugit. L. Mummius de Achæis triumphavit; ſigna ærea, marmoreaque, & tabulas pictas, in triumpho tulit.

EPITOME LIB. LIII.

App. Claudius conſul Salaſſos, gentem Alpinam, domuit. Alter Pſeudophilippus in Macedonia a L. Tremellio quæſtore cum exercitu cæſus eſt. Q. Cæcilius Metellus proconſul Celtiberos cecidit. a Q. Fabio proconſule pars maxima Luſitaniæ, expugnatis aliquot urbibus, recepta eſt. C. Julius ſenator Græce res Romanas ſcribit.

EPITOME LIB. LIV.

Q. Pompeius conſul in Hiſpania Termeſtinos ſubegit. cum eiſdem & Numantinis pacem ab infirmitate fecit. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. Cenſa civium capita trecenta viginti octo millia trecenta quadraginta duo. Quum Macedonum legati conqueſtum veniſſent de D. Junio Silano prætore, quod acceptis pecuniis provinciam ſpoliaſſent, & ſenatus de querelis eorum vellet cognoſcere; T. Manlius Torquatus, Silani pater, petiit, impetravitque,

Digitized by Google

ut ſibi cognitio mandaretur. & domi cauſſa cognita, filium condemnavit abdicavitque. ac ne funeri quidem ejus (quum ſuſpendio vitam finiſſet) interfuit: ſedenſque domi poteſtatem conſultantibus ex inſtituto fecit. Q. Fabius, proconſul, rebus in Hiſpania proſpere geſtis labem impoſuit; pace cum Viriato æquis conditionibus facta. Viriatus a proditoribus, conſilio Servilii Cæpionis, interemtus eſt, & ab exercitu ejus multum comploratus ac nobiliſſime tumulatus: vir duxque magnus, & per quatuordecim annos, quibus cum Romanis bellum geſſit, frequentius ſuperior.

EPITOME LIB. LV.

PUblio Cornelio Naſica, cui cognomen Serapioni fuit, ab irridente Curatio, tribuno plebis, impoſitum, & D. Junio Bruto, conſulibus, delectum habentibus in conſpectu tironum, res ſaluberrimi exempli facta eſt: nam C. Marienus accuſatus eſt apud tribunos plebis, quod exercitum in Hiſpania deſeruiſſet: damnatuſque ſub furca, diu virgis cæſus eſt, & ſeſtertio nummo veniit. Tribuni plebis, quia non impetrarant, ut ſibi denos, quos vellent, milites eximere liceret, conſules duci juſſerunt. Junius Brutus conſul in Hiſpania, iis, qui ſub Viriato militaverant, agros oppidumque dedit, quod Valentia vocatum eſt. M. Popilius a Numantinis, cum quibus pacem factam ſenatus irritam fieri cenſuerat, cum exercitu fuſus fugatuſque. C. Hoſtilio Mancino conſule ſacrificante, pulli ex cavea evolarunt: conſcendenti deinde in navim, ut in Hiſpaniam proficiſceretur, accidit audiri, Mane, mane, Mancine: quæ auſpicia triſtia fuiſſe, eventu probatum eſt. Victus enim a Numantinis & caſtris exutus, quum ſpes nulla ſervandi exercitus eſſet, pacem cum eis fecit ignominioſam, quam ratam eſſe ſenatus vetuit. Triginta

Digitized by Google

millia Romanorum a Numantinorum millibus quatuor victa erant. D. Junius Luſitaniam, triginta urbium expugnationibus, uſque ad Occaſum & Oceanum, perdomuit: & quum fluvium Oblivionem tranſire nollent milites, ereptum ſignifero ſignum ipſe tranſtulit, & ſic, ut tranſgrederentur, perſuaſit. Alexandri filius, rex Syriæ, decem annos admodum habens, a Diodoto, qui Tryphon cognominabatur, tutore ſuo, per fraudem occiſus eſt: corruptis medicis, qui, ipſum calculi dolore conſumi, ad populum mentiti, dum ſecant, occiderunt.

EPITOME LIB. LVI.

DEcimus Junius Brutus in ulteriore Hiſpania feliciter adverſus Gallæcios pugnavit. diſſimili eventu M. Æmilius Lepidus proconſul adverſus Vaccæos rem geſſit: clademque ſimilem Numantinæ paſſus eſt. Ad exſolvendum Numantini fœderis religione populum, Mancinus, quum hujus rei auctor fuiſſet, deditus Numantinis, non eſt receptus. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. Cenſa civium capita trecenta viginti tria millia. Fulvius Flaccus conſul Vardæos in Illyrico ſubegit. M. Coſconius prætor in Thracia cum Scordiſcis proſpere pugnavit. Quum, vitio ducum, bellum Numantinum non ſine publico pudore duraret, delatus eſt ultro Scipioni Africano a ſenatu populoque Romano conſulatus: quem quum illi capere ob legem, quæ vetabat, quemquam iterum conſulem fieri, non liceret, ſicuti priori conſulatu, legibus ſolutus eſt. Bellum ſervile in Sicilia ortum, quum opprimi a prætoribus non potuiſſet, C. Fulvio conſuli mandatum eſt. hujus belli initium fuit Eunus ſervus, natione Syrus, qui, contracta agreſtium ſervorum manu & ſolutis ergaſtulis, juſti exercitus numerum implevit. Cleo quoque alter ſervus ad ſeptuaginta millia ſervorum contraxit: & co-

piis

Digitized by Google

piis junctis, contra populum Romanum exercitumque ejus, bellum ſæpe geſſerunt.

Epitome Lib. LVII.

Scipio Africanus Numantium obſedit: & corruptum licentia luxuriaque exercitum, ad ſeveriſſimam militiæ diſciplinam revocavit. omnia deliciarum inſtrumenta recidit: duo millia ſcortorum caſtris ejecit, militem quotidie in opere habuit. & triginta dierum frumentum ad ſeptenos vallos ferre cogebat: ægre propter onus incedenti dicebat: Cum gladio te vallare ſcieris, vallum ferre deſinito. Alii ſcutum parvum habiliter ferenti, ſcutum amplius juſto ferre juſſit: neque id ſe reprehendere, quando melius ſcuto quam gladio uteretur. Quem militem extra ordinem deprehendit, ſi Romanus eſſet, vitibus; ſi extraneus, virgis cecidit. Jumenta omnia, ne exonerarent militem, vendidit. Sæpe adverſus eruptiones hoſtium feliciter pugnavit. Vaccæi obſeſſi, liberis & conjugibus trucidatis, ipſi ſe interemerunt. Scipio ampliſſima munera ſibi ab Antiocho rege Syriæ miſſa, quum celare aliis imperatoribus regum munera mos eſſet, pro tribunali accepturum ſe eſſe dixit, eaque omnia referre quæſtorem in publicas tabulas juſſit: ex iis, viris fortibus dona ſe daturum. Quum undique Numantium obſidione clauſiſſet, & oppreſſos fame videret urgeri hoſtes; qui pabulatum exierant, vetuit interimi; quod diceret, velocius eos abſumpturos frumentum, quod haberent, ſi plures fuiſſent.

Epitome Lib. LVIII.

Ti. Sempronius Gracchus, tribunus plebis, quum Agrariam legem ferret adverſus voluntatem ſenatus & equeſtris ordinis, Ne quis ex publico agro plus quam quingenta jugera poſſideret; in eum furorem

rem exarſit, ut M. Octavio collegæ, cauſſam diverſæ partis defendenti, poteſtatem lege lata abrogaret; ſeque & fratrem Caium, & Ap. Claudium ſocerum, triumviros ad dividendum agrum crearet. Promulgavit & aliam legem Agrariam, qua ſibi latius agrum patefaceret, ut iidem triumviri judicarent, qua publicus ager, qua privatus eſſet. deinde quum minus agri eſſet, quam quod dividi poſſet ſine offenſa etiam plebis (quoniam eos ad cupiditatem ampla modo ſperandi incitaverat), legem ſe promulgaturum oſtendit, ut iis, qui Sempronia lege agrum accipere deberent, pecunia, quæ regis Attali fuiſſet, divideretur. Hæredem autem populum Romanum reliquerat Attalus, rex Pergameni, Eumenis filius. Tot indignationibus commotus graviter ſenatus, ante omnes P. Mucius conſul, qui, quum in ſenatu in Gracchum peroraſſet, raptus ab eo ad populum, delatuſque plebi, rurſus in eum pro roſtris concionatus eſt. Quum iterum tribunus plebis creari vellet Gracchus; auctore P. Cornelio Naſica, in Capitolio ab optimatibus occiſus eſt; ictus primum fragmentis ſubſelliorum; & inter alios, qui in eadem ſeditione occiſi erant, inſepultus in flumen projectus. Res præterea in Sicilia vario eventu adverſum fugitivos geſtas continet.

EPITOME LIB. LIX.

NUmantini, fame coacti, ipſi ſe per vicem tradentes trucidaverunt. Captam urbem Scipio Africanus delevit, & de ea triumphavit, quartodecimo anno poſt Carthaginem deletam. P. Rutilius conſul in Sicilia cum fugitivis debellavit. Ariſtonicus, regis Eumenis filius, Aſiam occupavit: quum teſtamento Attali regis legata populo Romano liberaſſe deberet. adverſus eum P. Licinius Craſſus conſul, quum idem pontifex maximus eſſet (quod nun-

Digitized by Google

quam antea factum erat) extra Italiam profectus, prælio victus & interemtus eſt. M. Perperna, conſul, victum Ariſtonicum in deditionem accepit. Q. Pompeius, & Q. Metellus, tunc primum uterque ex plebe cenſores facti, luſtrum condiderunt. Cenſa ſunt civium capita trecenta tredecim millia octingenta viginti tria, præter pupillos & viduas. Q. Metellus cenſor cenſuit, ut omnes cogerentur ducere uxores, liberorum creandorum cauſſa. extat oratio ejus, quam Auguſtus Cæſar, quum de maritandis ordinibus ageret, velut in hæc tempora ſcriptam in ſenatu recitavit. C. Atinius Labeo, tribunus plebis, Q. Metellum cenſorem, a quo in ſenatu legendo præteritus erat, de ſaxo dejici juſſit: quod ne fieret, ceteri tribuni plebis auxilio fuerunt. Quum Carbo, tribunus plebis, rogationem tuliſſet, ut eundem tribunum plebis, quoties vellet, creari liceret; rogationem ejus P. Africanus graviſſima oratione diſſuaſit. in qua dixit, Tib. Gracchum jure cæſum videri. Gracchus contra ſuaſit rogationem: ſed Scipio renuit. Bella inter Antiochum Syriæ, & Phraatem Parthorum, regem geſta, nec magis quietæ res Ægypti, referuntur. Ptolemæus, Evergetes cognominatus, ob nimiam crudelitatem ſuis inviſus, incenſa a populo regia, clam in Cyprum profugit. &, quum ſorori ejus Cleopatræ, quam (filia ejus virgine per vim compreſſa, atque in matrimonium ducta) repudiaverat, regnum a populo datum eſſet, infenſus, filium, quem ex illa habebat, in Cypro occidit, caputque ejus, & manus, & pedes, matri miſit. Seditiones a triumviris, Fulvio Flacco, & C. Graccho, & C. Carbone, agro dividendo creatis, excitatæ. quibus quum Scipio Africanus adverſaretur, fortiſque ac validus pridie domum ſe recepiſſet, mortuus in cubiculo inventus eſt. Suſpecta fuit, tanquam ei venenum dediſſet, Sempronia uxor: hinc maxime, quod ſoror

eſſet Gracchorum, cum quibus ſimultas Africano fuerat. de morte tamen ejus nulla quæſtio acta. Eo defuncto, ſeditiones triumphales acrius exarſerunt. C. Sempronius conſul contra Japydas primo rem male geſſit: mox victoria cladem acceptam emendavit: virtute D. Junii Bruti, ejus qui Luſitaniam ſubegerat.

EPITOME LIB. LX.

L. Aurelius conſul, rebellantes Sardos ſubegit. M. Fulvius Flaccus primus omnium Tranſalpinos Ligures bello domuit: miſſus in auxilium Maſſilienſibus adverſus Salvios Gallos, qui populabantur fines Maſſilienſium. L. Opimius prætor Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit. Fregellas diruit. Peſtilentia in Africa ab ingenti multitudine locuſtarum, & deinde necatarum ſtrage, fuiſſe traditur. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecenta nonaginta millia ſeptingenta triginta ſex. C. Gracchus, Tiberii frater, tribunus plebis eloquentior quam frater, pernicioſas aliquot leges tulit: inter quas frumentariam, ut ſemiſſe & triente frumentum plebi daretur: alteram legem Agrariam, quam & frater ejus tulerat: tertiam, qua equeſtrem ordinem, tunc cum ſenatu conſentientem, corrumperet; ut ſexcenti ex equitibus in curiam ſublegerentur: & quia illis temporibus trecenti tantum ſenatores erant, ſexcenti equites trecentis ſenatoribus admiſcerentur. id eſt, ut equeſter ordo bis tantum virium in ſenatu haberet. & continuato in alterum annum tribunatu, legibus Agrariis latis effecit, ut complures coloniæ in Italia deducerentur, & una in ſolo dirutæ Carthaginis, quo ipſe triumvir creatus, coloniam deduxit. Præterea res a Q. Metello conſule adverſus Baleares geſtas continet: quas Græci Gymneſias appellant; quia æſtatem nudi exigant.

Digitized by Google

Baleares a teli miſſu appellati: vel a Baleo Herculis comite ibi relicto tunc, quum Hercules ad Geryonem navigaret. Motus quoque Syriæ referuntur, in quibus Cleopatra Demetrium virum ſuum, & Seleucum filium, indignata, quod, occiſo patre ejus a ſe, injuſſu ſuo diadema ſumſiſſet, interemit.

EPITOME LIB. LXI.

C. Sextus proconſul, victa Salviorum gente, coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam, & calidis & frigidis fontibus, atque a nomine ſuo ita appellatas. Cn. Domitius proconſul contra Allobroges ad oppidum Vindalium feliciter pugnavit. Quibus bellum inferendi cauſſa fuit, quod Teutomalium, Salviorum regem, fugientem recepiſſent, & omni ope juviſſent: quodque Æduorum agros, ſociorum populi Romani, vaſtaviſſent. C. Gracchus ſeditioſo tribunatu acto, quum Aventinum quoque armata multitudine occupaviſſet, a L. Opimio conſule, ex Senatuſconſulto vocato ad arma populo, pulſus, interemtus eſt: & cum eo Fulvius Flaccus conſularis, ſocius ejuſdem furoris. Q. Fabius Maximus conſul, Paulli nepos, adverſus Allobroges, & Bituitum Arvernorum regem feliciter pugnavit. Ex Bituiti exercitu cæſa millia hominum centum viginti. & quum ipſe ad ſatisfaciendum ſenatui Romam profectus eſſet, Albæ cuſtodiendus datus eſt; quia contra pacem videbatur, ut in Galliam remitteretur. Decretum quoque eſt, ut Congentiatus, filius ejus, comprehenſus, Romam mitteretur. Allobroges in deditionem accepti. L. Opimius, accuſatus apud populum a Q. Decio tribuno plebis, quod indemnatos cives in carcerem conjeciſſet, abſolutus eſt.

EPITOME LIB. LXII.

Q. Marcius conſul Stonos, gentem Alpinam, expugnavit. Micipſa, Numidarum rex, mortuus, regnum tribus filiis reliquit, Adherbali, Hiempſali, & Jugurthæ, fratris filio, quem adoptaverat. L. Cæcilius Metellus Dalmatas ſubegit. Jugurtha Hiempſalem fratrem bello petiit, quem victum interemit: Adherbalem regno expulit, qui a ſenatu reſtitutus eſt. L. Cæcilius Metellus, Cn. Domitius Ahenobarbus, cenſores, duos & triginta ſenatu moverunt. Præterea motus Syriæ regum continet.

EPITOME LIB. LXIII.

C. Porcus conſul in Thracia male adverſus Scordiſcos pugnavit. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt civium capita trecenta nonaginta quatuor millia trecenta triginta ſex. Æmilia, Licinia, Marcia, virgines Veſtales, inceſti damnatæ ſunt: idque inceſtum quemadmodum & commiſſum, & deprehenſum, & vindicatum ſit, refertur. Cimbri, gens vaga, populabundi in Illyricum venerunt: ab iis Papirius Carbo conſul cum exercitu fuſus eſt. Livius Druſus conſul adverſus Scordiſcos, gentem a Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit, magnumque honorem tulit.

EPITOME LIB. LXIV.

ADherbal bello petitus a Jugurtha, & in oppido Cirta obſeſſus, contra denuntiationem ſenatus, ab eo occiſus eſt. Ob hoc ipſi Jugurthæ bellum indictum: idque Calpurnius Beſtia conſul gerere juſſus, pacem cum Jugurtha injuſſu populi & ſenatus fecit. Jugurtha, fide publica evocatus ad indicandos auctores conſiliorum ſuorum, quod multos pecunia in ſenatu corrupiſſe dicebatur, Romam venit:

Digitized by Google

nit: & propter cædem admiſſam in Regulum quendam, nomine Maſſivam, qui regnum ejus populo Romano inviſi appetebat, Romæ interfectum, quum periclitaretur; cauſſam capitis dicere juſſus, clam profugit, & cedens urbe fertur dixiſſe, *O urbem venalem, & cito perituram, ſi emptorem invenerit!* A. Poſthumius, legatus, infeliciter prælio adverſus Jugurtham geſto conflixit. pacem quoque adjecit ignominioſam, quam non eſſe ſervandam ſenatus cenſuit.

Epitome Lib. LXV.

Q. Cæcilius Metellus, conſul, duobus præliis Jugurtham fudit, totamque Numidiam vaſtavit. M. Junius Silanus, conſul, adverſum Cimbros infeliciter pugnavit. legatis Cimbrorum ſedem & agros, in quibus conſiderent, poſtulantibus, ſenatus negavit. M. Minucius, proconſul, contra Thracas proſpere pugnavit. L. Caſſius conſul a Tigurinis Gallis, pago Helvetiorum, qui a civitate ſucceſſerant, in finibus Allobrogum, cum exercitu cæſus eſt. milites, qui ex ea clade ſuperaverunt, obſidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hoſtibus pacti ſunt.

Epitome Lib. LXVI.

JUgurtha pulſus a C. Mario ex Numidia, auxilio Bocchi, Maurorum regis, adjutus eſt: & cæſis prælio Bocchi quoque copiis, nolente Boccho bellum infeliciter ſuſceptum diutius ſuſtinere; vinctus ab eo & Mario traditus eſt: in qua re præcipua opera L. Cornelii Sullæ, quæſtoris Marii, fuit.

Epitome Lib. LXVII.

MArcus Aurelius Scaurus, legatus conſuli, a Cimbris fuſo exercitu captus eſt: & quum, in con-

Digitized by Google

conſilium ab iis evocatus, deterreret eos, ne Alpes tranſirent Italiam petituri, eo quod diceret Romanos vinci non poſſe, a Boiorige, feroce juvene, occiſus eſt. Ab iiſdem hoſtibus C. Manlius conſul, & Q. Servilius Cæpio proconſul, victi prælio, caſtris quoque binis exuti ſunt: octoginta millia militum occiſa, calonum ac lixarum quadraginta. Secundum populi Romani juſſionem, Cæpionis, cujus temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata ſunt; primi poſt regem Tarquinium: imperiumque ei abrogatum. In triumpho C. Marii ductus ante currum ejus Jugurtha cum duobus filiis, & in carcere necatus eſt. Marius triumphali veſte in ſenatum venit, quod nemo ante eum fecerat: eique propter Cimbrici belli metum continuatus per complures annos magiſtratus eſt. Conſulatu ſecundo & tertio abſens conſul creatus. Quartum conſulatum diſſimulanter captans conſecutus eſt. Cn. Domitius, pontifex maximus, populi ſuffragio, creatus eſt. Cimbri, vaſtatis omnibus quæ inter Rhodanum & Pyrenæum ſunt, per ſaltum in Hiſpaniam tranſgreſſi, ibique multa loca populati, a Celtiberis fugati ſunt: reverſique in Galliam, bellicoſis ſe Teutonis conjunxerunt.

EPITOME LIB. LXVIII.

MArcus Antonius prætor in Ciliciam maritimos prædones perſecutus eſt. C. Marius conſul ſumma vi oppugnata a Teutonis & Ambronibus caſtra defendit. duobus deinde præliis circa Aquas Sextias eos delevit: in quibus cæſa traduntur hoſtium ducenta millia, capta nonaginta. Marius abſens quintum conſul creatus eſt. triumphum oblatum, donec & Cimbros vinceret, diſtulit. Cimbri, repulſo ab Alpibus fugatoque Q. Catulo proconſule, qui fauces Alpium obſederat, & ad flumen Athéſim caſtellum

editum

editum inſederat reliqueratque, quum virtute ſua explicati fugientem proconſulem exercitumque conſecuti, in Italiam trajeciſſent, junctis ejuſdem Catuli & C. Marii exercitibus, prælio victi ſunt ab eis: in quo cæſa traduntur hoſtium centum quadraginta millia, capta ſexaginta. Marius, totius civitatis conſenſu exceptus, pro duobus triumphis qui offerebantur, uno contentus fuit. Primores civitatis, qui aliquamdiu, ut novo homini ad tantos honores evecto, inviderant, conſervatam ab eo Rempublicam fatebantur. Publicius Malleolus, matre interemta, primus omnium inſutus culeo, in mare præcipitatus eſt. Ancilia cum ſtrepitu mota eſſe, antequam Cimbricum bellum conſummaretur, referuntur. Bella præterea inter Syriæ reges geſta continet.

EPITOME LIB. LXIX.

L. Appuleius Saturninus, adjuvante C. Mario, & per milites occiſo A. Nonio competitore, tribunus plebis per vim creatus, non minus violenter tribunatum, quam petierat, geſſit; & quum legem Agrariam per vim tuliſſet, Metello Numidico, eo quod in eam non juraverat, diem dixit. qui quum a bonis civibus defenderetur, ne cauſſa majorum certaminum eſſet, in voluntarium exilium Rhodum profectus eſt: ibique legendo, & audiendis magnis viris, vacabat. Profecto C. Marius, ſeditionis auctor, qui ſextum conſulatum per tribus ſparſa pecunia emerat, aqua & igni interdixit. Idem Appuleius Saturninus, tribunus plebis, C. Memmium, candidatum conſulatus, quem maxime adverſarium actionibus ſuis timebat, interemit. quibus rebus, concitato ſenatu (in cujus cauſſam, & C. Marius, homo mutabilis, & varii conſilii ingeniique, qui ſemper ſecundum fortunam tranſierat, quum eum tueri minime poſſet), oppreſſus armis cum Glaucia Prætore,

& aliis

& aliis ejuſdem furoris ſociis, a Rabirio quodam interfectus eſt. Q. Cæcilius Metellus ab exilio, ingenti totius favore civitatis, reductus eſt. C. Aquilius, proconſul, in Sicilia bellum ſervile excitatum confecit.

EPITOME LIB. LXX.

QUum M. Aquilius de pecuniis repetundis cauſſam diceret, ipſe rogare judices noluit. M. Antonius, qui pro eo perorabat, tunicam a pectore ejus diſcidit, ut honeſtas cicatrices oſtenderet: quibus conſpectis, indubitanter abſolutus eſt. Cicero ejus rei ſolus auctor. T. Didius, proconſul, adverſum Celtiberos feliciter pugnavit. Ptolemæus, Cyrenarum rex, cui cognomentum Apioni fuit, mortuus, heredem populum Romanum reliquit, & ejus regni civitates Senatus liberas eſſe juſſit. Ariobarzanes in regnum Cappadociæ, a L. Cornelio Sulla, reductus eſt. Parthorum legati, a rege Arſace miſſi, ad Sullam venerunt, ut amicitiam populi Romani peterent. P. Rutilius, vir ſummæ innocentiæ, quoniam legatus C. Mucii proconſulis a publicanorum injuriis Aſiam defenderat, inviſus equeſtri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus, in exilium miſſus eſt. C. Geminius, prætor, contra Thraces infeliciter pugnavit. Senatus, quum impotentiam equeſtris ordinis in judiciis exercendis ferre nollet, omni vi niti cœpit, ut ad ſe judicia transferrentur, ſuſtinente cauſſam ejus M. Livio Druſo, tribuno plebis: qui, ut vires ſibi acquireret, pernicioſa ſpe largitionum, plebem concitavit. Præterea motus Syriæ regum continet.

EPITOME LIB. LXXI.

M. Livius Druſus, tribunus plebis, ut majoribus viribus ſenatus cauſſam ſuſceptam tueretur,

tur, ſocios & Italicos populos, ſpe civitatis Romanæ, ſolicitavit. iiſque adjuvantibus, per vim legibus Agrariis frumentariiſque latis judiciariam quoque pertulit, ut æqua parte judicia penes ſenatum & equeſtrem ordinem eſſent. Quum deinde promiſſa ſociis civitas præſtari non poſſet, irati Italici defectionem agitare cœperunt. eorum coitus, conjurationes, orationeſque in conciliis principum, referuntur, propter quæ Livius Druſus etiam ſenatui inviſus factus, velut ſocialis belli auctor, incertum a quo, domi occiſus eſt.

Epitome Lib. LXXII.

Italici populi defecerunt, Picentes, Veſtini, Marſi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani: initio belli a Picentibus moto. Q. Servilius, proconſul, in oppido Aſculo cum omnibus civibus Romanis, qui in eo oppido erant, occiſus eſt. ſaga populus ſumpſit. Servius Galba a Lucanis comprehenſus, unius fœminæ opera, ad quam divertebatur, captivitate exemtus eſt. Æſernia & Alba, coloniæ, ab Italicis obſeſſæ ſunt. Auxilia deinde Latini nominis, externarumque gentium, miſſa populo Romano, & expeditiones invicem, urbiumque expugnationes, referuntur.

Epitome Lib. LXXIII.

L. Julius Cæſar, conſul, male adverſus Samnites pugnavit. Nola colonia in poteſtatem Samnitium venit cum L. Poſthumio prætore, qui ab iis interemtus eſt. Complures populi ad hoſtes defecerunt. Quum P. Rutilius conſul parum proſpere contra Marſos pugnaſſet, & in prælio cecidiſſet, C. Marius, legatus ejus, meliore eventu cum hoſtibus conflixit. Servius Sulpitius Pelignos prælio fudit. Q. Cæpio, legatus Rutilii, quum obſeſſus proſpere in ho-

Digitized by Google

hoſtes erupiſſet, &, ob eum ſucceſſum, æquatum ei cum C. Mario eſſet imperium, temerarius factus, & circumventus inſidiis, fuſo exercitu cecidit. L. Cæſar conſul feliciter contra Samnites pugnavit. ob eam victoriam Romæ ſaga poſita ſunt, &, ut varia belli fortuna eſſet, Æſernia colonia cum M. Marcello in poteſtatem Samnitium venit. Sed C. Marius prælio Marſos fudit. Herio Aſinio, prætore Marrucinorum, occiſo, C. Cæcilius in Gallia tranſalpina Salvios rebellantes vicit.

EPITOME LIB. LXXIV.

CN. Pompeius Picentes prælio fudit, & obſedit. propter quam victoriam Romæ prætextæ, aliaque magiſtratuum ornamenta & inſignia, ſumpta ſunt. C. Marius cum Marſis dubio eventu pugnavit. Libertini tum primum militare cœperunt. Aulus Plotius legatus Umbros, L. Porcius prætor Marſos, quum uterque populus defeciſſet, prælio vicerunt. Nicomedes in Bithyniæ, Ariobarzanes in Cappadociæ, regna reducti ſunt. Cn. Pompeius conſul Marſos acie vicit. Quum ære alieno oppreſſa eſſet civitas, A. Sempronius Aſellio prætor, quoniam ſecundum debitores jus dicebat, ab iis, qui fœnerabantur, in foro occiſus eſt. Præterea incurſiones Thracum in Macedoniam populationeſque continet.

EPITOME LIB. LXXV.

AUlus Poſthumius Albinus, legatus, in ob[illegible]ne caſtrorum hoſtilium cecidit. Sulpici[illegible]tus, quum claſſi præeſſet, infamis crimi[illegible]nis, ab exercitu ſuo interfectus e[illegible] la legatus, Samnites prælio [illegible] rum expugnavit. Cn. Pom[illegible] nem accepit. L. Porcius [illegible] geſtis, [illegible] fuſſ-

Digitized by Google

fuſiſque aliquoties Marſis, dum caſtra eorum expugnat, cecidit. ea res hoſtibus victoriam ejus prælii dedit. Coſconius, & Luceius, Samnites acie vicerunt, Marium Egnatium, nobiliſſimum hoſtium ducem, occiderunt, compluraque eorum oppida in deditionem acceperunt. L. Sulla Hirpinos domuit, Samnites multis præliis fudit; aliquot populos recepit: quantiſque raro quiſquam alius ante conſulatum rebus geſtis, ad petitionem conſulatus Romam eſt profectus.

EPITOME LIB. LXXVI.

AUlus Gabinius legatus, rebus adverſum Lucanos proſpere geſtis, & pluribus oppidis expugnatis, in obſidione caſtrorum hoſtium cecidit. Sulpicius legatus Marrucinos cecidit, totamque eam regionem recepit. Cn. Pompeius proconſul Veſtinos & Pelignos in deditionem accepit. Marſi quoque, a L. Murena & Cæcilio Pinna legatis, aliquot præliis fracti, pacem petierunt. Aſculum a Cn. Pompeio captum eſt, cæſis & a Mamerco Æmilio legato Italicis. Silo Popædius, dux Marſorum, auctor hujus rei, in prælio cecidit. Ariobarzanes Cappadociæ, Nicomedes Bithyniæ regno, a Mithridate Ponti rege pulſi ſunt. Præterea incurſiones Thracum in Macedoniam populationeſque continet.

E[illegible]TOME LIB. LXXVII.

QUum [illegible]picius, tribunus plebis, auctore C. Mario [illegible]niciosas leges promulgaſſet, ut exules revoca[illegible] & novi cives libertinique diſtribuerentur in [illegible] & ut Marius adverſus Mithridatem, Ponti reg[illegible]ux crearetur, & adverſantibus conſulibus, [illegible]peio, & [illegible]. Sullæ, vim intuliſſet, occiſoque [illegible]eii conſul[illegible]lio, genero Sullæ; L. Sulla con[illegible] exercitu [illegible]rbem venit, & adverſus

hoſtes erupiſſet, &, ob eum ſucceſſum, æquatum ei cum C. Mario eſſet imperium, temerarius factus, & circumventus inſidiis, fuſo exercitu cecidit. L. Cæſar conſul feliciter contra Samnites pugnavit. ob eam victoriam Romæ ſaga poſita ſunt, &, ut varia belli fortuna eſſet, Æſernia colonia cum M. Marcello in poteſtatem Samnitium venit. Sed C. Marius prælio Marſos fudit. Herio Aſinio, prætore Marrucinorum, occiſo, C. Cæcilius in Gallia tranſalpina Salvios rebellantes vicit.

EPITOME LIB. LXXIV.

CN. Pompeius Picentes prælio fudit, & obſedit. propter quam victoriam Romæ prætextæ, aliaque magiſtratuum ornamenta & inſignia, ſumpta ſunt. C. Marius cum Marſis dubio eventu pugnavit. Libertini tum primum militare cœperunt. Aulus Plotius legatus Umbros, L. Porcius prætor Marſos, quum uterque populus defeciſſet, prælio vicerunt. Nicomedes in Bithyniæ, Ariobarzanes in Cappadociæ, regna reducti ſunt. Cn. Pompeius conſul Marſos acie vicit. Quum ære alieno oppreſſa eſſet civitas, A. Sempronius Aſellio prætor, quoniam ſecundum debitores jus dicebat, ab iis, qui fœnerabantur, in foro occiſus eſt. Præterea incurſiones Thracum in Macedoniam populationeſque continet.

EPITOME LIB. LXXV.

AUlus Poſthumius Albinus, legatus, in obſidione caſtrorum hoſtilium cecidit. Sulpicius legatus, quum claſſi præeſſet, infamis crimine proditionis, ab exercitu ſuo interfectus eſt. L. Cornelius Sulla legatus, Samnites prælio vicit, & bina caſtra eorum expugnavit. Cn. Pompeius Veſtinos in deditionem accepit. L. Porcius conſul rebus proſpere geſtis,

fuſſ-

ſuſiſque aliquoties Marſis, dum caſtra eorum expugnat, cecidit. ea res hoſtibus victoriam ejus prælii dedit. Coſconius, & Luceius, Samnites acie vicerunt, Marium Egnatium, nobiliſſimum hoſtium ducem, occiderunt, compluraque eorum oppida in deditionem acceperunt. L. Sulla Hirpinos domuit, Samnites multis præliis fudit; aliquot populos recepit: quantiſque raro quiſquam alius ante conſulatum rebus geſtis, ad petitionem conſulatus Romam eſt profectus.

EPITOME LIB. LXXVI.

AUlus Gabinius legatus, rebus adverſum Lucanos proſpere geſtis, & pluribus oppidis expugnatis, in obſidione caſtrorum hoſtium cecidit. Sulpicius legatus Marrucinos cecidit, totamque eam regionem recepit. Cn. Pompeius proconſul Veſtinos & Pelignos in deditionem accepit. Marſi quoque, a L. Murena & Cæcilio Pinna legatis, aliquot præliis fracti, pacem petierunt. Aſculum a Cn. Pompeio captum eſt, cæſis & a Mamerco Æmilio legato Italicis. Silo Popædius, dux Marſorum, auctor hujus rei, in prælio cecidit. Ariobarzanes Cappadociæ, Nicomedes Bithyniæ regno, a Mithridate Ponti rege pulſi ſunt. Præterea incurſiones Thracum in Macedoniam populationeſque continet.

EPITOME LIB. LXXVII.

QUum P. Sulpicius, tribunus plebis, auctore C. Mario, pernicioſas leges promulgaſſet, ut exules revocarentur, & novi cives libertinique diſtribuerentur in tribus, & ut Marius adverſus Mithridatem, Ponti regem, dux crearetur, & adverſantibus conſulibus, Q. Pompeio, & L. Sullæ, vim intuliſſet, occiſoque Pompeii conſulis filio, genero Sullæ; L. Sulla conſul cum exercitu in urbem venit, & adver-

 ſus

ſus factionem Sulpicii & Marii in ipſa urbe pugnavit, eamque expulit. ex qua duodecim a ſenatu hoſtes, inter quos C. Marius pater & filius, judicati ſunt. P. Sulpicius, quum in quadam villa lateret, indicio ſervi ſui retractus & occiſus eſt. ſervus, ut præmium promiſſi indicii haberet, manumiſſus eſt, &, ob ſcelus proditi domini, de ſaxo dejectus eſt. C. Marius filius in Africam trajecit. C. Marius pater, quum in paludibus Minturnenſium lateret, extractus eſt ab oppidanis: & quum ad occidendum eum miſſus ſervus, natione Gallus, majeſtate tanti viri perterritus receſſiſſet, impoſitus publicæ navi delatus eſt in Africam. L. Sulla civitatis ſtatum ordinavit: exinde colonias deduxit. Q. Pompeius conſul, ad accipiendum a Cn. Pompeio proconſule exercitum profectus, conſilio ejus occiſus eſt. Mithridates, Ponti rex, Bithynia & Cappadocia occupatis, & pulſo Aquilio legato, Phrygiam, provinciam populi Romani, cum ingenti exercitu intravit.

EPITOME LIB. LXXVIII.

Mithridates Aſiam occupavit: Q. Oppium proconſulem, item Aquilium legatum, in vincula conjecit: juſſuque ejus, quicquid civium Romanorum in Aſia fuit, uno die trucidatum eſt. Urbem Rhodum, quæ ſola in fide permanſerat, oppugnavit, & aliquot præliis navalibus victus receſſit. Archelaus præfectus in Græciam cum exercitu venit; Athenas occupavit. Præterea trepidationem urbium inſularumque, aliis ad Mithridatem, aliis ad populum Romanum, civitates ſuas tradentibus, continet.

Epitome Lib. LXXIX.

L. Cornelius Cinna, quum pernicioſas leges per vim atque arma ferret, pulſus ab urbe a Cn. Octavio collega, cum ſex tribunis plebis: imperioque ei abrogato, corruptum Ap. Claudii exercitum in poteſtatem ſuam redegit, bellum urbi intulit; accerſito C. Mario ex Africa cum aliis exulibus: in quo bello duo fratres, alter ex Pompeii exercitu, alter ex Cinnæ, ignorantes concurrerunt: & quum victor ſpoliaret occiſum, agnito fratre, ingenti lamentatione edita, rogo ei extructo, ipſe ſupra rogum ſe transfodit, & eodem igni conſumtus eſt. Et quum opprimi inter initia potuiſſet, Cn. Pompeii fraude, qui, utramque partem fovendo, vires Cinnæ dedit, nec niſi profligatis optimatium rebus auxilium tulit, & conſulis ſegnitie confirmati Cinna & Marius, quatuor exercitibus, quorum duo Q. Sertorio & Carboni dati ſunt, urbem circumſederunt. Oſtiam coloniam Marius expugnavit, & crudeliter diripuit.

Epitome Lib. LXXX.

Italicis populis a ſenatu civitas data eſt. Samnites, qui ſoli arma recipiebant, Cinnæ & Mario ſe conjunxerunt. ab iis Plancius cum exercitu cæſus eſt. Cinna & Marius cum Carbone & Sertorio Janiculum occupaverunt, & fugati ab Octavio conſule receſſerunt. Marius Antium, & Ariciam, & Lanuvium, colonias devaſtavit. Quum nulla ſpes eſſet optimatibus reſiſtendi, propter ſegnitiem & perfidiam & ducum & militum, qui corrupti aut pugnare nolebant, aut ad diverſas partes tranſibant, Cinna & Marius in urbem recepti ſunt: qui velut captam, eam, cædibus & rapinis vaſtarunt; Cn. Octavio conſule occiſo, & omnibus adverſæ partis nobilibus trucidatis, inter quos M. Antonio eloquentiſſimo viro, L. & C.

Cæſare; quorum capita in roſtra poſita ſunt. Craſſus filius ab equitibus Fimbriæ interemtus. pater Craſſus, ne quid indignum virtute ſua pateretur, gladio ſe transfixit. Et citra ulla comitia conſules in ſequentem annum ſe ipſos renuntiaverunt. Eodemque die, quo magiſtratum inierant, Marius Sex. Licinium Senatorem de ſaxo dejici juſſit: editiſque multis ſceleribus, Idibus Januariis deceſſit: vir, cujus ſi examinentur cum virtutibus vitia haud facile ſit dictu, utrum bello melior, an pace perniciosior fuerit. adeo, quam Rempublicam armatus ſervavit, eam primo togatus omni genere fraudis, poſtremo armis, hoſtiliter evertit.

EPITOME LIB. LXXXI.

L. Sulla Athenas, quas Archelaus præfectus Mithridatis occuparat, circumſedit, & cum maximo labore expugnavit. urbi libertatem, & civibus, quæ habuerant, reddidit. Magneſia, quæ ſola in Aſia civitas in fide manſerat, ſumma virtute adverſus Mithridatem defenſa eſt. Præterea tranſitus Thracum in Macedoniam continet.

EPITOME LIB. LXXXII.

SUlla copias regis, quæ Macedonia occupata in Theſſaliam venerant, prælio vicit: cæſis hoſtium centum millibus, & caſtris quoque expugnatis. Renovato deinde bello, iterum exercitum regis fudit ac delevit. Archelaus, cum claſſe regia, Sullæ ſe tradidit. L. Valerius Flaccus conſul, collega Cinnæ miſſus, ut Sullæ ſuccederet, propter avaritiam inviſus exercitui ſuo, a C. Fimbria legato ipſius, ultimæ audaciæ homine, occiſus eſt: & imperium ad Fimbriam tranſlatum. Præterea expugnatæ in Aſia urbes a Mithridate, & crudeliter direpta pecunia, incurſioneſque Thracum in Macedoniam, referuntur.

Digitized by Google

EPITOME LIB. LXXXIII.

C. Fimbria, in Aſia fuſis prælio aliquot copiis Mithridatis, urbem Pergamum cepit, obſeſſumque regem non multum abfuit quin caperet. Urbem Ilion, quæ ſe poteſtati Sullæ reſervabat, & expugnavit ac delevit, & magnam partem Aſiæ recepit. Sulla multis præliis Thracas cecidit. Quum L. Cinna, & Cn. Papirius Carbo, a ſeipſis conſules per biennium creati, bellum contra Sullam pararent; effectum quidem eſt per L. Valerium Flaccum, principem ſenatus, qui orationem in ſenatu habuit, & per eos qui concordiæ ſtudebant, ut legati ad Sullam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu ſuo, quem invitum cogebat naves conſcendere & adverſus Sullam proficiſci, interemtus eſt. conſulatum Carbo ſolus geſſit. Sulla, quum in Aſiam trajeciſſet, pacem cum Mithridate fecit; ita ut his cederet provinciis, Aſia, Bithynia, Cappadocia. Fimbria, deſertus ab exercitu, qui ad Sullam tranſierat, ipſe ſe percuſſit: impetravitque de ſervo ſuo, præbens cervicem, ut ſe interficeret.

EPITOME LIB. LXXXIV.

Sulla legatis, qui a ſenatu miſſi erant, futurum ſe in poteſtate ſenatus reſpondit, ſi cives, qui a Cinna pulſi ad ſe fugerant, reſtituerentur. quæ conditio quum juſta ſenatui videretur, per Carbonem factionemque ejus, cui bellum videbatur utilius, ne conveniret, effectum eſt. Idem Carbo, quum ab omnibus oppidis Italiæ coloniſque obſides exigere vellet, ut fidem illorum contra Sullam obligaret, conſenſu ſenatus prohibitus eſt. Novis civibus Senatuſconſulto ſuffragium datum eſt. Q. Metellus Pius, qui partes optimatium ſequutus erat, quum in Africa bellum moliretur, a C. Fabio prætore pulſus eſt: ſenatuſ-

natuſque conſultum per factionem Carbonis & Marianarum partium factum eſt, ut omnes ubique exercitus dimitterentur. Libertini in quinque & triginta tribus diſtributi ſunt. Præterea belli apparatum, quod contra Sullam excitabatur, continet.

EPITOME LIB. LXXXV.

SUlla in Italiam cum exercitu trajecit, miſſiſque legatis qui de pace agerent, & a conſule C. Norbano violatis, eundem Norbanum prælio vicit. Et, quum L. Scipionis alterius conſulis, cum quo per omnia id egerat, ut pacem jungeret, nec potuerat, caſtra oppugnaturus eſſet, univerſus exercitus conſulis, ſollicitatus per emiſſos a Sulla milites, ſigna ad Sullam tranſtulit. Scipio, quum interimi poſſet, dimiſſus eſt. Cn. Pompeius, Cn. F., ejus qui Aſculum ceperat, conſcripto voluntariorum exercitu, cum tribus legionibus ad Sullam venerat; ad quem ſe nobilitas omnis conferebat: ita ut deſerta urbe ad caſtra veniretur. Præterea expeditiones per univerſam Italiam utriuſque partis ducum referuntur.

EPITOME LIB. LXXXVI.

QUum C. Marius, C. Marii filius, conſul ante annos viginti per vim creatus eſſet, C. Fabius in Africa, propter crudelitatem & avaritiam, in prætorio ſuo vivus exuſtus eſt. L. Philippus, legatus Sullæ, Sardiniam, Qu. Antonio prætore pulſo & occiſo, occupavit. Sulla cum Italicis populis, ne timeretur ab iis, velut erepturus civitatem, & ſuffragii jus nuper datum, fœdus percuſſit. idemque, ex fiducia jam certæ victoriæ, litigatores, a quibus adibatur, vadimonia Romam differre juſſit: quum a parte diverſa urbs adhuc teneretur. L. Damaſippus prætor, ex voluntate C. Marii conſulis, quum ſenatum

tum contraxiſſet, omnem, quæ in urbe erat, nobilitatem trucidavit. ex cujus quidem numero Q. Mucius Scævola, pontifex maximus, fugiens, in veſtibulo ædis Veſtæ occiſus eſt. Præterea bellum a L. Murena adverſus Mithridatem in Aſia renovatum continet.

EPITOME LIB. LXXXVII.

SUlla C. Marium, exercitu ejus fuſo deletoque ad Sacriportum, in oppido Præneſte, obſedit: urbem Romam ex inimicorum manibus recepit. Marium erumpere tentantem repulit. Præterea res a legatis ejus, eadem ubique fortuna partium, geſtas, continet.

EPITOME LIB. LXXXVIII.

SUlla Carbonem, exercitu ejus ad Cluſium, ad Faventiam Fidentiamque cæſo, Italia expulit: cum Samnitibus, qui ſoli Italicorum populorum nondum arma poſuerant, juxta urbem Romam ante portam Collinam debellavit: recuperataque Republica, pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo hominum unquam fuit, inquinavit. Octo millia deditorum in villa publica trucidavit: tabulam proſcriptionis poſuit: urbem ac totam Italiam cædibus replevit: inter quas omnes Præneſtinos inermes concidi juſſit: Marium, ſenatorii ordinis virum, cruribus brachiiſque fractis, auribus præſectis, & effoſſis oculis, necavit. C. Marius, Præneſte obſeſſus a Lucretio Ofella, Sullanarum partium viro, quum per cuniculum captaret evadere, ſeptus ab exercitu, mortem ſibi conſcivit. in ipſo cuniculo, quum ſentiret ſe evadere minime poſſe, cum Pontio Teleſino, fugæ comite, ſtricto utrimque gladio concurrit: quem quum occidiſſet, ipſe ſaucius impetravit a ſervo ut ſe occideret.

Digitized by Google

EPITOME LIB. LXXXIX.

M. Brutus a Cn. Papirio Carbone, qui Corcyram appulerat, miſſus nave piſcatoria Lilybæum, ut exploraret an ibi Pompeius eſſet, & circumventus navibus, quas Pompeius miſerat, in ſe mucrone verſo, ad tranſtrum navis obnixus corporis pondere, occubuit. Cn. Pompeius in Siciliam cum imperio a ſenatu miſſus, Cn. Carbonem, qui flens muliebriter mortem tulit, captum occidit. Sulla dictator factus, quod nemo unquam fecerat, cum faſcibus viginti quatuor proceſſit, rebus novis Reipublicæ ſtatum confirmavit, tribunorum plebis poteſtatem minuit, & omne jus legum ferendarum ademit. Pontificum augurumque collegium ampliavit, ut eſſent quindecim: ſenatum ex equeſtri ordine ſupplevit: proſcriptorum liberis jus petendorum honorum eripuit, & bona eorum vendidit: ex quibus plurima primo rapuit. redactum eſt ſeſtertium ter millies quingenties. Lucretium Ofellam, conſulatum, contra voluntatem ſuam, petere auſum, juſſit interimi in foro: & quum hoc indigne ferret populus Romanus, concione advocata, ſe juſſiſſe dixit. Cn. Pompeius in Africa Cn. Domitium proſcriptum, & Hierbam, regem Numidarum, bellum molientes, victos interemit. & quatuor & viginti annos natus, adhuc eques Romanus, quod nulli contigerat, ex Africa triumphavit. Cn. Norbanus conſularis proſcriptus, in urbe Rhodo quum comprehenderetur, ipſe ſe interemit. Mutilus, unus ex proſcriptis, clam capite adoperto, ad poſticas ædes Baſtiæ uxoris quum acceſſiſſet, admiſſus minime eſt, quia illum proſcriptum diceret. itaque ſe transfodit, & ſanguine ſuo fores uxoris reſperſit. Sulla Nolam in Samnio recepit, quadraginta ſeptem legiones in agros captos deduxit, & eos iis diviſit. Volaterras, quod oppidum adhuc in armis

Digitized by Google

armis erat, obſeſſum, in deditionem accepit. Mitylenæ quoque in Aſia, quæ ſola urbs poſt victum Mithridatem arma retinebat, expugnatæ dirutæque ſunt.

EPITOME LIB. XC.

SUlla deceſſit, honoſque ei a ſenatu habitus eſt, ut in campo Martio ſepeliretur. M. Lepidus, quum acta Sullæ tentaret reſcindere, bellum excitavit: & a Q. Catulo, collega, Italia pulſus eſt: & in Sardinia, fruſtra bellum molitus, periit. M. Brutus, qui Ciſalpinam Galliam tenebat, a Cn. Pompeio occiſus eſt. Q. Sertorius proſcriptus, in ulteriore Hiſpania ingens bellum excitavit. L. Manlius proconſul, & M. Domitius legatus, ab Herculeio quæſtore prælio victi ſunt. Præterea res a P. Servilio proconſule adverſus Cilicas geſtas continet.

EPITOME LIB. XCI.

CN. Pompeius, quum adhuc eques eſſet, cum imperio conſulari adverſus Sertorium miſſus eſt. Sertorius aliquot urbes expugnavit, plurimaſque civitates in poteſtatem ſuam redegit. Appius Claudius, proconſul, Thracas pluribus præliis vicit. Q. Metellus, proconſul, L. Herculeium, quæſtorem Sertorii, omni cum exercitu cecidit.

EPITOME LIB. XCII.

CN. Pompeius dubio eventu cum Sertorio pugnavit, ita ut ſingula ex utraque parte cornua vicerint. Q. Metellus Sertorium & Perpernam, cum duobus exercitibus prælio fudit: cujus victoriæ partem cupiens ferre Pompeius, parum proſpere pugnavit. obſeſſus deinde Calagurii Sertorius, aſſiduis eruptionibus non leviora damna obſidentibus intulit. Præterea a Curione proconſule in Thracia res geſtas

Digitized by Google

ſtas adverſus Dardanos, & Q. Sertorii multa crudelia in ſuos facta, continet. qui plurimos ex amicis & ſecum proſcriptis, crimine proditionis inſimulatos, interemit.

EPITOME LIB. XCIII.

P. Servilius proconſul in Cilicia Iſauros domuit, & aliquot urbes piratarum expugnavit. Nicomedes Bithyniæ rex, moriens, populum Romanum fecit heredem, regnumque ejus in provinciæ formam redactum eſt. Mithridates, fœdere cum Sertorio icto, bellum populo Romano intulit. Apparatus deinde regiarum copiarum, pedeſtrium navaliumque: & occupata Bithynia, M. Aurelius Cotta conſul ad Chalcedonem prælio a rege victus eſt. reſque a Pompeio & Metello adverſum Sertorium geſtas continet, qui omnibus belli militiæque artibus par fuit. quos etiam, ab obſidione Calagurii oppidi depulſos, coëgit diverſas regiones petere, Metellum ulteriorem Hiſpaniam, Pompeium Galliam.

EPITOME LIB. XCIV.

LUcullus conſul adverſus Mithridatem equeſtribus præliis feliciter pugnavit: & expeditiones aliquot proſperas fecit, poſcenteſque pugnam milites a ſeditione inhibuit. Dejotarus, Gallogræciæ tetrarches, præfectos Mithridatis, bellum in Phrygia moventes, cecidit. Præterea res a Pompeio in Hiſpania contra Sertorium proſpere geſtas continet.

EPITOME LIB. XCV.

C. Curio proconſul Dardanos in Thracia domuit. Quatuor & ſeptuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt: & congregata ſervorum ergaſtulorumque multitudine, Crixo & Spartaco ducibus

cibus bello excitato, Claudium Pulchrum legatum, & P. Varenum prætorem, prælio vicerunt. L. Lucullus proconſul ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque delevit; pulſumque Bithynia regem, variis belli ac naufragiorum caſibus fractum, coëgit in Pontum profugere.

Epitome Lib. XCVI.

Q. Arrius prætor Crixum, fugitivorum ducem, cum viginti militibus hominum, cecidit. Cn. Lentulus conſul male adverſus Spartacum pugnavit. Ab eodem L. Gellius conſul, & Q. Arrius prætor, acie victi ſunt. Sertorius a Manio Antonio, & M. Perperna, & aliis conjuratis, in convivio interfectus eſt; octavo ducatus ſui anno: magnus dux, & adverſus duos imperatores Pompeium & Metellum ſæpe par, vel frequentius victor: ad ultimum deſertus & proditus. Imperium partium ad Marcum tranſlatum eſt: quem Cn. Pompeius victum captumque interemit, ac recepit Hiſpanias decimo fere anno, quam cœptum eſt bellum. C. Caſſius proconſul, Cn. Manlius prætor, male adverſus Spartacum pugnaverunt: idque bellum M. Craſſo prætori mandatum eſt.

Epitome Lib. XCVII.

M. Craſſus prætor primum cum parte fugitivorum, quæ ex Gallis Germaniſque conſtabat, feliciter pugnavit; cæſis hoſtium triginta quinque millibus, & duce eorum Granico. Cum Spartaco deinde bellavit; cæſis cum ipſo millibus quadraginta. M. Antonius prætor, bellum, adverſus Cretenſes parum proſpere ſuſceptum, morte ſua finivit. M. Lucullus proconſul Thracas ſubegit. L. Lucullus in Pon-

Digitized by Google

Ponto adverſus Mithridatem feliciter pugnavit; cæſis hoſtium amplius quam ſexaginta millibus. M. Craſſus, & Cn. Pompeius, antequam quæſturam gereret, ex equite Romano, tribunitiam poteſtatem reſtituerunt. Judicia quoque per L. Aurelium Cottam prætorem ad equites Romanos tranſlata ſunt. Mithridates, deſperatione rerum ſuarum coactus, ad Tigranem Armeniæ regem confugit.

EPITOME LIB. XCVIII.

MAchares, filius Mithridatis, Boſphori rex, a L. Lucullo in amicitiam receptus eſt. Cn. Lentulus, & L. Gellius, cenſores, aſperam cenſuram egerunt, quatuor & ſexaginta ſenatu motis. a quibus, luſtro condito, cenſa ſunt civium capita quadringenta quinquaginta millia. L. Metellus prætor in Sicilia adverſum piratas proſpere rem geſſit. Templum Jovis in Capitolio, quod incendio conſumptum, ac refectum erat, a Q. Catulo dedicatum eſt. L. Lucullus, in Armenia Mithridatem & Tigranem, & immenſas utriuſque regis copias, pluribus præliis fudit. Q. Metellus proconſul, bello ſibi adverſum Cretenſes mandato, Cydoniam urbem obſedit. L. Triarius, legatus Luculli, adverſus Mithridatem parum proſpere pugnavit. Lucullum, ne perſequeretur Mithridatem ac Tigranem, ſummamque victoriæ imponeret, ſeditio militum tenuit, qui ſequi nolebant: id eſt, legiones Valerianæ, impleta a ſe ſtipendia dicentes, Lucullum reliquerunt.

Digitized by Google

EPITOME LIB. XCIX.

Q. Metellus proconſul Gnoſon, & Lyctum, & Cydoniam, & alias plurimas civitates, expugnavit. L. Roſcius, tribunus plebis, legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi aſſignarentur. Cn. Pompeius, lege ad populum lata, perſequi piratas juſſus, qui commercium annonæ intercluſerant, intra quadrageſimum diem toto mari eos expulit, belloque cum iis in Cilicia confecto, acceptis in deditionem piratis, agros & urbes dedit. Præterea res geſtas a Q. Metello adverſus Cretenſes continet: & epiſtolas Metelli & Cn. Pompeii invicem miſſas. queritur Metellus, gloriam rerum a ſe geſtarum a Pompeio ſublatam præteriri, qui in Cretam miſerit legatum ſuum ad accipiendas urbium deditiones. Pompeius rationem reddit, hoc ſe facere debuiſſe.

EPITOME LIB. C.

C. Manlius, tribunus plebis, indignatione maxima nobilitatis, legem tulit, ut Pompeio bellum Mithridaticum mandaretur. Concio ejus bona. Q. Metellus perdomitis Cretenſibus, liberæ in id tempus inſulæ, leges dedit. Cneius Pompeius, ad gerendum bellum adverſus Mithridatem profectus, cum rege Parthorum Phraate amicitiam renovavit. equeſtri prælio Mithridatem vicit. Præterea bellum, inter Phraatem regem Parthorum, & Tigranem Armeniorum regem, ac deinde inter filium Tigranem, patremque, geſtum, continet.

Digitized by Google

EPITOME LIB. CI.

CN. Pompeius Mithridatem nocturno prælio victum coëgit Boſphorum profugere. Tigranem in deditionem accepit; eique ademtis Syria, Phœnice, Cilicia, regnum Armeniæ reſtituit. Conjuratio eorum qui in petitione conſulatus ambitus damnati erant, facta de interficiendis conſulibus, oppreſſa eſt. Cn. Pompeius, quum Mithridatem perſequeretur, in ultimas ignotaſque gentes penetravit. Iberos, Albanoſque, qui tranſitum non dabant, prælio vicit. Præterea fugam Mithridatis per Colchos, Heniochoſque, & res ab eo in Boſphoro geſtas, continet.

EPITOME LIB. CII.

CN. Pompeius in provinciæ formam Pontum redegit. Pharnaces, filius Mithridatis, bellum patri intulit. ab eo Mithridates obſeſſus in regia, quum veneno ſumpto parum profeciſſet ad mortem, a milite Gallo, nomine Bitæto, a quo, ut juvaret ſe, petierat, interfectus eſt. Cn. Pompeius Judæos ſubegit: fanum eorum Hieroſolymæ, inviolatum ante id tempus, cepit. L. Catilina, bis repulſam in petitione conſulatus paſſus, cum Lentulo prætore, & Cethego, & pluribus aliis, conjuravit de cæde conſulum & ſenatus, incendiis urbis, & opprimenda Republica: exercitu quoque in Etruria comparato. Ea conjuratio induſtria M. Tullii Ciceronis eruta eſt. Catilina urbe pulſo, de reliquis conjuratis ſupplicium ſumptum eſt.

EPITOME LIB. CIII.

CAtilina a C. Antonio proconſule cum exercitu cæſus eſt. P. Clodius accuſatus, quod in mulieris habitu in ſacrarium, in quod virum intrare nefas

fas eſt, intraſſet: quumque uxorem Metelli Pontificis ſtupraviſſet, abſolutus eſt. Cn. Pontinus Prætor Allobroges, qui rebellaverant, ad Solonem domuit, P. Clodius ad plebem tranſiit. C. Cæſar Luſitanos ſubegit: eoque conſulatus candidato, & captante Rempublicam invadere, conſpiratio inter tres principes civitatis facta eſt, Cn. Pompeium, M. Craſſum, C Cæſarem. Leges Agrariæ a Cæſare conſule cum maxima contentione, invito ſenatu, & altero conſule M. Bibulo, latæ ſunt. C. Antonius proconſul in Thracia parum proſpere rem geſſit. M. Cicero, lege a P. Clodio tribuno plebis lata, quod indemnatos cives necaviſſet, in exilium miſſus eſt. Cæſar in provinciam profectus, Helvetios, vagam gentem, domuit: quæ, ſedem quærens, per provinciam Cæſaris Narbonem iter facere volebat. Præterea ſitum Galliarum continet. Pompeius de liberis Mithridatis, Tigrane, & Tigranis filio, triumphavit: Magnuſque a tota concione conſalutatus eſt.

EPITOME LIB. CIV.

PRima pars libri, ſitum Germaniæ moreſque continet. C. Cæſar cum contra Germanos, qui Arioviſto duce in Galliam deſcenderant, exercitum duceret, rogatus ab Æduis & Sequanis, quorum ager poſſidebatur, trepidationem militum, propter metum novorum hoſtium ortam, allocutione exercitus inhibuit, & victos prælio Germanos Gallia expulit. M. Cicero, Pompeio inter alios orante, & T. Annio Milone tribuno plebis agente, ingenti gaudio ſenatus ac univerſæ Italiæ, ab exilio reductus eſt. Cn. Pompeio per quinquennium annonæ cura mandata eſt. Cæſar Ambianos, Sueſſiones, Viromanduos, Atrebates, Belgarum populos, quorum maxima multitudo erat, prælio victos in deditio-

 nem

nem accepit: ac deinde contra Nervios, unam harum civitatum, cum maximo diſcrimine pugnavit, eamque gentem delevit. quæ bellum geſſit, donec ex ſexaginta millibus armatorum trecenti ſupereſſent, ex nonaginta quinque ſenatoribus tres tantummodo evaderent. Lege lata de redigenda in provinciæ formam Cypro, & publicanda pecunia regia, C. Catoni adminiſtratio ejus rei mandata eſt. Ptolemæus, Ægypti rex, ob injurias quas patiebatur a ſuis, regno pulſus, Romam venit. C. Cæſar Venetos, gentem Oceano junctam, navali prælio vicit. Præterea a legatis ejus eadem fortuna res geſtas continet.

EPITOME LIB. CV.

QUum C. Catonis, tribuni plebis, interceſſionibus comitia tollerentur, ſenatus veſtem mutavit. M. Cato, in petitione præturæ prælato Vatinio, repulſam tulit. idem quum legem impediret, qua provinciæ conſulibus in quinquennium, Pompeio Hiſpaniæ, Craſſo Syria, & Parthicum bellum, Cæſari Gallia & Germania, dabantur, a C. Trebonio, tribuno plebis, legis auctore, in vincula ductus eſt. A. Gabinius, proconſul, Ptolemæum reduxit in regnum Ægypti, ejecto Archelao, quem ſibi regem adſciverant. Cæſar, victis Germanis, & in Gallia cæſis, Rhenum tranſcendit, & proximam partem Germaniæ domuit: ac deinde Oceano in Britanniam, primo parum proſpere, tempeſtatibus adverſis, trajecit; iterum parum felicius, maximaque hominum multitudine cæſa, aliquam partem inſulæ in poteſtatem redegit.

Digitized by Google

EPITOME LIB. CVI.

JUlia Cæſaris filia, Pompeii uxor, deceſſit: honoſque ei a populo habitus eſt, ut in Campo Martio ſepeliretur. Gallorum aliquot populi, Ambiorige duce Eburonum, defecerunt. a quibus Cotta, & Titurius, legati Cæſaris, circumventi inſidiis, cum exercitu, cui præerant, cæſi ſunt. & quum aliarum quoque legionum caſtra oppugnata maximo labore defenſa eſſent, interque eos, qui in Treviris præerat, Q. Cicero; ab ipſo Cæſare hoſtes prælio fuſi ſunt. M. Craſſus, bellum Parthis illaturus, Euphratem fluvium tranſivit, victuſque prælio, in quo & filius ejus cecidit, quum reliquias exercitus in collem recepiſſet, evocatus in colloquium, ab hoſtibus, ut de pace acturis, quorum dux erat Surenas, comprehenſus, &, ne quid vivus pateretur, repugnans interfectus eſt.

EPITOME LIB. CVII.

C. Cæſar, Treviris in Gallia victis, iterum in Germaniam tranſit: nulloque ibi invento hoſte, reverſus in Galliam, Eburones, & alias civitates, quæ conſpiraverant, vicit, & Ambiorigem in fuga perſecutus. P. Clodii a T. Annio Milone, candidato conſulatus, in Appia via ad Bovillas occiſi corpus plebs in curia cremavit. Quum ſeditiones inter candidatos conſulatus, Hypſæum, Scipionem, & Milonem eſſent, qui armis ac vi contendebant; ad comprimendas eas, Cn. Pompeius legatus a ſenatu conſul tertium factus eſt, abſens & ſolus, quod nulli alii unquam. Quæſtione decreta de morte P. Clodii, Milo, judicio damnatus, in exilium actus eſt. Lex lata eſt, ut ratio abſentis Cæſaris in petitione conſulatus haberetur, invito & contradicente M. Catone. Præterea res geſtas a C. Cæſare adverſum Gallos, qui

prope univerſi, Vercingetorige Arverno duce, defecerunt, & laborioſas obſidiones urbium, continet: inter quas Avarici Biturigum, & Gergoviæ Arvernorum.

EPITOME LIB. CVIII.

C. Cæſar Gallos ad Alexiam vicit, omneſque Galliæ civitates, quæ in armis fuerant, in deditionem accepit. C. Caſſius, quæſtor M. Craſſi, Parthos, qui in Syriam tranſcenderant, cecidit. In petitione conſulatus M. Cato repulſam tulit; creatis conſulibus Ser. Sulpitio, & M. Marcello. C. Cæſar Bellovacos cum aliis Gallorum populis domuit. Præterea contentiones inter conſules, de ſucceſſore C. Cæſari mittendo, agente in ſenatu M. Marcello conſule, ut Cæſar ad petitionem conſulatus veniret, quum is lege lata in id tempus conſulatus provincias obtinere deberet; reſque a M. Bibulo geſtas in Syria, continet.

EPITOME LIB. CIX.

CAuſſa civilium armorum & initia referuntur, contentioneſque de ſucceſſore C. Cæſari mittendo, quum ſe dimiſſurum exercitum negaret, niſi a Pompeio dimitterentur. & C. Curionis, tribuni plebis, primum adverſus Cæſarem, dein pro Cæſare actiones continet: quum ſenatuſconſultum factum eſſet, ut ſucceſſor Cæſari mitteretur. M. Antonio, & Q. Caſſio, tribunis plebis, quoniam interceſſionibus id ſenatuſconſultum impediebant, urbe pulſis; mandatum a ſenatu Conſulibus, & Cn. Pompeio, ut viderent, ne quid Reſpublica detrimenti caperet. C. Cæſar, bello inimicos perſecuturus, cum exercitu in Italiam venit: Corfinium cum L. Domitio & L. Lentulo cepit, eoſque dimiſit. Cn.

Pom-

Digitized by Google

Pompeium, ceteroſque partium ejus, Italia expulit.

EPITOME LIB. CX.

C. Cæſar Maſſiliam, quæ portas ipſi clauſerat, obſedit: & relictis in obſidione urbis ejus legatis, C. Trebonio, & D. Bruto, profectus in Hiſpaniam, L. Afranium, & C. Petreium, legatos Cn. Pompeii, cum ſeptem legionibus ad Ilerdam in deditionem accepit, omneſque incolumes dimiſit: Varrone quoque legato Pompeii, cum exercitu in poteſtatem ſuam redacto, Gaditanis civitatem dedit. Maſſilienſes, duobus navalibus prœliis victi, poſt longam obſidionem poteſtati Cæſaris ſe permiſerunt. C. Antonius, legatus Cæſaris, male contra Pompeianos rebus geſtis, in Illyrico captus eſt. in quo bello Opitergini Tranſpadani, Cæſaris auxiliares, rate ſua ab hoſtilibus navibus clauſa, potius quam in poteſtatem hoſtium venirent, inter ſe concurrentes occubuerunt. C. Curio legatus in Africa, cum proſpere adverſus Varum, Pompeianarum partium ducem, pugnâſſet, a Juba rege Mauritaniæ cum exercitu cæſus eſt. C. Cæſar in Græciam trajecit.

EPITOME LIB. CXI.

M. Cælius Rufus prætor quum ſeditiones in urbe concitaret, novarum tabularum ſpe plebe ſollicitata, abrogato magiſtratu pulſus urbe, Miloni exuli, qui fugitivorum exercitum contraxerat, ſe conjunxit. uterque, quum bellum molirentur, interempti ſunt. Cleopatra, Ægypti regina, a Ptolemæo fratre regno pulſa eſt. Propter Q. Caſſii prætoris avaritiam crudelitatemque, Cordubenſes in Hiſpania cum duabus Varianis legionibus a partibus Cæſaris deſciverunt. Cn. Pompeius ad Dyrrhachium

obſeſſus a Cæſare, & præſidiis ejus cum magna clade diverſæ partis expugnatis, obſidione liberatus, tranſlato in Theſſaliam bello, apud Pharſaliam acie victus eſt: Cicero in caſtris remanſit; vir nihil minus quam ad bella natus. omnibuſque adverſarum partium, qui ſe poteſtati victoris permiſerunt, Cæſar ignovit.

EPITOME LIB. CXII.

TRepidatio victarum partium per diverſas orbis terrarum partes, & fuga, referuntur. Cn. Pompeius quum Ægyptum petiiſſet, juſſu Ptolemæi regis pupilli, auctore Theodoto præceptore, cujus apud regem maxima erat auctoritas, & Photino, occiſus eſt ab Achilla, cui delegatum id erat facinus, in navicula, antequam in terram exiret. Cornelia uxor, & Sex. Pompeius filius, in Cyprum refugerunt. Cæſar poſt tertium diem inſecutus, quum ei Theodotus caput Pompeii & annulum obtuliſſet, & infenſus eſt, & illacrymavit: ſine periculo Alexandriam tumultuantem intravit. Cæſar, dictator creatus, Cleopatram in regnum Ægypti reduxit, & inferentem bellum iiſdem auctoribus Ptolemæum, quibus Pompeium interfecerat, cum maximo ſuo diſcrimine vicit. Ptolemæus, dum fugit, in Nilo navicula ſubſedit. Præterea laborioſum M. Catonis in Africa, per deſerta, cum legionibus iter, & bellum a Cn. Domitio contra Phraatem proſpere geſtum, continet.

EPITOME LIB. CXIII.

COnfirmatis in Africa Pompeianis partibus, earum imperium P. Scipioni delatum eſt; Catone, cui ex æquo deferebatur, cedente. Et quum de diruen-

diruenda urbe Utica, propter favorem civitatis ejus in Cæſarem, deliberaretur, idque ne fieret, M. Cato renuiſſet, Juba ſuadente, ut dirueretur; tutela ejus, & cuſtodia mandata eſt Catoni. Inde Pompeius, Magni filius, in Hiſpania contractis viribus, quarum ducatum nec Afranius nec Petreius excipere volebant, bellum adverſus Cæſarem renovavit. Pharnaces, Mithridatis filius, rex Ponti, ſine ulla belli mora victus eſt. Quum ſeditiones Romæ a P. Dolabella, tribuno plebis, legem ferente de novis tabulis, excitatæ eſſent, & ex ea cauſſa plebs tumultuaretur, inductis a M. Antonio, magiſtro equitum, in urbem militibus, octingenti e plebe cæſi ſunt. Cæſar, veteranis cum ſeditione miſſionem poſtulantibus, dedit. & quum in Africam trajeciſſet, contra copias Jubæ regis cum diſcrimine magno pugnavit.

EPITOME LIB. CXIV.

BEllum in Syria Cæcilius Baſſus, eques Romanus, Pompeianarum partium, excitavit; relicto a legione Sexto Cæſare, quæ ad Baſſum tranſierat: occiſoque eo, Cæſar Scipionem prætorem, Afranium, Jubamque vicit ad Thapſum, caſtris eorum expugnatis. Cato, audita re, quum ſe percuſſiſſet Uticæ, & interveniente filio curaretur, inter ipſam curationem reſciſſo vulnere exſpiravit, anno ætatis quadrageſimo nono. Petreius Jubam ſeque interemit. P. Scipio, in nave circumventus, honeſtæ morti vocem quoque adjecit. quærentibus enim imperatorem hoſtibus, dixit, Imperator bene ſe habet. Fauſtus & Afranius occiſi. Catonis filio venia data: Brutus, legatus Cæſaris, in Gallia Bellovacos rebellantes prælio vicit.

Digitized by Google

EPITOME LIB. CXV.

CÆſar quatuor triumphos duxit; ex Gallia, ex Ægypto, ex Ponto, & Africa: epulum, & omnis generis ſpectacula dedit. M. Marcello conſulari, ſenatu rogante reditum conceſſit. qui Marcellus beneficio ejus frui non potuit, a Cn. Magio Chiloce, cliente ſuo, Athenis occiſus. Et cenſum egit, quo cenſa ſunt civium capita centum quinquaginta millia: profectuſque in Hiſpaniam adverſus Sex. Pompeium, multis utrimque expeditionibus factis, & aliquot urbibus expugnatis, ſummam victoriam cum maximo diſcrimine ad Mundam urbem conſecutus eſt. Pompeius Sex. effugit.

EPITOME LIB. CXVI.

C. Cæſar ex Hiſpania quintum triumphum egit. & quum plurimi maximique honores ei a ſenatu decreti eſſent: inter quos, ut Pater Patriæ appellaretur, & ſacroſanctus, ac Dictator in perpetuum eſſet, invidiæ cauſſam adverſum eum præſtitere, quod ſenatui deferenti hos honores, quum ante ædem Veneris Genitricis ſederet, non aſſurrexit: & quod, M. Antonio conſule, collega ſuo, inter Lupercos currente, diadema capiti ſuo impoſitum in ſella repoſuit: & quod Epidio Marullo, & Cæſetio Flavo, tribunis plebis, invidiam ei tamquam regnum affectanti moventibus, poteſtas abrogata eſt. Ex iis cauſis conſpiratione in eum facta (cujus capita fuerunt M. Brutus, & C. Caſſius, & ex Cæſaris partibus D. Brutus, & C. Trebonius) in curia Pompeii occiſus eſt viginti tribus vulneribus: occupatumque ab interfectoribus ejus Capitolium. Oblivione deinde cædis ejus a ſenatu decreta, obſidibus Antonii & Le-

Lepidi liberis acceptis, conjurati a Capitolio deſcenderunt. Teſtamento Cæſaris hæres ex parte dimidia inſtitutus C. Octavius, ſororis nepos, & in nomen adoptatus eſt. Cæſaris corpus, quum in campum Martium deferretur, a plebe ante roſtra crematum eſt. Dictaturæ honos in perpetuum ſublatus eſt. C. Amatius, humillimæ ſortis homo, qui ſe C. Marii filium ferebat, quum apud credulam plebem ſeditiones moveret, interfectus eſt.

Epitome Lib. CXVII.

C. Octavius Romam ex Epiro venit (eo enim illum Cæſar præmiſerat bellum in Macedonia geſturus;) omnibuſque proſperis exceptus, etiam nomen Cæſaris ſumpſit. In confuſione rerum, ac tumultu, Lepidus pontificatum maximum intercepit. Sed M. Antonius Conſul quum impotenter dominaretur, legemque de provinciarum permutatione per vim tuliſſet, & Cæſarem quoque, petentem ut ſibi adverſum avunculi percuſſores adeſſet, magnis injuriis affeciſſet; Cæſar, & ſibi, & Reipublicæ vires contra eum paraturus, deductos in colonias veteranos excitavit. Legiones quoque, quarta & Martia, ſigna ab Antonio ad Cæſarem tulerunt. deinde & complures ſævitia M. Antonii paſſim in caſtris ſuis trucidati, quia ſuſpecti erant, & ad Cæſarem deſciverunt. D. Brutus, ut petenti Ciſalpinam Galliam Antonio obſiſteret, Mutinam cum exercitu occupavit. Præterea diſcurſus utriuſque partis virorum ad accipiendas provincias, apparatuſque belli, continet.

Epitome Lib. CXVIII.

M. Brutus in Græcia, ſub prætextu Reipublicæ, & ſuſcepti contra M. Antonium belli, exer-

citum, cui Vatinius præerat, cum provincia in poteſtatem ſuam redigit. C. Cæſari, qui primus Reipublicæ arma ſumpſerat, proprætoris imperium a ſenatu datum eſt cum conſularibus ornamentis, adjectumque, ut ſenator eſſet. M. Antonius D. Brutum Mutinæ obſedit, miſſique ad eum legati a ſenatu de pace, parum ad eam componendam valuerunt. Populus Romanus ſaga ſumpſit. M. Brutus in Epiro C. Antonium prætorem, cum exercitu, poteſtati ſuæ ſubjecit.

EPITOME LIB. CXIX.

C. Trebonius in Aſia, fraude P. Dolabellæ, occiſus eſt. ob id facinus Dolabella hoſtis a ſenatu judicatus eſt. Quum Panſa Conſul male adverſus Antonium pugnaſſet, A. Hirtius Conſul cum exercitu ſuperveniens, fuſis M. Antonii copiis, fortunam utriuſque partis æquavit. Victus deinde ab Hirtio & Cæſare Antonius, in Galliam confugit; & M. Lepidum cum legionibus, quæ ſub ipſo erant, ſibi junxit; hoſtiſque a ſenatu cum omnibus, qui intra præſidia ejus erant, judicatus eſt. A. Hirtius, qui poſt victoriam ipſis in hoſtium caſtris ceciderat, & L. Panſa e vulnere, quod in adverſo prælio exceperat, defunctus, in campo Martio ſepulti ſunt. Adverſus C. Cæſarem, qui ſolus e tribus ducibus ſupererat, parum gratus ſenatus fuit: qui, D. Bruto obſidione Mutinenſi a Cæſare liberato, honore triumphi decreto, Cæſaris militumque ejus mentionem non ſatis gratam habuit: ob quæ C. Cæſar, reconciliata per M. Lepidum cum M. Antonio gratia, Romam cum exercitu venit. & perculſis adventu ejus iis qui in eum iniqui erant, cum annos novemdecim haberet, conſul creatus eſt.

Epitome Lib. CXX.

Cæſar Conſul, legem tulit de quæſtione habenda in eos, quorum opera pater occiſus eſſet: poſtulatique ea lege M. Brutus, C. Caſſius, D. Brutus, abſentes damnati ſunt. Quum M. Antonio vires Aſinius quoque Pollio, & M. Munatius Plancus cum exercitibus ſuis adjuncti ampliaſſent, & D. Brutus, cui ſenatus, ut perſequeretur Antonium, mandaverat, relictus a legionibus ſuis profugiſſet; juſſu Antonii, in cujus poteſtatem venerat, a Capeno Sequano interemptus eſt. Cæſar pacem cum Antonio & Lepido fecit: ita, ut Tres viri Reipub. conſtituendæ per quinquennium eſſent, ipſe, & Lepidus, & Antonius, & ut ſuos quiſque inimicos proſcriberent. in qua proſcriptione plurimi equites Romani; CXXX ſenatorum nomina fuerunt, & inter eos L. Paulli fratris M. Lepidi, & L. Cæſaris Antonii avunculi, & M. Ciceronis. hujus occiſi a Popilio, legionario milite, quum haberet annos ſexaginta tres, caput quoque cum manu dextra in roſtris poſitum eſt. Præterea res a M. Bruto in Græcia geſtas continet.

Epitome Lib. CXXI.

C. Caſſius, cui mandatum a ſenatu erat, ut Dolabellam, hoſtem judicatum, bello perſequeretur; auctoritate Reipublicæ adjutus, Syriam cum tribus exercitibus, qui in eadem provincia erant, in poteſtatem ſuam redegit: Dolabellam in urbe Laodicæa obſeſſum mori coëgit. M. quoque Bruti juſſu C. Antonius captus, occiſus eſt.

Epi-

Digitized by Google

EPITOME LIB. CXXII.

M. Brutus adverſus Thracas parum proſpere rem geſſit: omnibuſque tranſmarinis provinciis exercitibuſque in poteſtatem ejus & C. Caſſii redactis, coïerunt Smyrnæ uterque ad ordinanda belli futuri conſilia. M. Meſſalæ Publicolam fratrem victum, communi conſilio condonaverunt.

EPITOME LIB. CXXIII.

Sex. Pompeius, Magni filius, lectis ex Epiro proſcriptis ac fugitivis, cum exercitu diu, ſine ulla loci cujuſquam poſſeſſione, prædatus in mari, Meſſanam oppidum in Sicilia primum, deinde totam provinciam occupavit: occiſoque A. Pompeio Bithynico prætore, Q. Salvidienum, legatum Cæſaris, navali prælio vicit. Cæſar, & Antonius, cum exercitibus in Græciam trajecerunt; bellum contra Brutum & Caſſium geſturi. Q. Cornificius in Africa T. Seſtium, Caſſianarum partium ducem, prælio vicit.

EPITOME LIB. CXXIV.

C. Cæſar, & Antonius, apud Philippos vario eventu contra Brutum & Caſſium pugnaverunt. ita ut utriuſque dextra cornu vincerent. & caſtra quoque utrimque ab iis, qui vicerant, expugnarentur. Sed inæqualem fortunam partium, mors Caſſii fecit: qui quum in eo cornu fuiſſet, quod pulſum erat, totum exercitum fuſum ratus, mortem ſibi conſcivit. Altero deinde prælio victus M. Brutus & ipſe vitam finivit; exorato Stratone, fugæ comite, ut ſibi gladium adjiceret, annorum circiter quadraginta. Inter quos Q. Hortenſius occiſus eſt.

EPI-

Epitome Lib. CXXV.

C. Cæſar, relicto Antonio, tranſmarinæ provinciæ ex parte imperium ei ceſſit: reverſus in Italiam, veteranis agros diviſit. Seditiones exercitus ſui, quas corrupti a Fulvia, M. Antonii uxore, milites contra imperatorem ſuum concitaverant, cum gravi periculo inhibuit. L. Antonius conſul, M. Antonii frater, eadem Fulvia conciliante, bellum Cæſari intulit: receptis in partes ſuas populis, quorum agri veteranis aſſignati erant; & M. Lepido, qui cuſtodiæ urbis cum exercitu præerat, fuſo, hoſtiliter in urbem irrupit.

Epitome Lib. CXXVI.

C. Cæſar, quum eſſet annorum viginti trium, obſeſſum in oppido Peruſiæ L. Antonium, conatumque aliquoties erumpere, & repulſum fame, coëgit in deditionem venire, ipſique & omnibus militibus ejus ignovit. Peruſiam diruit. Redactis in poteſtatem ſuam omnibus diverſæ partis exercitibus, bellum citra ullum ſanguinem confecit.

Epitome Lib. CXXVII.

Parthi Labieno, qui Pompeianarum partium fuerat, duce, in Syriam irruperunt; victoque Decidio Saxa, M. Antonii legato, univerſam eam provinciam occupaverunt. M. Antonius quum ad bellum contra Cæſarem gerendum incitaretur, uxore Fulvia dimiſſa, ne concordiæ ducum obſtaret; pace facta cum Cæſare, ſororem ejus Octaviam in matrimonium duxit. Q. Salvidienum, conſilia nefaria contra Cæſarem molitum, indicio ſuo protraxit. iſque damnatus mortem ſibi conſcivit. P. Ventidius, An-

Antonii legatus, Parthos, prælio victos, Syria expulit; Labieno eorum duce occiſo. Quum vicinus Italiæ hoſtis Sex. Pompeius Siciliam teneret, & annonæ commercium impediret, cum eo poſtulatam pacem Cæſar & Antonius fecerunt; ita ut Siciliam provinciam haberet. Præterea motus Africæ, & bella geſta, continet.

EPITOME LIB. CXXVIII.

QUum Sex. Pompeius rurſus latrociniis mare infeſtum redderet, nec pacem, quam acceperat, præſtaret, Cæſar, neceſſario bello contra eum ſuſcepto, duobus navalibus præliis dubio eventu pugnavit. L. Ventidius, legatus M. Antonii, Parthos in Syria prælio vicit, regemque eorum interemit. Judæi quoque a legatis Antonii ſubacti ſunt. Præterea belli apparatum continet.

EPITOME LIB. CXXIX.

ADverſus Sex. Pompeium vario eventu navalibus certaminibus pugnatum eſt: ita ut ex duabus Cæſaris claſſibus, altera, cui Agrippa præerat, vinceret; altera, quam Cæſar duxerat, deleta, expoſiti in terram milites in magno periculo eſſent. Victus deinde Pompeius in Siciliam profugit. M. Lepidus, qui ex Africa velut ad ſocietatem belli contra Sex. Pompeium a Cæſare gerendi trajecerat; quum bellum Cæſari quoque inferret; relictus ab exercitu, abrogato triumviratus honore, vitam impetravit. M. Agrippa navali corona a Cæſare donatus eſt: qui honos nemini ante eum habitus erat.

EPITOME LIB. CXXX.

M. Antonius, dum cum Cleopatra luxuriaretur, tarde Mediam ingreſſus, bellum, cum legionibus octodecim & ſexdecim millibus equitum, Parthis intulit: & quum, duabus legionibus amiſſis, nulla re proſpere cedente, retro rediret, inſecutis ſubinde Parthis, & ingenti trepidatione, & magno totius exercitus periculo, in Armeniam reverſus eſt; viginti & uno diebus trecenta millia fuga emenſus. Circa octo millia hominum tempeſtatibus amiſit. tempeſtates quoque infeſtas ſuper tam infeliciter ſuſceptum Parthicum bellum culpa ſua paſſus eſt; quia hiemare in Armenia nolebat, dum ad Cleopatram feſtinat.

EPITOME LIB. CXXXI.

SEx. Pompeius, quum in fidem M. Antonii veniret, bellum adverſus eum in Aſia moliens, oppreſſus a legatis ejus, occiſus eſt. Cæſar ſeditionem veteranorum, cum magna pernicie motam, inhibuit. Japidas & Dalmatas, & Pannonios, ſubegit. Antonius Artavaſdem, Armeniæ regem, fide data perductum in vincula conjici juſſit, regnumque Armeniæ filio ſuo, ex Cleopatra nato, dedit: quam uxoris loco, jam pridem captus amore ejus, habere cœperat.

EPITOME LIB. CXXXII.

CÆſar in Illyrico Dalmatas domuit. Quum M. Antonius ob amorem Cleopatræ, ex qua duos filios habebat, Philadelphum & Alexandrum, neque in urbem venire vellet, neque finito triumviratus tempore imperium deponere; bellumque moliretur,

quod urbi Italiæque inferret; ingentibus tam navalibus quam terreſtribus copiis ob hoc contractis, remiſſoque Octaviæ ſorori Cæſaris repudio; Cæſar in Epirum cum exercitu trajecit. Pugnæ deinde navales & prælia equeſtria ſecunda Cæſaris feruntur.

EPITOME LIB. CXXXIII.

M. Antonius, ad Actium claſſe victus, Alexandriam profugit, obſeſſuſque a Cæſare, in ultima rerum deſperatione, præcipue occiſæ Cleopatræ falſo rumore impulſus, ſe ipſe interemit. Cæſar, Alexandria in poteſtatem redacta, Cleopatra, ne in arbitrium victoris veniret, voluntaria morte defuncta, in urbem reverſus, tres triumphos egit; unum ex Illyrico, alterum ex Actiaca victoria, tertium de Cleopatra: impoſito fine civilibus bellis altero & viceſimo anno. M. Lepidus, Lepidi, qui triumvir fuerat, filius, conjuratione contra Cæſarem facta, bellum moliens; oppreſſus & occiſus eſt.

EPITOME LIB. CXXXIV.

C. Cæſar, rebus compoſitis, & omnibus provinciis in certam formam redactis, Auguſtus quoque nominatus eſt: & menſis Sextilis in honorem ejus appellatus eſt. Quum ille conventum Narbone ageret, cenſus a tribus Galliis, quas Cæſar pater vicerat, actus. Bellum contra Baſtarnas, & Mœſos, & alias gentes, a M. Craſſo geſtum, refertur.

EPITOME LIB. CXXXV.

Bellum a M. Craſſo adverſus Thracas, & a Cæſare adverſus Hiſpanos, geſtum refertur: & Salaſſi, gens Alpina, perdomiti.

EPI-

EPITOME LIB. CXXXVI.

RHetia a Tiberio Nerone, & Druſo, Cæſaris privigno, domita. Agrippa, Cæſaris gener, mortuus. a Druſo cenſus actus eſt.

EPITOME LIB. CXXXVII.

CIvitates Germaniæ, cis Rhenum & trans Rhenum poſitæ, oppugnantur a Druſo: & tumultus, qui ob cenſus exortus in Gallia erat, compoſitus. Ara D. Cæſari, ad confluentem Araris & Rhodani, dedicata; ſacerdote creato C. Julio Vercondaridubio Æduo.

EPITOME LIB. CXXXVIII.

THraces domiti a L. Piſone: item Cheruſci, Tenchteri, Catti, aliæque Germanorum trans Rhenum gentes ſubactæ a Druſo referuntur. Octavia, ſoror Auguſti, defuncta; ante amiſſo filio Marcello: cujus monimenta ſunt, theatrum & porticus, nomini ejus dicata.

EPITOME LIB. CXXXIX.

BEllum, contra Tranſrhenanas gentes a Druſo geſtum, refertur. in quo inter primores pugnaverunt Senectius & Anectius, tribuni civitatis Nerviorum. Dalmatas & Pannonios Nero, frater Druſi, ſubegit. Pax cum Parthis facta eſt, ſignis a rege eorum; quæ ſub Craſſo, & poſtea ſub Antonio, capta erant, redditis.

Digitized by Google

EPITOME LIB. CXL.

BEllum, adverſus Germanorum trans Rhenum civitates geſtum a Druſo, refertur. ipſe ex fractura, equo ſuper crus ejus collapſo, triceſimo die quam id acciderat, mortuus eſt. corpus a Nerone fratre, qui nuntio valetudinis evocatus raptim adcurrerat, Romam pervectum, & in C. Julii tumulo conditum. Laudatus eſt a Cæſare Auguſto vitrico: & ſupremis ejus plures honores additi.

FINIS.

JOAN-

JOANNIS GEORGII GRÆVII
ANIMADVERSIONES
IN
L. ANNÆI FLORI
PRÆFATIONEM.

Pag. 3. G*Eneris humani facta*] Codex vetus, quem Chriſtoph. Puteanus, & Regius, quem Samuel Sciaſſius, nec non Sereniſſimæ Suecorum Reginæ Chriſtinæ, quem olim Antwerpiæ vidi, *Generis humani fata*, ſcribunt. veriſſime. Qui populi, inquit, Romani res geſtas cognovit, omnium regnorum & rerum publicarum fortunam & conditionem cognovit: Is ſcit & videt, quæ ſit omnium gentium, & populorum fortuna & ſtatus, qui a Romano imperio pendebat, victis pleriſque orbis habitabilis & antiquis cogniti gentibus. Non nego vulgatam lectionem poſſe defendi & exponi; ſed hæc vetuſtorum librorum ſcriptura elegantior eſt, & ingenio hujus Scriptoris accommodatior. Lib. I. c. 3: *Horatiis, Curiatiiſque, tergeminis hinc atque inde fratribus, utriuſque populi fata permiſſa ſunt.* Et Lib. IV. cap. 2. *Philippicis campis Urbis, imperii, generis humani fata commiſſa ſunt.* Rutil. itinerar. Lib. I. de ipſa Roma: *Excedis factis grandia fata tuis.* ut recte viri docti. Ubi male quoque in multis editis legitur, *grandia facta*. Licet fortuna tua magna ſit, majora tamen ſunt tua facta. Sic & alibi loquitur.

Ibid. *Cum præcipue hoc quoque ſicut cetera, operæ pretium ſit cognoſcere.*] Retinet quidem liber Ryckianus has duas voces, *ſicut cetera*, ſed cum nec Vinetus in ſuis libris, nec Puteanus nec Sciaſſius in Regio, nec Salmaſius in omnium optimo & antiquiſſimo Nazariano illas repererit, merito cenſuerunt homines doctiſſimi delendas eſſe; quibus adſtipulor. Nec ſic tamen locus hic eſt perpurgatus. Nam binæ hæ voculæ perperam inculcatæ præbuerunt anſam majorem labem aliis adſpergendi. Codex Ryckianus: *quare cum tam de ſe præcipue hoc quoque ſicut cetera operæ pretium ſit, cognoſcere: ſigillatim tamen.* Vocem *ſigillatim* memini quoque præ ſe ferre membranas pervetuſtas Auguſtæ Chriſtinæ, Suecorum Reginæ. Manus Flori fuit: *Quare cum præcipua quæque operæ pretium ſit cognoſcere ſigillatim, tamen quia ipſa ſibi obſtat magnitudo.* Vides deterſis ſordibus, quas in-

invexerant aut librarii, aut ſcioli, omnia nunc liquida eſſe. Cum intruſiſſent *ſicut cetera*, interponendum etiam *hoc* fuit; & *quaque* transformandum in *quoque*, ut & *præcipua* in *præcipue*, ne ſenſu omni careret hic locus. Sic vara vibiam ſequitur.

Pag. 4. *Si pariter atque inſemet univerſam ejus magnitudinem oſtendero*] pro *inſemet*, quod & Regius Ryckian. retinet, recte repoſuerunt *inſimul*. Dicitur enim eadem forma qua *incoram*, *inante*, *inſemel*. Nec mirum *pariter* ac *inſimul* συνώνυμα conjungi ab Annæo, cum hoc iſti ſcriptori ut & aliis non ſit infrequens, ut oſtendit ὁ πάνυ Salmaſius. Codicum tamen veterum lectionem tuendam cenſet vir magnæ dignitatis, ingenii & doctrinæ Marquardus Gudius, cujus judicio in primis multum tribuo. *In ſemet* autem oſtendi magnitudinem, cum tanquam hominis in brevi tabella tota ejus imago oſtendatur, ut ſic ſtatim in ſemet poſſit conſpici, qualis ſit.

Pag. 7. *Hoc fuit tempus viris armiſque incitatiſſimum*] Ryckianus ſine copula: *hoc fuit tempus viris armis incitatiſſimum*. Eſt hoc priſcæ elegantiæ. Cic. Philipp. VIII: *Putabam fore ut omnes inflammati odio, excitati dolore, armis, equis, viris Decio Bruto ſubveniremus*. Idem IX. ad fam. 7: *Nunc cum confecta ſint omnia, dubitandum non eſt quin equis viris*. Sic Flor. I. I. *pulſi fugati Veientes*. ſic MS. Reg. Vulgati, *pulſi fugatique Veientes*.

Ibid. *Hic jam ipſa juventa imperii*] Quis ille *hic*? Nam ut de adverbio cogites cum nonnullis editoribus nihil eſt, cum id in ſententia hujus loci Latinæ reſpuant aures. Repone ex Ryckiano ſine mora: *Hæc ipſa juventa imperii*, ut ante; *Hæc erit ejus infantia*. Et: *Hoc fuit tempus viris armiſque incitatiſſimum*. Inferius lib. III, 12: *Hæc eſt illa tertia ætas populi Romani transmarina*.

Ibid. *Inertia Cæſarum quaſi conſenuit*] MS. Gudii: *inſenuit*. non ſperno. Quintil. Orat. Inſtit. X, 3: *Quomodo ſufficere civilibus officiis poſſit, qui ſingulis actionum partibus inſeneſcat*. Ceterum ipſa Roma tanquam effœta Matrona queritur apud Claudianum bello Getico:

Ipſa ego, quæ terras humeris pontumque ſubegi,
Deſeror, emerita jam præmia nulla ſenecta.

Pag. 8. *Decoxit*] Non eſt, ut doctiſſimo placet Freinshemio, decoctum eſt: ſed decoxit ſuas vires, hoc eſt minuit, detrivit populus Romanus, ſicut *decoxiſſe* dicitur qui opes ſuas decoxit, hoc eſt, perdidit, & dilapidavit. Sæpe caſui quarto additur. Perſ. Sat. V.

Hic campo indulget: hunc alea decoquit: ille
In Venerem putret.

Quintil. II, 4: *Materiam primam eſſe volo vel abundantiorem, atque ultra quam oporteat fuſam. Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit, aliquid vel uſu ipſo deteretur*. Symmachus:

Digitized by Google

chus: *Senectus nihil decoquit firmitatis.* Sæpe caſus omittitur. Colūm. XI, 1: *Nam quamvis interdum emendatum ſit perperam vel imprudentia vel negligentia, res tamen ipſa jam domino decoxit.* ſcilicet fructus ei debitos. Plin. XXXIII, 10. *Poſtea divites cognominati, dummodo notum ſit, eum, qui primus accepit cognomen, decoxiſſe creditoribus ſuis*, ſcilicet pecuniam quam illis debebat. Eſt tranſlatio a liquidis quæ decoquendo minuuntur. Nota eſt decocta Neronis apud Suëtonium. Non hæc tot verbis perſecutus eſſem, niſi viris inſignibus hic aquam hæſiſſe vidiſſem.

Ibid. *Præter ſpem omnium*] Fit tamen nonnunquam. Claud. de bello Getico:

O quantum mutata tuo fortuna regreſſu!
Ut ſe ſe pariter diffudit in omnia regni.
Membra viger, vivuſque redit color urbibus agris.

CAPUT I.

Pag. 9. M*Arte genitus*] His ludibriis natalium dedecus occultabant. Herculis pater Juppiter, Alexandri Magni, Seleuci Nicatoris, & Octaviani Auguſti draco. Vere Auſonius:

Martem Remumque & conditorem Romulum
Primos parentes nuncupans.
Credo quod illis nec pater certus fuit.
Et mater eſt vere lupa.

Spurii ſæpe viri maximi evaſerunt. Sic Jugurtha. Salluſt. Jugurt. c. 6. Exempla alia non pauca ſunt in promtu.

Ibid. *Hoc de ſe ſacerdos gravida confeſſa eſt*] Nullam huic lectioni controverſiam moveo munitæ præſidio veterum librorum, quotquot ipſe aliive inſpexerunt. Non tamen de nihilo eſt, quod apud Jornandem, qui Flori ipſa verba deſcripſit, legatur: *Hoc ſeſe Veſta ſacerdos gravidatam confeſſa eſt.* Non hæc ex Jornandis penu. Gravidare pro implere, gravidum reddere, vox eſt optimi ſeculi, ſed vulgo minus nota. Cicero II. de natura Deorum: *Profecto ipſa terra eadem vi continetur & arte naturæ: quippe quæ gravidata ſeminibus, omnia pariat & fundat ex ſeſe.* Cæcilius Titthe apud Nonium: *Per myſteria hic inboneſte gravidavit probra.* Ubi Nonius: *gravidavit, implevit*, nimirum puellam. Hanc locutionem in Floro cum non intelligerent, mutarunt eam in ſibi magis familiarem, qui rudibus illis ſeculis iſtum ſcriptorem aut deſcripſerunt, aut ad captum ſuum interpolarunt.

Ibid. *Tiberinus amnem repreſſit*] Eſt hoc poëticum & in hiſtorico non ferendum. Tiberinus Deus Tiberis. Claud. Conſulatu Olybrii & Probini.

Accepit ſenitus curvis Tiberinus in antris,

Imo Valle ſedens.

Vide ſequentia, ubi eleganter deſcribitur.

Pag. 11. *Regis Paſtor*] Reg. Gud. Prim. Excerpta Put. Ryck. æque ut Nazar. & Pal. *gregis paſtor*. Nimirum altera vox propter affinitatem litterarum intercidit, quam ſervavit Jornandes, in quo recte ſcribitur, *regii gregis paſtor*.

Ibid. *Ab his Amulius jam bis ſeptima ſobole regnabat*] In hanc ſcripturam conſpirant omnes libri veteres Annæi. Ineptam tamen eam eſſe & non convenientem Latinæ civitati, qui animum advertet Latine doctus non inficiabitur. Quis enim diceret: *Ab his quarto decimo filio regnat Amulius?* Jam pridem vidi legendum eſſe *ſoboles*, & hanc lectionem a multis annis probavi hominibus doctiſſimis. Nunc tamen cum hiſce notis conſcribendis manum admoveo, deprehendo ſic Jornandem recte legiſſe: *Ab his jam bis ſeptima ſoboles regnabat*, hoc eſt, quartus decimus erat rex, ad quem ab Ænea & Julo regnum per ordinem ſucceſſionis deſcenderat. Quin ſic legi apud Jornandem video notaſſe doctiſſimum Vinetum, quod miror non advertiſſe tot viros ſummæ doctrinæ, qui in hoc edendo & corrigendo ſcriptore deſudarunt.

Pag. 12. *Adhibuere piacula*] Nullus dubitavi ſubmovere hanc lectionem nullius ſententiæ, jam pridem damnatam a doctis editoribus, quamvis pro illa pugnent veteres libri. Repoſui autem quæ in Jornande Epiſcopo, qui melioribus uſus eſt codicibus, quam nunc ſuperſunt, reperiuntur verba, *adhibere placuit Deos*, hoc eſt, Deos conſulere per aves. Id enim ſimpliciter *adhibere* notat eleganter, ut oſtendi, & pluribus hanc lectionem aſſerui olim in notis ad Luciani Solœciſtam.

Pag. 14. *Idque increpat ſaltu*] Male Vinetus hunc locum exponit, nec ſatis accurate maximus Salmaſius, qui ait, cum vallum nimis anguſtum irrideret Remus, ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον ſaltu etiam tranſilivit, ſimul verbo increpans, & re ipſa demonſtrans eas valli anguſtias, ut etiam levi ſaltu tranſiliri poſſent. Sententiam quidem vidit, ſed *increpare* minus recte refert ad verba. Nam *increpare ſaltu* eſt tranſiliendo oſtendere reprehendi hoc vallum & contemni, licet nulla vocabula contemtum præ ſe ferens emittatur. Venuſte meliores apud ſcriptores quæ ſunt orationis traducuntur ad res, ſeu facta. Sic apud Propert. *increpare boves ſtimulo.* Tibull. 1. Eleg. 1.

Nec tamen interdum pudeat tenuiſſe bidentem,
Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boves.

Sic & objurgamus voce; ferulis tamen & flagris objurgare dixit Sueton. Cal. 20: *Eos autem qui maxime diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia linguave delere juſſos, niſi ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi voluiſſent.* Oth. 2: *A prima adoleſcentia prodigus ac procax, adeo ut ſæpe flagris objurgaretur a patre. Et ſolea rubra*

objur-

objurgare apud Perſ. Sat. v. Aſpernamur & laudamus ore & verbis, Tacitus tamen dixit *fremitu aſpernari* & *armis laudare.* De moribus Germ. 12: *Si diſplicuit ſententia, fremitu aſpernantur, ſin placuit, frameas concutiunt. Honoratiſſimus aſſenſus genus eſt, armis laudare.* Admonere quoque orationis eſt, Columella tamen dixit *admonere flagello*, & Virgilius *admonere telo.* Refutare & confutare eſt redarguere verbis. Cic. tamen de Provinciis Conſularibus: *Semper illas nationes noſtri Imperatores refutandas potius bello, quam laceſſendas putaverunt.* Idem in Tuſcul. Quæſt. *refutetur ac rejiciatur Philocteteus ille clamor.* id eſt reprimatur. Cato apud Gell. VII, 3: *Ne quid in conſulendo adverſi eveniat, quod noſtras ſecundas res confutet.*

Pag. 15. *Populum Romanum ipſe fecit*] Hic Freinſhem. notavit: Ut ingenue fatear, ignoro quid faciam hoc loco, nec enim mendo vacare certo perſuaſum habeo, mirorque intactum huc uſque manſiſſe. Hæc ille. Difficultas non eſt in ſententia totius loci, ſed in hac locutione *facere populum*, quam tamen probam eſſe, & idem ſignificare quod *colligere populum*, ut *exercitum facere* apud Salluſt. olim oſtendimus in lectionibus noſtris Heſiodeis. Sic *corpus facere*, eſt corpulentum fieri, apud Phædrum; ut contra *corpus amittere* apud Cic. in epiſt. eſt macilentum fieri. & *ventrem facere* JCtis dicitur paries cum corrumpitur & incipit prominere. Gen. XII, 5. *Animas facere.* Non eſt ergo ut hic locus inpoſterum ulli ſit ſuſpectus mendæ.

Ibid. *Præda fuere: & hac ſtatim cauſſa bellorum*] Plane Ryckianus *Præda fuere, & ſtatim cauſſa bellorum*, ut Salmaſius volebat. Recte. Excerpta Put. *Prædæ fuerunt, & hæc ſtatim cauſſa bellorum.* Paullo ante Reg: *Simulatis equeſtribus.* quod ferri poteſt. Sic *in equeſtribus ſedere* ſc. ſubſelliis ſeu locis.

Ibid. *Pulſi fugatique Vejentes*] Vir doctus, qui emendat *pulſi fugatique vi hoſtes*, non eſt audiendus. Florus ipſe confundit bellum Vejens cum bello, quod cum Sabinis, Cæninenſibus, Cruſtumerinis & Antemnatibus geſſit Romulus. Cum Fidenatibus & Vejentibus multis annis poſt Sabinum bellum Romanis res fuit, longeque alia fuit hujus belli cauſſa. Vide Plutarchum in Romulo & Livium libro primo. Sed v. CL. & doctiſſimus J. Perizonius exiſtimat *Vejentes* imperitia ſcribarum irrepſiſſe, Flori manum fuiſſe. *Pulſi fugatique Cæninenſes: captum ac dirutum eſt oppidum*, nimirum Cæninenſium, ſive Cænina, ut Liv. I, 11: *Fuſi igitur primo impetu & clamore hoſtes: oppidum captum* ſcilicet hoſtium Antemnatium. vide animadverſ. Hiſtoric. c. 10. ubi pluribus hanc emendationem aſſerit.

Pag. 16. *Sabinis prodita porta per virginem*] Una ſaltem porta prodita fuit Sabinis, imo, ſi credimus Dionyſ. Halicarnaſſ. portula tantum poſtica. Φυλάττουσα τὰς ὑποσχέσεις ἡ Ταρπηΐα τοῖς μὲν πολεμίοις ἀνέῳξε τὴν συγκειμένην πυλίδα. *Servans promiſſa Tarpeia hoſti-*

hoſtibus conaictam portulam aperuit. Clare Plutarchus in vita Romuli: Συνθεμένη δὲ τῷ Τατίῳ νύκτωρ ἀνοίξασα πύλην μίαν, ἐδέξατο τοὺς Σαβίνους. *Pacta cum Tatio unam noctu reſeravit portam, qua recepit Sabinos.* Hinc & Chriſt. Puteanus conjicit hic legendum eſſe *Sabinis prodita porta.* Poteſt tamen omnium librorum lectio defendi & retineri, quia Dionyſ. Halicarnaſſ. in eodem loco commemorat portulam quidem illam fuiſſe apertam, ſed non per illam admiſſos hoſtes, ſed Tarpejam cuſtodes illius loci excitaſſe, portamque apertam oſtendiſſe, ſimulque ſignificaſſe arcem eſſe captam, quemque ſuæ, qua ratione poſſet, debere ſaluti conſulere. Διαφυγόντων δὲ τούτων, τοὺς τε μετὰ Σαβίνους ἀνεῳγμένας εὑρόντας τὰς πύλας κατασχεῖν τὸ Φρούριον ἔρημον Φυλάκων. *His dilapſis Sabinos inveniſſe portas apertas occupaſſe arcem ſine cuſtodibus.*

Pag. 17. *Puella pretium rei, quam gerebant in ſiniſtris, petierat, dubium clypeos an armillas*] Clypei & armillæ non ſunt pretium rei quam gerebant in ſiniſtris, ſed ipſa res, quam gerebant in ſiniſtris. Pretium rei pro pretium proditionis nemo dixerit. Imo licet ſic loquerentur idonei ſcriptores, hic tamen eſſet ineptum. Quid enim poterat dici ineptius, puella petierat pretium rei, rem quam gerebant in ſiniſtris. Nihil igitur certius emendatione magni Doctoris mei Joannis Frederici Gronovii, quam olim adoleſcens ab eo accepi, qui ſic legebat: *puella pretium rem, quam gerebant in ſiniſtris, petierat.* Eſt ἐπεξήγησις, quæ ſæpe occurrit. Juſtin. II, 4: *Hercules poſt victoriam Menalippen captivam ſorori reddidit, & pretium arma reginæ accepit.* Flor. IV, 2: *Pretium libidinum Romanum imperium petit.* Mox *intra mœnia* firmat quoque Ryckianus. Et ſtatim *oraret ut fœdam* tuetur idem codex. Ceterum armillæ, quibus olim viri utebantur, dicebantur proprie *viriolæ.* Iſidor. XIX, 3. *Armillæ proprie virorum ſunt collatæ victoriæ cauſſa militibus ob armorum virtutem. Unde & quondam viriolæ dicebantur.* Nam Romani quoque utebantur armillis. Hinc inter dona erant militaria, & ſæpe legimus in antiquis inſcriptionibus *donis donato, torquibus, armillis, phaleris.*

Pag. 18. *Tandem ſævientibus intervenere raptæ*] De hoc loco quid ſentiat Vir & amicus ſummus Nicolaus Heinſius ex ejus ad me datis litteris accipe: Τὸ *ſævientibus* Freinshemium, ut video, offendit, atqui refer ad *atrocem pugnam*; Jornandes tamen *funeribus* nec male. Ita enim & Plutarchus in Romulo. Ante quem locum inſpectum mirabar cur Florus, cum agat de *laceris Sabinarum comis*, de lugubri ſive ſciſſa illarum veſte nihil addat, uti Livius, Naſo, Dionyſius Halicarnaſſenſis in eadem narratione, quare ſuſpicio erat ſcripſiſſe Florum *in funebribus ſupervenere, laceris comis.* Sic *lugubria* pro veſte lugubri apud Naſonem Metam. XI.

Sur-

Surge age, da lacrymas, lugubriaque indue.

Propert. *Nunquam mater lugubria ſumpſi.*

In lugubribus igitur ut infra cap. 1. hujus libri *ſicut in trabeis erant*, & apud Valer. Flaccum:

Seu venit in vittis, longaque in veſte ſacerdos.

Ovid. III. Faſt. in hac de Sabinis narratione,

Crineſque reſolvunt

Mœſtaque funerea corpora veſte tegunt.

Hæc ὁ πάνυ.

Pag. 20. *Avitas opes*] MS. Gudii non agnoſcit *avitas*.

Ibid. *Ad ſubita belli excubaret*] Omnino hic cum Salmaſio revocandum ex Nazariano *ut*, niſi velis orationem claudicare, & revocavi ſane, ſed turpi lapſu librariorum editum eſt *aut*. In fine capitis clare Ryckianus, ut Palatinus ſecundus, & editio Stadii & Freinshemii: *Quirinum in cœlo vocari placitum Diis. Ita gentium Roma potiretur.* Recte ita ſcribi ne dubitari poteſt a quoquam Latinæ linguæ perito. Senſus eſt, ſi pro Numine haberent colerentque Quirinum, ſe conceptis quaſi verbis promittere ac jurare Romam Orbis imperium conſecuturam. Eſt ſolemnis formula qua ſolebant uti in jurejurando. Plancus ad Ciceronem x. Epiſt. 9: *Ita ab imminentibus malis reſpublica me adjuvante liberetur.* Vide quæ ibi notavi. N. Heinſius ex Nazar. in quo ſcribitur *placitum deſiſtat gentium*, colligit præterea τὸ *eſſe* excidiſſe, legendumque: *Placitum Diis eſſe, ut Roma gentium potiretur.* Paulloante in codice Regio recte ſcribitur: *Cum concionem haberet apud Caprea paludem e conſpectu ablatus eſt*, quod & firmant Putean. Excerpta, ipſo probante Puteano.

Ibid. *Cum concionem haberet ante urbem, apud Caprea paludem*] Sic diſtinxi. Codex Regius non habet *ante Urbem*. Vid. Ovid. II. Faſt. v. 475.

Pag. 22. *Quirinum in cœlo*] Vocatus etiam fuit Altellus. Vid. Feſtum in *Altellus*.

CAPUT II.

Pag. 24. C*Eteraque ſacerdotia*] Ryck. cum aliis: *Ceteroſque per ſacerdotia.* Nihil Salmaſii emendatione *ceteraque P. R. ſacerdotia* eſt certius, quam recepi.

Ibid. *Secreta quædam imperii pignora*] In antiqua inſcriptione dicuntur *arcana Urbis præſidia*, apud Gruterum. LXXXIII, 15.

SAECVLO. FELICI
PHISIAS. SACERDOS. ISIDI. SALVTARIS
CONSECRATIO
PONTIFICIS. VOTIS. ANNVANT. DII. ROMANAE
REIPVB. ARCANAQVE. VRBIS. PRAESIDIA
QVORUM. NVTV. ROMANO. IMPERIO. REGNA.
CESSERE.

Digitized by Google

Pag. 28. *Religione*] Vide de Alcimo Lydorum Rege piiſſimo ſimillima apud Suidam in Xanthus.

CAPUT III.

Pag. 28. REgnum ultro datum] MS. Gud. *regnum ultro datur*: Et mox Reg. *præliis utrinque*.

Pag. 30. *Abſtulit virtus parricidam*] Hæc veterum codicum omnium, quos docti viri viderunt, lectio eſt. Nullus *parricidium*, quod doctiſſimo Pontano placebat. Pro *virtus abſtulit parricidam*, Cicero dixiſſet, virtus eripuit parricidam. Nam rei eleganter dicuntur eripi, qui aut vi, aut auctoritate ac gratia potentiorum hominum abſolvuntur. Cic. Act. II. in Verr. lib. I: *Non eſt is reus, non id tempus, non id conſilium (metuo ne quid arrogantius apud tales viros videar dicere) ne actor quidem is eſt, cui reus tam nocens, tam perditus, tam victus, aut occulte ſurripi, aut impune eripi poſſit.* Pro quo paulo ante dixerat: *Ex manibus populi Romani eripi. Nam quis hoc non intelligit, iſtum abſolutum Diis hominibuſque invitis; tamen ex manibus populi Romani eripi nullo modo poſſe.* In eod. lib. *Tum vero quod pronunciatum eſt, non per Neronem judicatum, ſed per Dolabellam ereptum exiſtimabatur.* hoc eſt extortum a Dolabella. Sueton. Auguſt. c. 56: *Cunctari ſe, ne, ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum.* Cic. pro Cluent. 30: *Condemnatum adducebam, ut ne eripi pecunia quidem poſſet.* quod aliis ſcriptoribus eſt *eripere*, hoc Floro *auferre*. Virtuti vero non invenuſte tribuit, quod alii de gratioſis ac potentibus hominibus dicunt, in quorum gratiam rei damnandi abſolvuntur.

Pag. 31. *Rex callidus ubi inclinare ſocios ad hoſtem videt*] Nazar. *Rex callidus ſubinclinare ſocios ad hoſtem videt.* Quod damnat Salmaſius, ſed merito vindicat Nicolaus Heinſius, præfatus, ſic *ſubdiffidere*, & *ſubdifficilis*, & mille talia apud Ciceron. inveniri. *Subdeficiens quaſſa adhuc voce* apud Curtium lib. VII, c. 7. apud Paterculum lib. II. *ſubrefectus primo aſpectu cariſſimi ſibi capitis*, de Auguſto, cum graviter jacenti ſuperveniſſet Tiberius. refectum dicere non potuit, cum morbus iſte Auguſto eſſet letalis. *Subimpetrare* Tacito, *ſubinfluere* Senecæ in Naturalib. Quæſtion. *Subexhibere* Arnobio. Non percepta fuit vis & elegantia illius verbi.

CAPUT V.

Pag. 35. CEnturiis tribus auxit, quatenus Attius Nævius numerum augeri prohiberet] Exercuit hic locus viros eruditos. Difficultas inde oritur, quomodo Florus potuerit tradere Tarquinium tribus voluiſſe augere cum alii rerum Romanarum

narum ſcriptores teſtentur equitum centurias, ſeu equeſtrem ordinem illum conſtituiſſe augere. Sic ſane Livius lib. 1. c. 36. ſic Aurelius Victor aliique. Flori tamen ſententiam, quod obſervavit doctiſſimus Rupertus, tuetur Dionyſius Halicarnaſſ. lib. III. οὗτος ὁ Νέβιος βουλομένου ποτὲ τοῦ Ταρκυνίου τρεῖς φυλὰς ἑτέρας ἀποδεῖξαι ἐκ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πρότερον καταλεγμένων ἱππίων, καὶ ποιῆσαι τὰς ἐπιθέτους φυλὰς ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἰδίων ἑταίρων ἐπωνύμους, μόνος ἀντεῖπε κατὰ τὸ καρτερὸν, οὐκ ἐῶν κινεῖν τῶν ὑπὸ Ῥωμύλου κατασταθέντων οὐδέν. *Idem Nevius, cum aliquando Tarquinius ad veteres tribus e delectis a ſe recens equitibus tres novas addere vellet, eaſque tribus additas a ſe atque ab amicis ſuis denominare, ſolus fortiter contradixit, non ſinens hic quidquam eorum, quæ a Romulo inſtituta eſſent mutari.* Sed hic etiam locus obſcurus eſt, & intellectu difficilis, non minus ac Flori. Dicit is quidem Tarquinium voluiſſe tribus augere, ſed non niſi equitibus, quos ex civibus reliquis modo elegerat. Hoc quî intelligi poteſt ab hiſtoriæ Romanæ non imperito, qui novit, quid illo tempore, & ſequentibus quoque tribus fuerint? Non poteſt ſane vocabulum Φυλαὶ ſive tribus accipi in ea ſignificatione hoc loco, qua Dionyſius libro II. uſus eſt, & mille aliis locis cum dicit populum diviſiſſe Romulum in tres majores partes, quas dixerit tribus; tribum autem Græcorum lingua dici Φυλὴν, τριττύα. Quis autem credat ex ſolis equitibus recens a ſe delectis voluiſſe novas tribus conſcribere Tarquinium? Hoc tamen Dionyſius dicit. Sed nullæ equeſtres fuerunt tribus, ſed ex omnibus civibus conficiebantur tribus: Ex ſingula tribu vero centuriam equitum excerpſerat Romulus. Nulla unquam tribus fuit nec illarum quas Romulus inſtituit, nec quæ poſtea iis acceſſerunt, quæ ex ſolis equitibus fuerit conflata. Nulla autem alia ratio hunc nodum expediendi patet, quam ſi dicamus, Florum & Dionyſium ipſas centurias equitum, quæ retinuerunt antiqua trium Romulearum tribuum nomina, dixiſſe tribus. Romulus cum omnem populum deſcripſiſſet in tres tribus, unam dixit Lucerum, alteram Ramnetum, tertiam Titienſium. Ex ſingula tribu ſelegit centuriam equitum, quibus ſolis adhæſerunt ſequenti tempeſtate nomina tribuum, ut equitum centuriæ dicerentur Luceres, Titienſes, Ramnenſes: Hinc a Dionyſio & Floro equeſtres centuriæ tribus dictæ ſint, quod vetus tribuum nomen illis ſolis poſtea fuit datum, quamvis perquam dure. Nam qui accurate loquetur, & qui norit quæ fuerint tributa Romanorum comitia, qui in exercitu tribuni militum, qui decuriones, qui alarum præfecti, nunquam centurias equeſtres tribus dixerit. Tribunus enim dicebatur proprie qui tribui præerat, hinc in copiis tribunus legionis, qui legioni, hoc eſt peditibus, decurio vero, qui turmæ, & præfectus qui alæ præerat. Singuli cives adſcripti erant alicui tribui. Ipſi equites quoque ſinguli ſuam tribum habebant.

bebant. Nunquam vero tribum conficiebant ſoli equites. Iſidorus tamen ſic quoque loquitur lib. IX. Orig. cap. 3: *Turma triginta equites ſunt. Romani enim equites in una tribu trecenti.* hoc eſt in unaquaque Titienſium, Ramnenſium, Lucerum centuria erant tempore Romuli trecenti equites. Nam Romulus primo legerat ex qualibet tribu centum Celeres, ſeu equites, poſtea T. Tatio in urbem recepto centurias illas auxit, ut ſingulæ eſſent trecentorum, & totus equeſtris ordo nongentorum capitum, ut ex Livio emendato & Dionyſio Halicarnaſſenſi pluribus aſſerit contra diſſentientes Gronovius Obſervat. III, 25. Hi ſunt illi trecenti, quas in una tribu, hoc eſt centuria fuiſſe Iſidorus ſcribit. Tarquinius non tribus, hoc eſt tres centurias nongentorum capitum a Romulo inſtitutas auxit, ut decreverat facere, & illis centuriis de ſe & ſuis amicis nomina imponere, ſed relicto trium veterum centuriarum numero, capita duplicavit, ut ſingulæ centuriæ eſſent ſexcentorum hominum. hoc eſt quod Florus dicit Tarquinium tribus auxiſſe centuriis, ſingulam enim tribum, hoc eſt centuriam Romuleam auxit trecentorum hominum numero, quia Navius numerum tribuum augeri prohibuerat. Hoc tamen Tarquinius effecit, ut, quia novas equitum centurias, quibus nova nomina imponeret, conſcribere non licebat, adjecti a ſe prioribus centuriis dicerentur ſecundi Titienſes, Luceres, Ramnes, ſicuti a Romulo creati, dicebantur primi Titienſes, Luceres, Ramnes, ut ex Feſto viri docti pridem oſtenderunt. Ceterum ut Florus aliique abuſi ſunt voce *tribus* pro centuria equitum, quia prima illa tribuum appellatio poſtea apud ſolas equeſtres centurias remanſit, ſic vice verſa propter eandem rationem Livius I, 13: tradit centurias tres equitum a Romulo conſcriptas dictas fuiſſe Ramnenſes, Titienſes, Luceres: *Eodem tempore*, inquit, *& centuriæ tres equitum conſcriptæ ſunt, Ramnenſes ab Romulo, ab Tito Tatio Titienſes appellati. Lucerum nominis & originis cauſſa incerta eſt*, cum tamen non ſolum ex aliis ſcriptoribus graviſſimis, ſed ex ipſo Livio conſtet, a Romulo non centurias equitum, ſed tres partes populi, in quas illum diſcreverat, quæ tribus nominabantur, dictas eſſe Ramnenſes, Titienſes, Luceres. Nam lib. X. c. 6. oſtendit olim tres tantum augures fuiſſe Romæ, ſingulam tribum unum habuiſſe: *Ut tres*, ait, *antiquæ tribus Ramnes, Titienſes, Luceres, ſuum quæque augurem habeant.* Non poſſunt hic antiquæ tribus de centuriis illis equitum intelligi, de quibus in primo libro loquitur, alioqui ſoli equites habuiſſent augures, ſed de toto populo in tres tribus illas diſtincto, quarum ſingulæ ſuus fuerit augur. Hæc prolixius quam harum notularum ratio fert, ſum executus, quoniam viros eruditiſſimos hic ceſpitaſſe video, & non ita pridem cum homine perdocto de hoc loco mihi fuerit contendendum.

CAPUT

CAPUT VI.

Pag. 42. *CUriis atque collegiis diſtributus*] Si ſic Florus ſcripſit vehementer hallucinatus eſt. Nam curias inſtituit Romulus. Nec decuriæ, quas ex Jornande nonnulli exſculpunt, hic locum habent. Sed tamen huic loco mendum inſidere inde licet colligere. Nihil certius emendatione Gronovii *ſ' nuiv*, qui legendum monuit: *Centuriis atque collegiis*. Nam populum Romanum ſecundum poſſeſſionum & facultatum modum deſcripſit Servius in quinque claſſes; ſingulas claſſes vero in ſuas centurias. Hinc comitia centuriata, in quibus populus centuriatim conveniebat, & ſuffragia ferebat, quæ Servius Tullius inſtituit, ſicuti curiata comitia, in quibus curiatim populus ſuffragia ferebat, ſuam debent originem Romulo. Iſtis comitiis omnia ad rempublicam pertinentia ad Servii uſque tempora gerebantur. Sed poſt Serv. Tullium quicquid majoris erat momenti in comitiis centuriatis peragebatur. In his creabantur omnes magiſtratus majores, ferebantur leges, pax bellumve jubebatur. Itaque non potuit Florus præterire tam celebrem populi diviſionem in centurias, a quibus centuriata comitia.

CAPUT VII.

Pag. 45. *CUi Gabiis, ut voluerat, recepto*] Nihil hic moverem, niſi Ryckianus liber aliam ſcripturam mihi offerret. In illo enim ſcribitur: *Cui a Gabiis, ut voluerat, recepto.* Lege: *Cui a Gabinis, ut voluerat, recepto.*

CAPUT VIII.

Pag. 50. *NOn nihil imo vel plurimum profuit*] Ryck. *Non nihil imo plurimum profuit*, omiſſo *vel*. Calci hujus capitis ſubjicitur in eodem libro: *Finit liber primus & prima ætas. incipit liber ſecundus & prima ætas populi Ro.* Sed lapſa eſt manus ſcribæ, pro *prima ætas populi Ro.* enim ſcribendum erat *ſecunda ætas populi Ro.*

CAPUT IX.

Pag. 52. *MUtato tamen & jure & nomine*] Ryck. *mutato tamen nomine & judice.* Sed *jure* recte Salmaſius repoſuit ex Jornande. Ordo verborum eſt perverſus in vulgatis, legendum enim ut codex vetus monet: *mutato tamen nomine & jure.* Sequentia id verba oſtendunt, quæ pertinent ad proxime præcedens *jure. Quippe ex perpetuo annuum placuit.*

Pag.

Digitized by Google

Pag. 54. *Ad augendam populi majeſtatem*] Ryck. *ad augendum populi majeſtatem.* Sic autem veteres locutos eſſe conſtat. Juſtin. XXII, *Poſthac Pœni ad perſequendum belli reliquias, duces in Siciliam miſerunt.* Virg. XI. Æn: *Pacem Trojano a Rege petendum.*

CAPUT X.

Pag. 57. *QUi niſi in annalibus forent*] Hanc libri Nazariani ſcripturam aſſerit quoque Ryckianus: Eſt familiaris optimis ſcriptoribus locutio. Terent. *ſcelus qui me perdidit.*

Ibid. *Ponte reſciſſo*] lege *reciſo*, ut viri docti olim præceperunt. *Recidere pontem* eſt minuere pontem parte dejecta, ut *recidere ſarcina*: apud Suetonium: ſed *reſcindere pontem* eſt pontem deſtruere.

Pag. 58. *Fruſtrato circa purpuratum ejus ictu*] Sic plane Ryckianus cum vulgatis, & rectius quam omnes alii, quos Salmaſius evolvit. Senſus eſt, eum non vulneraſſe & occidiſſe regem, ut volebat, ſed regium miniſtrum.

Pag. 59. *Sed ne quis ſexus a laude ceſſaret*] Nazar. *Sed ne quid ſexus a laude ceſſaret.* Quod tuetur Salmaſius, docens ſexum pro muliebri ſexu ſæpius dici. Sed hoc plurium, non unius gloſſarii auctoritate firmandum erat. Verius N. Heinſius vidit ſcribendum eſſe: *Sed, ne quid is ſexus a laude ceſſaret, ecce & virginum virtus.* Ad ſequentia enim referendum *is ſexus*, perinde ac ſi Florus ſcripſiſſet: *Sic quidem viri: Sed ecce & virginum virtus, ne quid is ſexus a laude ceſſaret.*

Pag. 60. *Plane quaſi adulterum ad inferos uſque ſequeretur*] Melior eſt & auctior libri Ryckiani ſcriptura: *Plane quaſi adulterum ad inferos uſque inſequeretur.* Eſt enim inſequi ad ulciſcendum perſequi. Cic. pro Sextio c. XI: *Hi non modo negando, ſed etiam irridendo ampliſſimum quemque illius ordinis inſequebantur.* Sic *inſequi ſtricto gladio* apud eundem legitur.

CAPUT XI.

Pag. 60. *ÆMulatione & invidia*] Ryck: *Æmulatione & invidia pulſos.* Male mox idem codex *apud Regilum lacum*, pro *Regillum lacum.* Sic Cicero, Livius aliique ſcriptores idonei ſemper hunc lacum appellant, non *Regili* ut editi hic & apud Victorem. Livius lib. II: *A. Poſthumius Dictator, T. Æbutius magiſter equitum, magnis copiis peditum equitumque profecti ad lacum Regillum, in agro Tuſculano agmini hoſtium occurrerunt.* Cicero II. de nat. Deorum: *Apud Regillum lacum bello Latinorum.* Apud Græcos Ῥηγίλλη λίμνη. Poteſt vulgata defendi, ſi ita accipiatur ut mons Soractis, flumen Rheni. Sequentia *uti pete-*

peteretur curſu, merito ſunt ſuſpecta Freinshemio. Nullum enim currentium ſpacium erat: Forte legendum: *uti peteretur incurſu*, hoc eſt impreſſione facta in hoſtilem exercitum magna vi, in quem jaculatus erat ſignum Poſthumius. Propter eandem cauſam non nunquam ſigna in hoſtilia oppidi fuerunt projecta, ut impetus militum muros ſubeuntium incenderetur & acrior redderetur. Piaculum enim erat Romano militi ſigna in hoſtium poteſtate relinquere, quia ſancta habebantur, & erant quaſi Dii quidam caſtrenſes. *Incurſu* legendum etiam ſequentia docent. Nam propter eandem cauſſam Magiſter equitum exuere frena imperavit equitibus, propter quam dictator ſignum injecerat in agmen hoſtile. Quæ illa fuerit dicit ipſe Florus, *quo acrius incurrerent*.

Pag. 63. *Quaſi ſtipendium*] Rotundiora hæc eſſent & planiora ſi deleretur *diis*. Forte hæc vox irrepſit ex interpretatione magiſtri, qui adſcripſerat voci *commilitonibus* Τὸ *diis*, ut tyronibus oſtenderet, quinam fuiſſent illi commilitones, quibus hoc ſtipendium dedit. Sed quoniam veteres libri omnes retinent *diis*, diſtinctione & levi tranſpoſitione poſſemus huic loco mederi, ſcribentes, *& reddidit, plane quaſi commilitonibus, ſtipendium diis*.

Pag. 67. *Nomini indueret*] Ryckii quoque Codex æque ut Nazarianus & Vineti Mſſ. *nomini induceret*, quod probat Salmaſius. Utraque locutio *induere* & *inducere nomini captum oppidum*, ſatis inſolens. *induere adulationem*, *ſimulationem*, *dubitationem* apud Tacitum & Livium leguntur non infrequenter. Sed hoc de ipſis dicitur qui ſimulant, aut adulantur. Nemo vero ſic loquitur, induit alteri ſimulationem, adulationem. Eſt ergo hæc Flori cacozelia. Meliores ſcriptores dixiſſent, *capti oppidi nomen induit*, quod in tyronum gratiam moneo.

CAPUT XII.

Pag. 70. AB *Etruria fuere Vejentes*] Recepi hanc lectionem, quam veteres libri, & inter eos Ryckianus, nec non editiones priſtinæ propugnant. *Fuere* perperam expunxiſſe Gruterum recte Salmaſius monuit.

Ibid. *Satis ſuperque idonea clades. Caſi apud Cremeram trecenti, patricius exercitus, & ſcelerato ſignata nomine, qua proficiſcentes in prælium porta dimiſit*] Nic. Heinſius ſic legi jubet & diſtingui: *Satis ſuperque idonea clades, caſi apud Cremeram trecenti, patricius exercitus: & ſcelerato ſignata nomine, qua proficiſcentes in prælium porta dimiſit*. Sic lib. II. cap. II. diſtinguit idem: *Præ tanta victoria leve hujus prælii damnum*, (tolle fuit) *alter conſulum interceptus*, &c. *atque ita oppreſſus eſt*. Falſam vero eſſe, quæ de trecentorum & ſex Fabiorum patricio exercitu tanto con-

Digitized by Google

ſenſu veteres tradiderunt, oſtendit Cl. Perizonius; quia vix tot numero patricii omnium gentium patriciarum tum temporis, trigeſimo nimirum poſt exactos reges anno, Romæ fuerint. Cenſet itaque hoc bellum geſſiſſe Conſulares Fabios Marcum & Cæſonem, & trecentos ſex viros ad illud eduxiſſe, ſed non omnes unius gentis Fabiæ, ſed maximam partem ſuæ gentis clientes, qui dicti fuerint Fabii, quia non modo illis duces fuerint, & auctores iſtius expeditionis, ſed quia in ſe & ſuam gentem receperint illud bellum, ac per ſe & ſuæ gentis clientelas id geſſerint. Vide pluribus hæc aſſerentem in elegantiſſimis animadverſionibus Hiſtoricis cap. 5.

Pag. 72. *Integra dignitate pareretur*] Ryck. cum multis aliis & edd. *integra dignitate pareretur*. Mox idem Ryck. *direptionem urbis convocaretur*, pro vulgato, *ad direptionem urbis vocaretur*.

Pag. 74. *Eo denique viſa prædæ magnitudo, ut ejus decima*] *Cujus decima* bene ſcripti, inquit vir ſummus, Nicol. Heinſius, additque: Τὸ *viſa* ſuſpectum, cum modo præceſſerit *mira viſa eſt fides imperatoris*. Puto, *ea denique diviſa prædæ magnitudo, cujus decima Apollini Pythio mitterentur*.

Pag. 75. *Hoc tunc Veii fuere*] Sic recte viri docti ex Nazariano codice correxerunt. Vulgati: *hoc tunc Vejentes fuere*.

CAPUT XIII.

Pag. 76. UT *in experimentum illatum putem divinitus*] Hæc minime ſunt expungenda cum Grutero, cujus manus parcior fuit in hoc ſcriptore ſanando, quam in ſecando & urendo. Eſt acuta ſententia quam hauſit Florus ex Silio Italic. lib. 3. ubi Jupiter ad Venerem de bellis Carthaginienſium cum Romanis gerendis:

Hac ego Martis
Mole viros ſpectare paro, atque expendere bello.

Hoc eſt, hoc bello experiar num Romani ſint digni orbis imperio. Ejuſdem ſententiæ eſt quod idem Poëta eodem in libro canit:

Tum pater omnipotens gentem exercere periclis
Dardaniam, & fama ſævorum tollere ad aſtra
Bellorum meditans, priſcoſque referre labores
Præcipitat.

Imitatus autem videtur Ciceronem Florus, qui Act. IV. in Verrem 31. ibi loquitur de Capitolio incenſo tempore belli civilis Mariani, & refecto a Catulo. Sed vide quam longe differat oratoris naturali pulchritudine nitens oratio a declamatoris calamiſtris. *Tibi*, inquit, *opera ſumenda eſt, ut Capitolium, quomodo magnificentius eſt reſtitutum, ſic copioſius ornatum ſit, quam fuit, ut illa flamma divinitus exſtitiſſe videatur, non quæ deleret Jovis optimi templum, ſed quæ præclarius magnificentiuſque depoſceret.* Hoc

Hoc dictum advertit quoque Lactantius, qui III. Inſtitut. c. 17. *Capitolium quod eſt Romanæ urbis & religionis caput ſummum, non ſemel, ſed ſæpius fulmine ictum conflagravit. Homines autem ingenioſi quid de eo exiſtimarint ex dicto Ciceronis apparet, qui ait, divinitus exſtitiſſe illam flammam, non qua terreſtre illud domicilium Jovis deleret, ſed quæ ſublimius magnificentiusque depoſceret.* Vere itaque Seneca cap. 91: *Sæpe majori fortunæ locum fecit injuria. Multa ceciderunt ut in altius ſurgerent, & in majus.* Ceterum N. Heinſius quia Nazar. pro *illatam* præ ſe fert *inlatumam* arbitratur forte Florum ſcripſiſſe, *cumulatam*. quia multa adverſa ſimul concurrebant. Mox malebat: *ad hoc ipſa corporum mole, perinde armis ingentibus, adeoque omni genere terribilis fuit.* Salluſtii, adjicit, illa reſpexit ex hiſtoriis apud Quintilianum: *Mithridates corpore ingenti, perinde armatus*, ubi perperam Colerus, *animatus.*

Pag. 77. *Per Italiam vagabantur*] Non vagabantur tantum, ſed infeſtabant cum maxime Italiam inquit N. Heinſ. Recte Jornandes legebat *bacchabantur.* Poëtice. Sic Claudianus:

Vilis cum Spartacus omne
Per latus Italiæ ferro bacchatus & igne.

Hanc vocem alibi quoque Floro reſtituendam eſſe & ipſi oſtendemus inferius.

Ibid. *Tum Cluſium obſidebant*] Ryck. æque ut Nazar. *Tum Cluſium urbem obſidebat*, niſi quod *tunc* in illo ſcribatur. & mox idem: *Miſſi ex more legati*, quod ex Nazar. quoque notavit Salm. dein legendum ex eodem codice, & vetuſtioribus editionibus: *ferocius agunt, movent, & inde certamen.* Salmaſius vidit etiam ſcribendum: *& inde certamen.* Non fuit expungendum *movent*, quamvis in ſuis libris hanc vocem ſe non inveniſſe teſtetur Vinetus. In aliis tamen extitiſſe & editi & Ryckianus oſtendit. Audita legatione longe, inquit Florus, ſuperbius ſe geſſerunt, & ſtatim movent infeſta ſigna in Romanos, inde manus conſeruerunt cum illis. Non intellexerunt hanc vocem, qui eam delevere. Inferius 11, 8. *Cum ingenti ſtrepitu ac tumultu moviſſet ex Aſia.* & 11, 6: *Igitur ubi ſemel in Hiſpania movit illa gravis & luctuoſa Punici belli vis atque tempeſtas.* Sic Mſſ. editi: *ubi ſemel ſe in Hiſpania movit.* Sueton. Cæſ. 60: *Prælia non tantum deſtinato, ſed ex occaſione ſumebat: ac ſæpe ab itinere ſtatim, interdum ſpurciſſimis tempeſtatibus, cum minime quis moturum putaret.* vide quæ notavi ad epiſtolam 12. lib. v. Ciceronis ad Atticum.

Pag. 78. *Ad Alliam fluvium*] Ryck. Ad *Aliam fluvium* ut in vetuſtiſſimis quibuſque libris hoc nomen ſcribi pridem docti præceperunt, ut & veteres Grammatici.

Pag. 79. *Majores natu, ampliſſimis uſi honoribus*] Ryck. *Majores natu ampliſſimi, uſi honoribus.* Nihil muta.

Digitized by Google

Pag. 80. *Ampliſſimo cultu*] Solebant morituri ſplendidiſſime veſtitu indui. vide inferius IV, II. & quæ ibi notat Freinshemius.

Pag. 81. *Sedentes in curulibus ſellis prætextatos ſenes*] Perplacet lectio veterum codicum a Salmaſio probata, & Ryck. auctoritate firmata: *Sedentes in curulibus ſuis prætextatos ſenes.* Probat etiam N. Heinſius, qui tamen totam hanc periodum refingebat hoc modo: *ibi* (ſic alibi paſſim) *ſedentes in curulibus ſuis prætextatos ſenes, velut Deos, genioſque venerari: mox eoſdem ubi homines eſſe liquebat, alloqui, nihil reſpondere dignantes pari vecordia mactant, faceſque tectis injiciunt, totam urbem ferro, igne, manibus exæquant.* Nam *ſolo* abeſt a ſcriptis.

CAPUT XIV.

Pag. 88. Q*Uum jus civitatis, partem imperii*] Bellum indixit his verbis *jus civitatis* Salmaſius ὁ πάνυ, præfatus non jus civitatis petiiſſe Latinos, ſed tantum conſortium imperii & magiſtratuum. Sed hoc ipſum eſt *jus civitatis.* Sine jure civitatis nemo poterat Conſul aut ullus Magiſtratus creari. Nam nemo niſi erat jure optimo civis; hoc eſt qui jus ſuffragii ferendi habebat in comitiis, poterat petere magiſtratus, aut aliis dare. Ubi enim Latinus crearetur Romanus Prætor aut Conſul? Num in municipiis aut coloniis Latinis fiet, & Romam ibi creatus mittetur, ut illius Urbis magiſtratum gerat? Nugæ. Recte Livius dicit in omnibus æquari voluiſſe Latinos Romanis. Nolebant diutius eſſe ſocii Latini nominis, ſed cives Romani, & hac quidem lege, ut alter Conſulum eſſet Latinus; hoc eſt quod Livius dicit, ut alter a Latinis Conſul daretur, ſicut plebs dabat Conſulem, cum Patriciis extorſiſſent jus Conſulare, & effecerunt, ut ex plebe alter Conſulum crearetur. Nec obſtat huic ſententiæ quod Antium fuit colonia. Non omnes enim coloniæ jus civitatis habebant, ſed erant quæ jus Latii Italiæve tantum habebant, ut nemo paullo humanior ignorare poteſt. Præterea Antium toties rebellaverat, ut merito jure civitatis, ſi id habuerat, exciderit, ut ex Livio conſtat. Non igitur hic peccavit Florus, aut ejus ſcriptura eſt immutanda. Sed quod paucis verbis dixit Livius, hoc Florus pluribus expoſuit. Cum dixiſſet ille, jus civitatis petiiſſe Latinos, id quaſi pluribus verbis hic explicat, vocatque partem imperii & magiſtratuum. Nam qui petit conſortium magiſtratuum Romæ gerendorum petit etiam jus civitatis. Codex Nazarian. *cum jus civitatis partem imperii ac magiſtratuum poſcerent, apud quam amplius, quam congredi auderent.* quod non temere ſpernendum eſſe Nic. Heinſius putat, & cenſet ex omnium optimi & vetuſtiſſimi libri veſtigiis ſic reſcribendum eſſe hunc locum. *Cum jus civitatis, partem imperii,*

Digitized by Google

ac magiſtratuum caput poſcere (quanto amplius quam congredi!) auderent. Similis locutio apud Liv. IV, 3: *Civitatem, quod plus quam connubium eſt, hoſtibus etiam victis dedimus. Caput magiſtratuum* eſt Conſulatus, ut Senatus *caput publici conſilii* apud Liv. V, 39. ita ſub ipſis loquebantur Imperatoribus: Naſo in Ponticis de Sexto Pompejo Conſule:

Quanquam Martia nullum
Altius imperium Conſule Roma vides.

Pag. 89. *Quis ceſſiſſe hoſtem mirabitur*] Iſtam ſcripturam non impugno. Non poſſum tamen quin moneam in Ryckiano haberi: *quis cecidiſſe hoſtem mirabitur*. Plaut. Amphit. *Crebrique hoſtes cadunt*. Ovid. VII. Metam. *Civilique cadunt acie*. Quint. *Cecidere pro patria*. Mox idem codex *occideret*, pro quod in vulgatis eſt, *occiderit*.

Pag. 91. *In confertiſſima ſe hoſtium tela jaculatus*] Tuetur hujus loci ſcripturam contra Salmaſium non modo Claudianus, judice Nic. Heinſio, ſic enim is in Panegyrico de Conſulatu Mallii Theodori:

Vel qui more avium ſeſe jaculatus in auras,

Pro quo *amentare* dixit paullo poſt in eodem Panegyrico v. 321.

Quorum compoſitam puer amentatus in arcem,

ut ibi ille ipſe vir magnus reſtituit: Sed & Florus l. I. c. 13: *Signum in hoſtes jaculari*, & lib. I. c. II. *jaculari ſe in hoſtem*. Sed nimis poëticum, inquit Salmaſius, quo loquendi modo ſolus uſus ſit Manilius, ſi illi credimus. At locus ille quem tangit non apud Manilium extat, ſed apud Claudianum de Conſulatu Mallii Theodori. Quid faciemus igitur A. Gellio, qui libro XVI. cap. 19. in Arionis hiſtoria, quam ex Herodoto transfert, ſed liberrimo orationis filo, in noctes ſuas Atticas, hoc inter alia ponit: *Tum inter hæc eorum verba Arionem cum fidibus & indumentis, cum quibus ſe in mare jaculaverat, exſtitiſſe.*

CAPUT XV.

Pag. 91. I*Mmemores facta ſub Tito Tatio affinitatis*] N. Heinſius legendum eſſe contendit; *pacta ſub Tito Tatio affinitatis:* firmatque hanc conjecturam Liv. XXXIV, 32: *cum noſtro Philippo hoſte non ſocietatem ſolum, ſed affinitatem etiam pepigiſti.* ſic etiam apud Vellejum II, 65. *pacta affinitas* ſcribendum eſſe conjecit. Naſo in Faſtis de Caſtore & Polluce: *Leucippo fieri pactus uterque gener*. Vell. I, I. *Quod pacta ejus Hermiones nuptias occuparat*. Dubitat etiam annon ſcribendum ſit apud Florum lib. I. cap. I. *pax pacta, & fœdus pactum* alibi pro *factum*. Subjicit idem, ſic in notis ad Naſonem in Papinio olim recte ſe correxiſſe *connubia cœlo pacta*, ubi ſcripti libri conſtanter, ſed male, *facta*. Sed & apud ipſum Naſonem ſimiles mendas com-

plures ſe ſuſtuliſſe teſtatur. Hinc & *pacta jugalia*. Ovid. in fab. Cephali

Alter agebatur poſt pacta jugalia menſis.

Sic hunc locum correxit, cum optimus codicum *acta* præferret, vulgati *ſacra*.

Pag. 92. *Qua Nar ambit fonteſque Velini*] Non poteſt ferri hæc lectio. Scribendum enim fuiſſet, *quem Nar ambit, fonteſque Velini*. Recepi Naz. libri a Ryckiano quoque firmatam, & Salmaſio probatam ſcripturam: *qua Nar amnis fonteſque Velini*. Nec eam tamen eſſe integram facile mihi perſuadeor. Sed cum Grutero ex veſtigiis Jornandis apud quem habetur: *loca a Varanio fonte*, & veterum librorum Flori, in quibus ſcribitur: *qua Narenio fonte Velini* legendum: *qua Nar, Anio, fonteſque Velini*. His enim finibus Sabini circumſcribebantur. Plin. III. Hiſt. 13: *Sabini, ut quidam exiſtimavere a religione & deorum cultu Seveni appellati: Velinos accolunt lacus, roſcidis collibus. Nar amnis exhaurit illos ſulphureis aquis. Tiberim ex his petens replet, e monte Fiſcello labens juxta Vacunæ nemora & Reate in eoſdem conditus. At ex alia parte Anio, in monte Trebanorum ortus, lacus tres amœnitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberim.* Ceterum in hoc bello deſcribendo Florus hallucinatur non tantum in ratione temporis, ut Salmaſius oſtendit, ſed & in locorum ſitu, cum ſcribit Sabinorum terras a Nare, Anione & Velino fuiſſe vaſtatas ad mare Hadriaticum uſque, cum illorum ager pertineret tantum ab his amnibus ad Apenninum; terras vero ab Apennino uſque ad Hadriaticum tenuerint Galli Senones. Rectius itaque auctor de viris Illuſtribus in M. Curio Dentato: *Manius Curius Dentatus primo de Samnitibus triumphavit: quos uſque ad mare ſuperum perpacavit.* Subjicit de his tantum agri, & hominum cepiſſe Curium, de quo & Florus loquitur. Poſtea ſubnectit, illum de Sabinis quoque triumphaſſe. Samnites tunc armorum ſocietate juncti erant Umbris, Gallis & Etruſcis: a Romanis fuſi ſunt in Senonum agro, in quem & poſtea coloniam duxerunt, quæ Sena dicitur. Hunc errorem Flori primus animadvertit Ph. Cluverius Ital. antiqu. lib. II. cap. VIII. & pluribus refellit. Ceterum Nicol. Heinſius conjicit legendum eſſe *qua Nar abit fonteſque Velini*. Is enim fluvius, inquit, ortus in Fiſcello monte agrum Sabinum atque Umbrum dividens, in Tiberim ſe tandem decurrens exonerat, auctus lacu Velino.

CAPUT XVII.

Pag. 93. S*Amnites invadit*] Ryck. *Samnitas* quod & Naz. & Jornandes præ ſe ferre teſtatur Salmaſius; Sane ſic veteres ſæpe ſcripſiſſe alibi pluribus exemplis oſtendi. Idem codex Ryck. eodem modo paullo poſt: *Samnitas invaſit*.

Pag. 95. *Hoc Campani ſanctius & prius omnium ſuorum deditione fecerunt*] Duo in his Flori verbis reprehendit vir incomparabilis, quod deditionem vocet fœdus. & quod fœdus Campanorum dicat prius fuiſſe fœdere Samnitium. Sed nihil hic in ſe admiſit Florus, cujus accuſari merito poſſit. Nam deditionem quoque fœdus eſſe, ſed omnium iniquiſſimum, id clare Menippus, Antiochi Legatus apud Livium docet XXXIV, 57. ubi ait: *Eſſe tria genera fœderum, quibus inter ſe paciſcerentur amicitias civitates regeſque, unum cum bello victis darentur leges, ubi enim omnia ei, qui armis plus poſſet, dedita eſſent, quæ ex iis habere victor, quibus multari velit, ipſius jus arbitriumque eſſe; alterum cum bello pares æquo fœdere in pacem atque amicitiam venirent: tunc enim repeti reddique per conventionem res, & ſi quarum turbata bello poſſeſſio ſit, eos ex formula juris antiqui, aut ex partis utriuſque commodo componi: tertium, cum, qui hoſtes nunquam fuerint, ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe jungendam coëunt, eos neque dicere neque accipere leges, id enim victoris & victi eſſe.* Eſt igitur inter fœdera deditio, ſed iniquiſſima. Hoc Livius etiam docet lib. IX, 20. *Theates Appuli impetraverunt, ut fœdus daretur: neque æquo tamen fœdere, ſed ut in ditione populi Romani eſſent*, hoc eſt ut eſſent dedititii. Sic & Samnites apud eundem lib. VIII, 2. *Sidicinos nec ut Samnites in pace, amicitiam, nec, ut Campani, auxilium in bello petiſſent, nec in fide populi Romani, nec ditione eſſent.* Hoc eſt, qui nec æquo fœdere ut Samnites, nec deditione, ut Campani, in amicitiam populi Romani veniſſent. Nam hæ erant dedentium ſe ſollemnes formulæ. Plaut. Amph. I, I.

Dedunt ſe divina humanaque omnia
In ditionem atque in arbitratum cuncti Thebano populo.

Et apud Liv. lib. I. *deditis ne vos populumque, Urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utenſilia divinaque omnia in meam populique Romani ditionem.* Proprie ergo in ditione eſſe deditionem ſignificat, quod fœdus Livius vocat, ſed non æquum. quia vero omnium fœderum erat iniquiſſimum: ut non longe abeſſet a ſervitute ſumma, hinc fœderi nonnunquam deditio opponitur, ut apud Livium eodem in loco: *Campanorum aliam conditionem, qui non fœdere, ſed per deditionem in fidem veniſſent.* Qui locus forte τῷ πάνυ impoſuit, ut affirmaret deditionem nunquam fuiſſe fœdus; ſed facile huic loco poteſt occurri ſi recte explicetur. Hoc enim Latini ajunt, Campanos non fœdere iniquiſſimo, in Romanorum ſocietatem veniſſe. Primum crimen diluimus, alterum longe levius eſt, & minore negotio poteſt amoveri a Floro. Cum dicit Campanos ſuum feciſſe fœdus ſanctius & prius Latinorum fœdere, non vult tempore Campanorum fœdus præceſſiſſe Latinorum, ſed deditione ſuorum omnium feciſſe, ut illi fœderi, quod cum Latinis fecerant Romani,

ni, præferretur, & anteponeretur. Quo ſenſu dicitur *nihil priu & antiquius habere*, hoc eſt omnibus rebus anteferre. Phædru lib. I. *Si vocem haberes nulla prior ales foret*, omnibus avibus anteferreris. Horat. IV. Carm.

Qui color eſt puniceæ flore prior roſæ.

Quod autem in his Florus de Romanis, id Livius lib. VI. c. 10. de Nepeſinis narrat, illis nimirum deditionis quam ſocietatis fidem ſanctiorem fuiſſe. Romanos ſane jure dedititios præpoſuiſſe ſociis, rationibus poſſet oſtendi facile, niſi has partes jam pridem occupaſſent homines juris divini humanique peritiſſimi.

Ibid. *Omnium non modo Italiæ, ſed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga eſt*] Ryck. *Omnium non modo Italiæ, ſed tot orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga eſt.* Mox idem: *Veſevus* non *Veſuvius*, ut plerumque vetuſtiſſima monumenta.

Pag. 98. *Quadam maris otia*] Merito tuentur viri docti hanc lectionem. Plin. Paneg. c. 82 *Quantum diſſimilis illi, qui non Albani lacus otium, Bajanique torporem & ſilentium ferre, non pulſum ſaltem fragoremque remorum perpeti poterat.*

Pag. 101. *Aureis & argenteis armis diſcolori veſte*] Nazar. *aureis & argenteis armatum miſit. diſcolori veſte.* Nic. Heinſius, hinc conjicit Florum ſcripſiſſe: *aureis atque argenteis armis ornatam*; non *armis armatam* ut perperam volebat Salmaſius. Naſo:

Se quoque nympha tuis ornavit Jordanis armis.

Ornare hic eſt inſtruere, ut *ornare claſſem milite* apud optimos ſcriptores. In MS. Ryck. Sane non *armatam* ſed *auratam* legitur.

Pag. 106. *Clauſo enim per inſidias*] Expunxi τὸ *enim* ſecutus auctoritatem Nazariani Codicis. Mox Ryckian. *& ut ille dimitteret omnes vel occideret ſapienter ut ſenior ſuaſerat.* Vulgati: *& ille, mitteret omnes, vel occideret ſapienter ut ſenior ſuaſerat.*

Pag. 107. *Strictis enſibus per ipſam viam ante pugnam fuit*] Sic Ryck. quam ſcripturam dudum probavit Salmaſ. ex Nazarian. & Jornandeo libro. Sed *furit* retinendum eſſe multis exemplis tuetur Nic. Heinſius ad Valerii Flacci lib. I. v. 144.

Hac Peleus, hac enſe furens agnoſcitur Æſon.

Ita ex ſcriptis caſtigandum eſſe illic monebit, cum deſideratiſſimas in illum ſcriptorem animadverſiones editurus, & pluribus iſtam locutionem adſtructurus eſt. Nam ſic & Ovidium locutum eſſe & Statium oſtendit mihi. Illum, II. Faſt. v. 752.

Sed enim temerarius ille
Eſt meus, & ſtricto qualibet enſe furit.

Hunc, Theb. I.

Et nunc enſe furit, nunc tela natantia raptans
Ingerit.

CAPUT

CAPUT XVII.

Pag. 109. H*Actenus populus Romanus cum ſingulis gentium*] Ryck. *Hactenus populo Romano bellum cum ſingulis gentibus.* Sic & Palat. Sec. & Nazar. niſi quod hic *bellum* omittat, unde vulgata videtur orta eſſe, & uterque *gentium.* Statim idem Ryck. *tamen ſic quoque par omnibus fuit.* Sic quoque Vineti, aliæque vetuſtiores editiones. quod quorum librorum auctoritate recentiores editores mutarint nondum mihi compertum eſt. Reſcribendus eſt totus locus veterum librorum fide: *Hactenus populo Romano bellum cum ſingulis gentium, mox acervatim, tamen ſic quoque par omnibus fuit.*

Pag. 110. *Quin fratre præmiſſo exploraret acceſſus*] Plane Ryckianus conſentit Nazar. ſcribitur in utroque *explorat.* Suffragor Salmaſio emendanti: *Nihil horum terruit ducem. Quin fratre præmiſſo explorat acceſſus.* nullus, cui genius dictionis Flori non eſt ignotus, dubitare poteſt, hanc eſſe manum ejus. Sic quoque in hac editione legeretur, ſi operæ dicto fuiſſent audientes. Paullo ante Ryck. æque ut Nazar. *A latere Etruriam infeſtam*, ubi itidem recte ὁ *πάνυ late per Etruriam infeſtam.*

Pag. 111. *Speculatus omnia, refert totum iter. Sic Fabius Maximus*] Ryck. *Speculatus omnia refert. Tunc ſi Fabius Maximus.* Sic & alii libri. Nazarian. vero: *refert tum iter.* Omnino prior ſyllaba exciderat, quam retinent duo libri vetuſtiſſimi Jornandis, in quibus legitur: *tutum iter.* Quod merito probatur Tanaquillo Fab. Sed Nic. Heinſius mallet ex veſtigiis veteris libri. *Speculatur, omnia refert tuta, tum inſtitutum iter*, vel *tum inſtituit iter.* Cognationem litterarum has turbas dediſſe putat. Liv. XXVII, 12: *Poſtquam ſatis tuta eſſe omnia exploratum eſt.* Curtius IV, cap. 9: *Deinde ut ſpeculatores præmiſſi tuta omnia nuntiaverunt.* iter inſtitutum ut Horat. Epod. *anguis rumpit iter inſtitutum.*

Ibid. *Periculoſiſſimum bellum periculo explicavit*] Cum Ryck. & editionibus nonnullis ſcribendum, *bellum ſine periculo explicavit.* Perperam *ſine* omiſerunt editores nonnulli, quod nolim etiam hic neglectum eſſe. Bellum quod habebatur periculoſiſſimum ſine periculo confecit, quia tutum iter ei per illum fuit ſaltum, & palantes & incompoſitos concidit. *Explicavit bellum* ut *explicuit fugam* apud Phædrum lib. IV.

Illic per artus fratris explicuit fugam.

Pag. 112. *In ſubjectos ſuo jure detonuit*] Hæc non ſunt cum Lipſio ſcribente *Jovis more*, aliiſque ſollicitanda. *Suo jure eſt*, ut voluit, nemine impediente, pro arbitrio, ut recte quoque cepit Salmaſius, & hoc loquendi genus pluribus exemplis aſſeruit Gronovius ad Senecam.

Ibid. *Quaſi in terrigenas e cælo & nubibus tela mitterentur*]

tur] Nazar. *jacerentur*, quod, quia præſtantiſſimus codex præ ſe fert, recipiendum eſſe contendit Nic. Heinſius, præſertim cum & alibi ſic locutus ſit Florus, lib. III, 21. *ſudeſque & ſaxa undique a mœnibus ac tela jacerentur.* Sic *jacere fulmen*, *jacere tela* ſæpe apud Naſonem & apud Senecam in Tragœdiis non ſemel a ſe reſtitutum ait ex optimis membranis.

CAPUT XVIII.

Pag. 115. P*Ortuque nobili*] Omnino cum Ryckian. & nonnullis editionibus, ſenſu poſtulante, ſcribendum, *portuque nobilis, & mirabilis ſitu.* inferius Ryck. *tot ſimul populi pro Tarentinis in hos conſurgerent.* vulgati ignorant *in hos.*

Pag. 116. *Vela dimittit*] Pal. duo *vela mittit*, quod omnino probum eſſe credo Nicolao Heinſio, qui oſtendit *mittere* ſæpe pro dimittere poni a noſtro. Superius cap. 16: *mitteret omnes vel occideret.* Sæpe apud Hiſtoricos *miſſus ſenatus* pro dimiſſus. In Nazar. exhibetur *vela admittere* ut & in Jornande, quem errorem natum putat vir doctiſſimus inde, quod a ſuperfluum male iteraſſent primo librarii.

Pag. 120. *Converſi in ſpectaculum belli*] His verbis, ſi animum advertas, nulla ſententia ſubeſt. Deletæ eſſent Pyrrhi copiæ, inquit, niſi procurriſſent ſive in primam aciem producti eſſent elephanti converſi in ſpectaculum belli. Ad quodnam bellum ſpectandum convertebantur elephanti, & quidnam ad victoriam Romanis extorquendam conferebant elephanti bellum ſeu pugnam intuentes. Nam hoc eſt converti in ſpectaculum alicujus rei, ſe convertere ad aliquid ſpectandum. Nullus alius ſenſus ex his verbis poteſt colligi. Dudum Gronovio, ut erat emunctæ naris vir, ſuboluit hunc locum eſſe mendoſum, &, qua erat mira in depravatis reſtituendis ſollertia, ſic emendandum: *Actum erat, niſi elephanti, converſo in ſpectaculum bello, procurriſſent.* hoc eſt viciſſent Romani, niſi elephanti procurriſſent, & Romanos magnitudine ſua ſic perculiſſent, ut bellum ſeu prælium converteretur in ſpectaculum, ut immemores pugnæ ſpectatores eſſent inviſarum antea ſibi belluarum tam monſtroſarum. Interea dum bellum in ſpectaculum convertitur, Romani ab Epirotis cæduntur. Hoc non Gronovii, ſed ipſius Pythii eſt reſponſum.

Pag. 122. *Ducibus iiſdem qui ſuperius*] Hæc non ſolum falſa ſunt, & adverſantur idoneis ſcriptoribus aliis, ut recte notavit puella elegantiſſimi ingenii Tanaquilli Fabri filia, ſed & ſuppoſititia ſunt & ab homine imperito inſerta, ingratiis Flori, qui illa, ſi ſua poſſet recognoſcere, deturbaret de loco, quem male invaſerunt, & ejiceret, meo quidem judicio.

Pag. 123. *Sed tunc ad totam victoriam exitum, quem datura* vir-

virtus fuit, caſus dedit] Non video quid ſibi velit *ad totam victoriam exitum caſus dedit.* Nec hic quicquam ſubſidii eſt in Ryckianis membranis, quæ non abeunt a vulgatis, niſi quod poſt *ſed* male inſerat *&c.* Salmaſius legit ex Nazar. & Jornand. *Sed tunc tota victoria. Exitum, quem datura virtus fuit, caſus dedit.* Forte *exitum* eſt interpretatio quæ margini fuit adſcripta, qua lector aut magiſter ſignificavit, hoc prælium dediſſe exitum belli. Si hanc vocem deleveris commode repones: *Sed tunc totam victoriam, quam datura virtus fuit, caſus dedit.*

Ibid. *Per ſtragem ſuorum percurrens*] Merito hæc ſuſpecta ſunt viris doctis, qui correxerunt *recurrens.* Nemo enim Latine doctus *per ſtragem percurrere* quid ſit intelliget. Legendum autem puto *per ſtragem ſuorum procurrens.* Relictus erat pullus, qui in aciem quærens matrem per ſtragem ſuorum procurrit, multos obterens, & ordines turbans. paullo ante: *niſi elephanti, converſo in ſpectaculum bello, procurriſſent.*

Pag. 124. *Gravi timore permiſcuit*] Nazar. *gravi more,* unde recte Salmaſ. *gravi mole.* & ſic clare Regius codex. ſcilicet ſui corporis. Proprie *moles* dicitur de elephantis. Vide notas ad lib. II. cap. 7.

Pag. 125. *Adnixus eſt ut in amicitiam reciperetur*] Et hic audiri debuit Salmaſius, qui monuit ex Nazar. Jornand. & veteribus reponendum eſſe: *adniſus eſt, ut facto fœdere in amicitiam reciperetur.* Iiſdem litteris exarata eſt hæc [illegible] in Ryckiano. Paullo poſt idem: *ſe approbavit* cum Pall.

Pag. 126. *O quam facile erat orbis imperium, aut mihi Romanis militibus, aut me Rege Romano*] Non abludit ab hoc dicto, quod Demades Rhetor ad Chæroneam captus Philippo inter pocula jactanti, & quærenti, ubi nunc eſt nobilitas Athenienſium, reſpondit; cognoſceres, inquit, Rex, ſi Philippus Athenienſibus, Chares autem Macedonibus imperaret.

Pag. 127. *Senatum regum eſſe*] Nazar. *Senatum regnum Deum eſſe.* Unde Nic. Heinſius colligit Florum ſcripſiſſe *Senatum regum ideam eſſe. Si* enim frequenter omitti in illo codice, & *a* in *u* degenerare paſſim, teſtari ipſum Salmaſium. Liv. lib. IX. 17. *veram ſpeciem* dixerit, hoc Florum Græco vocabulo uſum dixiſſe *regum ideam.* Sed hic ego cum Grutero ex Jureti libris recepi *regum conſeſſum eſſe.* quod & confirmat Regius, in quo *conſeſſum* ſcribitur. Sed Gudianus *regnum eſſe* confitetur.

Pag. 129. *Virtute militum*] Sic etiam Ryck. ſubaudiendum autem *hac, his,* moribus civium ab omni luxu abhorrentium, & hac virtute militum. Gravis error librariorum culpa in contextum hic irrepſit, qui, ut vides, eſt emendandus. Nic. Heinſius exiſtimat *hac* reponendum eſſe, ſcribendumque *his moribus, hac virtute militum.*

Ibid. *Tota tremente Campania Lirim Fregellaſque eſt populatus*]

Ryck.

Ryck. *Tota tremente Italia Campaniam Lirim, Fregellaſque populatus.* Tota Italia tremebat, cum Campaniam, & in illa Lirim, & Fregellas popularetur Pyrrhus, verita ne illico progrederetur & reliquas Italiæ regiones eodem impetu diriperet & vaſtaret. Non fruſtra *Campaniam* legitur in omnibus veteribus libris. Cum *Italia* ſcriptorum vitio fuiſſet amiſſum. *Tota* quoque & *tremente*, ut ſenſum quendam efficerent, in *totam* & *trementem* fuerunt mutata. ſic enim editiones vetuſtiores: *totam trementem Campaniam*, quod & Nazar. præ ſe fert, & tert. Gudianus. Sed primus *totam trementem Italiam*, *Campaniam*. Nullus dubito veram eſſe lectionem Ryckiani libri quam & ex conjectura viderat Salmaſius. Paullo inferius legend. ex Ryck. & Nazar. *& tanta de opulentiſſimis tot gentibus ſpolia*, ut monuerunt jam alii. vulgo male: *ſed tanta adeo de opulentiſſimis tot gentibus ſpolia*. Quid hic quod agat habet τὸ *adeo*? Expungatur volentibus Muſis, & Muſarum operis libris vetuſtis.

Pag. 130. *Nihil niſi pecora Volſcorum*] Ex Nazarian. qui præ ſe fert *nihil niſi quaſi pecora*, Nicol. Heinſius colligit Florum ſcripſiſſe, *nihil niſi ſi qua pecora*, ut in proœmio lib. II. *ſi qua juventus*.

CAPUT XXI.

Pag. 134. B*Ellum Volſinenſe*] Scribendum: *bellum Volſinienſe*, & poſt *Volſinii*; male in vulgatis *Volſini*, quod & Nic. Heinſius vidit.

Ibid. *In fide manſere*] Nihil certius quam ex Jornande reſcribendum eſſe, ut primus animadvertit Gruterus, & multis aſſeruit doctiſſimus Freinshemius, *in fidem venere*. Nam in Jornandis editionibus eſt *in fidei munere* in MSſ. *in fide munere*: vides *m* ex *fidem* proximo vocabulo adhæſiſſe, inde *e* ex *munere* intercidiſſe, indeque monſtroſam hanc lectionem natam, cum vero nec in illa quicquam eſſet ſanæ ſententiæ *munere* in *manſere* refinxerunt, & τὸ *in* infarſerunt homines male feriati. Verum eſt *in fidem venere*, ut apud Liv. VIII, 2: *Campanorum aliam conditionem qui non fœdere, ſed per deditionem in fidem veniſſent*. & ſæpius aliis in locis.

Ibid. *Qui libertatem a dominis datam in ipſos erexerant*] Legendum cenſet Nic. Heinſius: *qui libertatem a dominis datam in ipſos exercebant*. Valer. Max. VI, 2: *L. Philippus adverſus eundem ordinem libertatem exercere non dubitavit*. Sic & Livius XXIII, 2: *maxime tamen inter corrupta omnia licentia plebis ſine modo libertatem exercentis*. Sane *erigere in aliquem libertatem* Latinis nihil eſt. & vidit olim doctiſſimus Freinshemius, qui itidem conjecit: *in ipſos exercuerunt*.

CAPUT

CAPUT XXII.

Pag. 135. Q*Uodam flore virtutis exarſit ac ferbuit*] Malebat Nic. Heinſius: *quodam flore virtutis exarſit ac efferbuit. effervere* enim Virgilio aliiſque non ſemel uſitatum eſſe.

Pag. 137. *Sed hic melior obſeſſis in capta urbe conſenuit*] Secutus ſum codicem Ryckianum in quo non legitur *obſeſſis* nec in Regio & altero Gudii. quod ex Nazar. pridem notavit etiam Salmaſius, cui hic obtemperari verum erat. Non enim obſeſſis Romanis melior erat, ſed Coriolano, qui injuriam patriæ vindicaturus erat armis. Camillus vero magno tulit animo exilium, & reipublicæ, cum illius tempora deſiderarent ejus operam & conſilium, non defuit. *Conſenuit* vero eſt hoc loco, quod & Salmaſius vidit, exilium plenum ſenii & tædii egit in illa urbe. ſic & γηράσκειν apud Heſiodum, & *eſſe ſenio* apud Comicos.

CAPUT XXV.

Pag. 141. U*T plebeii cum patriciis*] Gud. ætque ut Nazar. *ut plebes cum patriciis.* Reg. *ut de plebe cum patriciis.*

CAPUT XXVI.

Ibid. S*Ulpitio patricii ſanguinis dederat*] Ryck. *Sulpitio patricii ſanguinis declarat.* forte: *elecarat.*

Pag. 142. *Itaque nactus tribunatum honorum*] Vere putat Nic. Heinſius hic excidiſſe voculam aliquam, & ſcripſiſſe Florum: *Itaque nactus tribunatum maritus, honorum & magiſtratuum conſortium.*

Ibid. *Spurium Caſſium agraria lege, Malium largitione ſuſpectum regia dominationis*] Nec hic deflectit ab optimo Nazar. Ryckianus. Uterque: *largitione Caſſium agraria lege ſuſpectum dominationis regia præſenti morti multavit.* Nullus dubito vere Salmaſium emendaſſe: *Spurium largitione, Caſſium agraria lege ſuſpectum regia dominationis.*

LIBER II.

CAPUT II.

Pag. 148. U*T quatenus nec mole jungi*] Venuſte ex veſtigiis Naz. Codicis, qui ſcribit, *ut quatenus nec mare & nec mole jungi*, Nicol. Heinſius hunc locum ſanavit, dum ſic legendum eſſe docuit: *ut quatenus nec mari*

injecta

Digitized by Google

injecta mole jungi. Vell. II, 33: *Lucullum ob injectas mari moles Xerxem togatum vocare aſſueverat.* & ſic alii paſſim. Sane codex primus regius: *nec mari jungi.* Tertius vero *nec mari mergi.*

Pag. 151. *Illam ipſam ruentis æſtus violentiam*] Huic quoque loco ſalutiferam attulit opem Nic. Heinſius, non tolerandum cenſens *ruentis æſtus*, tanquam Latio inuſitatum loquendi genus, ſed *furentis æſtus* legendum eſſe ut apud Virgil. *furit æſtus arenis*, nec aliter Curtius lib. IV. cap. 2: *Exæſtuare ſemper fretum, quoque arctius volutatur inter inſulam & continentem, hoc acrius furere.* Hæc vir excellentiſſimus prioribus in litteris ad me datis. In poſterioribus vero ſic de hoc loco diſputat. Nunc minimum abeſt, quin præferam alteram, quæ poſtea in mentem venit, conjecturam, arbitrerque additis duabus litteris *ferventis æſtus* reponendum eſſe. Ita enim paſſim de freti Siculi æſtu ſcriptores. Juſtinus initio libri IV. *fremitum ferventis æſtus* dixit de hoc ipſo mari. Naſo Metam. XIV.

Rhegion ingreditur ferventes æſtibus undas.

Æſtu fervet pelagus apud Cic. III. de oratore, ſic & *fervor maris* apud eundem de provincia Conſulari, & *æſtus ferventiſſimus.* Plinio Hiſt. Natural. XXXI, 3. *furere* & *fervere* conjunxit Silius lib. XIV. v. 144.

Euboici non per ſcopulos illiſa Capharco
Euripi magis unda furit, pontumque ſonantem
Ejicit anguſto violentior ore Propontis,
Nec fervet majore fretum, rapiturque tumultu
Quod ferit Herculeas extremo ſole columnas.

Mea ſententia *ferventis* omnino reponendum eſt.

Pag. 152. *Tum quidem ipſa velocitas*] Ryck. *cum quidem ipſa velocitas*, uti legendum eſſe monuit Salmaſius. Sed diſtinctio eſt etiam mutanda: *Duillio Cornelioque Conſulibus etiam mari congredi auſus eſt, cum quidem ipſa velocitas claſſis comparata victoriæ auſpicium fuit.* Deeſt *victoria* in Ryckiano quoque, ut in aliis omnibus Mſſ. In Jornandis tamen libris non fruſtra reperitur, nec tam a Jornande adtexta, quam ex ipſius Flori, qui tum exſtiterunt, codicibus hauſta, ſenſu illam vocem exigente. Claſſis tam celeriter comparata fuit omen victoriæ. Sic cap. 6. hujus Libri: *Omenque Africanæ victoriæ fuit, quod tam facile victa eſt Hiſpana Carthago.* Celeritatem hanc miratur quoque Plinius & ſimilia ſubjicit exempla lib. XVI, 39: *mirum apud antiquos primo Parthico bello Claſſem Duillii Imperatoris ab arbore exciſa LX. die navigaſſe. Contra vero Hieronem Regem CCXX. naves effectas diebus XLV. tradit L. Piſo. Secundo quoque Punico bello Scipionis Claſſis XL. die a ſecuri navigavit. Tantum tempeſtivitas etiam in rapida celeritate pollet.*

Pag. 153. *Longe illis nauticæ artes, detorquere remos*] Nihil certius emendatione Lipſii ſcribentis: *detergere remos:* Nihil, inquit,

inquit, proderant Carthaginienſibus artes nauticæ, quas optime callebant; Quæ artes illæ nauticæ fuerint ſubtexit, *detergere remos, ludificari fuga roſtra*. Eſt proprium loquendi genus *detergere remos*, cum nimirum in præternavigando hoſtilis navis remos frangerent, ac navem hac ratione inutilem prælio redderent, ut pridem obſervarunt docti viri. *Ludificari roſtra fuga*, eſt eludere levi flexu impetum navis hoſtilis, quæ in latus adverſarii roſtro fertur. Has artes tam brevi tempore didicerunt poſtea Romani, ut Carthaginienſes ipſos antecellerent, ſi fides Floro, quem vide in fine hujus capitis.

Ibid. *Machina alia ante certamen multum irriſa*] Eodem modo apud Cæſarem lib. 2. Gall: *Ubi vineis actis, aggere exſtructo, turrim conſtitui procul viderunt, primum irridere ex muro, atque increpitare vocibus, quo tanta machinatio ab tanto ſpatio inſtrueretur? quibus non manibus, aut quibus viribus, præſertim homines tantulæ ſtaturæ* &c. *tanti oneris turrim in muros ſe collocare confiderent? Ubi vero moveri & appropinquare mœnibus viderunt, nova atque inuſitata ſpecie commoti, legatos ad Cæſarem de pace miſerunt*. Sic ſuo malo irridebant Annibalem fictilibus pugnantem. vide Juſtin. XXXII, 4.

Pag. 157. *Hujus prælii damnum fuit*] Quia τὸ *fuit* poſt ſequitur denuo, Nicolaus Heinſius conjicit forte Florum ſcripſiſſe: *Præ tanta victoria leve hujus prælii damnum, alter conſulum interceptus Cornelius Aſina*. Mſſ. Reg. & unus Gudii *præ tanta hujus victoria leve prælii*, ut volebat Salmaſius, ſed nihil muto.

Pag. 158. *Panormo, Eryce*] Ryck. liber æque ut Nazar. *Erico*.

Pag. 159. *Quod expeditioni tanta ſuperfuit & ſupervixit*] Alterutrum redundare merito cenſet Nic. Heinſius, & forte *ſuperfuit* eradendum. Dein idem vir illuſtris non longe poſt ſcribendum cenſet *ſerpente latius bello Sardiniam eique annexam Corſicam invaſit*. quia τὸ *in* non extet in codice omnium optimo Nazariano.

Pag. 160. *Olbia hic, ibi Aleria Urbis excidio*] Sic repoſui ex emendatione certiſſima Salmaſii, qui ſecutus veſtigia veterrimorum codicum veriſſime hunc locum ſuæ reſtituit integritati. Sunt hujus lectionis indicia quoque in Ryck. *Ubi & hic Valeria urbis excidio*. Nimirum ex ignoto *Olbia*, cum forte intercidiſſet, fecerunt *ubi*. Correctores id dein interpolarunt, & perverterunt. Vetuſtiſſima inſcriptio temporum iſtorum indubiam reddit hanc emendationem, quam ipſis Flori verbis ſubjeci. Sed tamen mallem: *ibi Olbia, & hic Aleria urbis excidio*. quia veteres libri & editiones: *ubi & ſic Carala urbis*. Olbia enim eſt Sardiniæ oppidum, Aleria vero Corſicæ. quamvis non ignorem *ibi* non ſemper reſpondere remotiori, ut nec *hic* viciniori, ut ſciſcunt Grammatici.

Ibid.

Ibid. *Omnes terra mari Pœnos expugnavit*] Huic loco non tam ſalutares manus admovit vir maximus, quam ei qui modo præceſſerat. *Expugnavit* non eſt reformandum in *repurgavit*, repugnantibus antiquis libris. Ryck. *adeoque omnes terra marique expugnavit.* Expugnari non tantum urbes dicuntur, ſed & homines cum debellantur, & vi ejiciuntur ex locis quæ tenuerunt. Juſtin. III, 4: de Partheniis: *Diu per varios caſus jactati tandem in Italiam deferuntur, & occupata arce Tarentinorum, expugnatis veteribus incolis, ſedes ibi conſtituunt.* occupata arce incolæ expugnantur, hoc eſt de poſſeſſione urbis & arcis deturbantur. Id. XII, 8: *Inde Adreſtas, Geſteanos, Praſidas, Gangaridas, cæſis eorum exercitibus, expugnant.* Idem alibi: *poſt multos deinde annos expugnati.* Sic etiam hoc loco omnes Pœni terra marique ſunt domiti & expulſi, terra quidem tum Sicilia, Sardinia, Corſica ejiciuntur, mari vero cum victis claſſibus, & amiſſis portubus inſularum, quos tenuerant, non auderent illa maria navigare. Nic. Heinſius tamen e Jornandis veſtigiis ſcribendum putat: *adeoque omnes terras maria Pœno repurgavit.* Sic *repurgare iter* Livio XLIV, 4. Curtius VI, 6: *Ac primo repurgari jubet quicquid ingredi poſſent.* Idem lib. IV, cap. I: *hortum repurgare.* In illo *terras maria*, & ſubintelligitur. Sic Liv. 41, 3. Auctor Octaviæ v. 484:

Nutuque terras maria ſubjecit tuo.

Apud ipſum Florum *compedibus catenis religavit*, lib. III, c. 19, & lib. IV, c. 2. ut emendabam, *velle tamen auctos honores, opes.* Hæc ὁ πάνυ.

Pag. 161. *Qui ipſo Punici maris nomine deficerent*] Non eſſe temere Nic. Heinſius obſervavit quod apud Jornandem legitur: *qui in ipſo Punici maris nomine deficerent.* Naſo: *Nomine in Hectoreo pallida ſemper eram.* Sic alibi idem aliique poëtæ.

Ibid. *Navigandi fecit audaciam*] Hoc loquendi genus non eſt quod nemo admiretur, & ſuſpectum habeat. Sic *facere dolorem* Cic. Epiſt. ad Octavianum: *Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tum faciunt dolorem, quam quæ ſunt ſalutaria.* Idem ad Att. IX: 8. *Sed augeo commemorando dolorem, & facio etiam tibi.* Sic *mirationem facere.* II. de divinat.

Pag. 162. *Duceſque ipſos aut cecidiſſet, aut haberet in vinculis*] Ryck. non recedit ab aliarum membranarum ſcriptura, quæ conſtanter omnes, *duceſque ipſos aut cepiſſet*, quod belle tuetur Salmaſius. *Magna vis juventutis*, ſunt multi milites. *Juvenes* ſæpe milites dici olim viri docti monuerunt.

Pag. 163. *Jam ipſam belli caput Carthaginem urgebat obſidio*] Ryck. *& jam ipſam caput belli Carthaginem urgebat obſidione.* Leg. *etiam ipſam caput belli Carthaginem urgebat obſidio. Obſidio* non repudiem, quod *obſidium* aliis in locis apud noſtrum etiam occurrat.

Pag.

Pag. 164. *Ne commutatione captivorum reciperetur*] Aut legendum cum Salmaſio *commutatio*, aut *in commutationem* ipſe nimirum Regulus reciperetur. Sic ille apud Silium lib. VI, v. 475. Hæc eſt Nicolai Heinſii de hoc loco ſententia.

Ibid. *Ut nec amplius eam inſulam concitarent*] Hunc locum, qui corruptus etiam eſt in Ryck. optime conſtituerunt ex Jornand. & libris melioribus Lipſius & Salmaſius, reponentes: *ut ne amplius eam inſulam cogitarent*. quos non ſequi hoc in loco, cum id ſenſus deſideret & ratio, piaculum ſit.

Pag. 165. *Sic quoque magna præda, ſi gregem illum*] Ryck. *ſic quoque magna præda, ac ſi gregem illum.* quod ex Naz. probat Salmaſius. ſed hic non poſſum ei ſuffragari. τῷ *ac* nullus hic locus eſt. Senſus enim eſt, ſatis magna præda fuiſſet ſi hos centum elephantes in venatione, ubi complures ſæpe capiuntur, non in prælio cepiſſet.

Pag. 166. *Omnium imperia gentium, inſularum littora implevit*] *imperia* hic locum non habet ſi attendas. nam *præda implevit omnia imperia gentium*, eſt ditavit omnium gentium imperia. Sed hoc ſtulte diceretur. præterea præcedens copula in verbis *Africam & Syrtes* hic aliam poſtulat copulam, ſi Latine velimus loqui. Videtur igitur Florum ſcripſiſſe, *Africam, & Syrtes, & omnium ripas gentium, & inſularum littora implevit.* ut in IV, 11. *ripam* quoque pro littore poſuit, in ejuſdem fere ſententiæ loco: *Mille aliarum gentium ſpolia in ripam aſſidue mota ventis maria revomebant.*

Pag. 167. *Inſuliſque fruſtrarentur*] Bene Salmaſius hunc locum ſanavit, reſcribens *fruſtarentur.* Sine ſenſu legitur in omnibus editis & ſcriptis *fruſtrarentur*. Triumphi ille ſpecioſus apparatus periit quidem mari tempeſtate, ſed tamen cum magna populi Romani dignitate, quia præda hæc fruſtatim ad omnia promontoria & inſulas appelleretur, & paſſim in littora ejiceretur, ut incolis eſſet argumento, quantam prædæ vim Romani ex Africa deportarint. Non aliter ſcripſit Florus. Quid eſt *fruſtrantur præda promontoriis & inſulis & fluitant?* At fruſtari præda in promontoriis dicitur cum præda fruſtatim in promontoria a mari evomitur fruſtari eſt vox [illegible], quales apud omnes ſcriptores antiquos reperiuntur. Sed N. Heinſius repudiat & rejicit hanc vocem, & Florum ſcripſiſſe cenſet: *inſuliſque eructarentur & fluitarent*. Sic lib. IV. cap. 11. *Mille aliarum gentium ſpolia in ripam aſſidue mota ventis maria revomebant*, de hoc loco copioſius in Adverſariis acturum ſe promittit. Repoſui etiam ex mſſ. Gud. & vet. Ed. *& ſic triumphavit.*

Pag. 168. *Excindendis hoſtium mœnibus*] Malebat N. Heinſius *excidendis hoſtium mœnibus.*

CAPUT III.

Pag. 168. B*Ellum Liguſticum*] Naz. *bellum Ligurium.* MS. Gud. *bellum Liguricum.*

Pag. 170. *Nec aliter utraque gente quam quaſi cote quadam*] Ryck. prorſus ut Salmaſius ex Nazar. conjecit: *nec aliter utraque gente, quam ſi cote quadam.* ſed *quam* alii libri non agnoſcunt.

Ibid. *Ligures in imis Alpium jugis*] Ryck. *Ligures in viis Alpium jugis adhærentes.* leg. *Ligures inviis Alpium jugis adhærentes* quod & excerpta veteris alius libri confirmant. Invia juga Alpium, in quibus degebant Ligures dicuntur, quia habitabant in dumetis, & montibus ſylvis inviis obſitis, ſive quas nulli tranſierant exercitus & tranſire difficulter poterant. Hinc ſtatim dicit majorem fuiſſe laborem illos invenire, quam vincere, & illos tutos fuiſſe locis, quæ incognitas latebras appellat: ſic n. Mſſ. pro vulgato *Ingauni tandem Fulvius latebras.* Sed N. Heinſius cenſet, ſi quid mutandum ſit, reſcribi rectius, *Ligures primis Alpium jugis adhærentes.* A Varo enim flumine Alpium ſtatuere initium Florum, ut alios ſcriptores, finem ad Arſiam flumen: quare & infra cap. v. *Liburni ſub extremis Alpium radicibus agunt inter Arſiam Titiumque flumen.* Vides Liguribus prima Alpium juga *aſſignari*, *Liburnis* extrema. Sic & Plin. lib. III. cap. 19. de Alpibus. Alii ſcriptores a mari infero ad ſuperum eas extendunt, ut Mela.

Pag. 171. *Eluderent Salyi, Deceates, Oxybii, Eburiates, Ingauni, tandem Fulvius*] Ryck. *Eluderet ſaltus, Oxubiles, Buriates, Sexulæ incognitas tandem Fulvius.* Pleraque ſic etiam in aliis Mſſ. reperiuntur. Sed vulgata ſaniora ſunt. In hoc vero erravit Florus, quod *Salyos*, *Deciatas*, *Oxybios* adſcripſerit Liguriæ Ciſalpinæ, cum coluerint Galliam Tranſalpinam.

CAPUT IV.

Pag. 173. S*Ed experimento deprehenſum eſt, quippe ſicut primus impetus eis*] Eſt locus turbidus & valde contaminatus. Sententia non cohæret, quocunque te vertas, ut pluribus oſtendit ingeniorum princeps Salmaſius. Nolo in aliorum emendationibus & interpretationibus longus eſſe. Mihi videntur poſſe ad integritatem priſtinam hæc verba revocari, ſi duas voculas in ſedem ſuam, qua exciderunt librariorum culpa, reponas, & ſic interpungas, *Sed, experimento deprehenſum eſt, ſicut primus impetus eis major quam virorum eſt, ita ſequens minor quam fœminarum. quippe ulpina corpora humenti cœlo educata habent quiddam ſimile nivibus ſuis.* Vides nunc omnia liquida eſſe.

Galli

Galli, inquit, habent animos & impetum ferarum. Sed, quod experimenta docuerunt, ſicut primus impetus eſt plus quam virorum, ſic mox, ſi perduretur in prælio, remittitur & tantopere langueſcit, ut videantur eſſe fœminæ. Nam Alpina corpora facile ſolvuntur & diffluunt. Rationem nimirum naturalem ſubjungit, cur tam celeriter impetus ille pluſquam humanus langueſcat. Retinui cum Freinshemio ex Nazar. *ſimile nivibus ſuis*, quod & Gudianus confirmat repudiata vulgatarum editionum lectione: *ſimile cum nivibus ſuis* quod ipſa lingua Latina repudiat. Nam Solini locus, quo Salmaſius utitur, vitioſus eſt, ut facile legenti conſtabit, & licet ſanus eſſet & inviolatus, auctoritas tamen Solini non eſt tanta, ut poſſit impurum loquendi genus civitate donare. Non magis Latine dicitur *ſimile eſt hoc cum illo*, quam tritum vulgo *ſic comparatum eſt cum illo*, quod merito doctiſſimus Vorſtius exploſit. Ceterum Nicolao Heinſio ſic potius hic locus videtur conſtituendus eſſe: *Sed experimento deprehenſum (quippe ſicut primus impetus eis major quam virorum eſt, ita ſequens minor quam fœminarum) Alpina corpora humenti cœlo educata habere quiddam ſimile nivibus ſuis.*

CAPUT VI.

Pag. 180. *Poſt primum Punicum bellum vix quadriennii requies, ecce alterum bellum*] *Bellum* ultimo loco poſitum expungendum eſt, quia modo præceſſit, ſi Nic. Heinſio adſtipulamur.

Pag. 181. *Nec enim amplius quam decem octo annos habet*] Spatium tot annos habere quam Latine dicatur viderint, qui probant hinc ſcripturam. Mihi certum eſt peccaſſe librarios, aut rudes & imperitos correctores, Florum vero ſcripſiſſe: *decem & octo annos patet.* id eſt, complectitur. ut ſuperius in præfat. lib. 1: *Sequens a Bruto Collatinoque Conſulibus in Appium Claudium Quinctum Fulvium conſules, ducentos quinquaginta annos patet.* Sic & apud Pomp. Melam *habet* corrupte legitur pro *patet.* Tranſlata eſt hæc vox a ſpatio locorum, ubi propria ejus ſedes, ad ſpatium temporis ut apud Senecam, *ætas bene diſponenti multum patet.*

Pag. 182. *Capta inſulæ*] Ryck. Reg. & alter Gud. *rapta inſulæ*, hoc eſt celeriter occupatæ. Inferius II, 17. *Rapta impetu Hiſpania*, & III, 5. *Primus impetus belli Bithyniam rapuit.* Mox idem Ryck. *Hinc in ultionem puer Annibal.* Et ſic etiam Nazar. unde N. Heinſius conjicit: *Quin ultionem puer Hannibal*, lib. III, cap. 20. ex Mſſ. *quin jam vindicari volebat.*

Pag. 183. *In cauſſam belli Saguntus delecta eſt*] Hæc eſt lectio Nazar. & Ryck. quam merito probat ὁ πάνυ & Anna politiſſima. Nam ſi *deleta* legamus, quod in vulgatis omnibus, præter-

quam noviſſima Pariſienſi editione, circumfertur. bis idem dixit Florus. Sequitur enim ſtatim, *quam ut in libertatem communi fœdere exceptam Annibal cauſſas novorum motuum quærens, & ſuis & ipſorum manibus evertit.* Quærebat cauſſam belli Hannibal. Hanc urbem delegit ut cauſſam inveniret.

Pag. 185. *Interim jam novem menſibus feſſi fame, machinis, ferro*] Aliquid deeſt, inquit Nic. Heinſius, Saguntini nempe vel obſeſſi. Sed minima mutatione legas: *Hi interim jam novem menſibus.* Saguntini nempe, de quibus actum. Sic ὁ πάνυ.

Ibid. *Tergiverſantibus Pœnis dux legationis: Qua, inquit, mora eſt, Fabius?*] Sic quidem omnes libri. Sed vereor ne ex interpretatione magiſtri in contextum irrepſerit vox *Fabius*, qui hunc locum exponens diſcipulos docuit, ducem legationis fuiſſe Fabium cujus nomen οἱ φοιτῶντες margini adſcripſerint, ex qua poſtea a deſcriptoribus in contextum fuit tranſlata, aut ſi a Flori manu eſt, loco, quem Florus ei aſſignaverat, excidit, & in alium fuit parum apte transſcripta. Cur enim poſtponeretur intempeſtive his verbis *Qua*, inquit, *mora eſt*, & interrumperet continuum ſermonem legati. Niſi vox *Fabius* ſit delenda, ita ſaltem ſcripſiſſe Florum puto: *Tergiverſantibus Pœnis dux legationis Fabius: Qua, inquit, mora eſt? In hoc ego ſinu bellum pacemque porto. Utrum eligitis?* Quin ſi MSſ. annuerent, expungerem quoque voculam *inquit*, quæ cum *Fabius* videtur infarta ab ignaris brevitatis Flori. Rotundior ſane erit oratio & ſcriptoris ingenio convenientior. Et ſæpe hæc vocabula *inquit*, *ait*, & ſimilia inculcata eſſe multis ſcriptorum locis perquam importune plurimis poſſet exemplis oſtendi, niſi doctorum curæ hac nos opera pridem levaſſent.

Pag. 187. *Quaſi plane ſinu bellum ferret, effudit*] Melius vetus Vinandi Pighii liber: *quaſi plane ſinu ferret, bellum effudit.* Mallet tamen Pighius: *quaſi pleno ſinu ferret*, cui ſine libris hic non ſubſcribo.

Ibid. *Igitur ubi ſemel ſe in Hiſpania movit*] Ryck. *igitur ubi ſemel in Hiſpania movit illa gravis & luctuoſa Punici belli vis atque tempeſtas.* Sic Florum ſcripſiſſe facile mihi aſſentientur qui non ignorant ſæpius apud veteres hoc verbum *movere* poni, ut multa alia, omiſſo caſu per ellipſin, qui ad id pertinebat. quod qui ignorarunt *ſe* intruſerunt, vide quæ notavi ad lib. 1. c. 13.

Pag. 188. *Prætextatus admodum filius*] Recte animadvertit Salmaſius *admodum* hic frigere. Eſt quidem apud Juſtin. *bimus admodum* hoc eſt circiter, præter propter bimus, & *menſes admodum ſeptem.* Sed hæc nihil huc faciunt. Vir ſummus J. F. Gronovius conjiciebat *prætextatus modo*, id eſt qui vix prætextam exuerat, & prima nunc tirocinii rudimenta deponebat in caſtris patris. quod perplacet. Prætextati enim non facile in caſtra ducebantur, multo minus in aciem.

Pag. 189. *Hic erit Scipio, qui in exitium Africæ creſcit*] Legendum ex Ryck. *Hic erat Scipio, qui in exitium Africæ creſcit.* Non futurus erat Scipio cui in exitium Africæ tum creſcebat. Sed ille modo prætextatus, qui patri vitam ſervabat, erat ille Scipio, qui tum adoleſcebat in perniciem Africæ. Apud Livium aliter ſe res habet, ubi *erit* legendum, is enim dicit puerum tum primum pubeſcentem, qui propulſaverat periculum, futurum eſſe juvenem, penes quem confecti belli laus ſit futura.

Pag. 191. *Illum horrorem ſoli*] Ryck. *illum terrorem Soli.*

Pag. 192. *Quartum, id eſt, pæne ultimum vulnus imperii*] Gud. *quartum, & pæne ultimum vulnus imperii.* non male.

Pag. 193. *Quadraginta millium cæde parta nobilitas*] Nic. Heinſius malebat: *cæde ei parta nobilitas.*

Pag. 194. *Adverſus hæc omnia obverſis*] Recepi lectionem Ryck. Reg. & alterius Gud. a Naz. & Salmaſio quoque probatam: *adverſus hæc omnia adverſis.* Sed Nic. Heinſius jubet expungi *adverſus*, durum enim eſſe concurſum *adverſus obverſis*, aut *adverſis.* poſſe autem putat abeſſe *adverſus* elegantiæ cauſſa, ut apud Columellam lib. VIII, 3: *Ornithonis tres continuæ extruuntur cellæ, perpetua frons orientem ſit obverſa.* Ita optimum & antiquiſſimum librum S. Germani habere, vulgo *ſoli obverſa* circumferri. hæc vir Nobiliſſimus. In præcedentibus verbis, *Eurus ab oriente ſemper ad conſtitutum*, non pertinet *ſemper* ad *Eurum ab oriente*, ſed ad *quaſi ad conſtitutum.* Eurus, inquit, ab Oriente flans illum tractum certo diei tempore ſemper quaſi ex compacto infeſtabat. *Quaſi ad conſtitutum* eſt quaſi ita conſtituiſſet cum illo agro, ſive pepigiſſet. Conſtituere eſt paciſci, convenire cum aliquo ut ad certum locum certo tempore veniat. Juven.

Hic ubi nocturnæ Numa conſtituebat amicæ.

Semper ad conſtitutum venire, eſt quotidie certa & dicta hora, eſſe præſto.

Pag. 196. *Paullum puduit, Varro non deſperavit.*] Hic aliquid excidiſſe judicat N. Heinſius. Si tres, inquit, ultimæ litteræ & *puduit* repetantur habebis *vit*, unde *vita* facio. *Paullum puduit vitæ.* De Lentulo Sil. Ital. v. 265, qui vulneratus, cum ſe reciperet e prælio Cannenſi, in Paullum incidit graviter ſaucium:

Mens abiit puduitque fugæ.

Sed & ſcribendum: *Varro de rep. non deſperavit.* In *deſperavit* habes omnes litteras a me inſertas *de rep.* Sic de Varrone & alii ſcriptores. Inſtar omnium unus Livius bis pari modo lib. XXII. cap. ult. & lib. XXV. cap. 6.

Pag. 198. *Adarbalem Bomilcaris*] Ryck. *Maarbalem Bolmicaris* corrupte pro *Bomilcaris:* Sic etiam nominari a Livio, Jor-

unde & aliis bene viri doctiſſimi monuerunt, qui perperam tamen affirmant in omnibus Flori libris legi: *Adarbalem*, ut vides. Nam optimus Ryckianus plane *Maarbalem* præ ſe fert. Idem mox æque ac Nazar. *Hannibal ſi quemadmodum ſciret vincere, ſic uti victoria ſciſſet.* vide Salmaſium. Ceterum N. Heinſius legendum exiſtimat in præcedente loco, quod *Pœnum in illum dixiſſe Adherbalem Bomilcaris.* quia τὸ *illum* illuſtrius aliquod nomen requirat.

Pag. 200. *Ut dici vulgo ſolet*] Hoc eſt, quod vulgo dicunt, quod vulgo jactatur de Hannibalis peccato. Hic ſenſus eſt hujus loci, qui immerito ſuſpectus eſt doctis hominibus.

Pag. 201. *Ipſe & exercitus ardor elanguit*] Malebat Nic. Heinſius *ipſi & exercitui ardor elanguit.*

Pag. 202. *Campania, quis crederet, ſoles*] Non intellexit interpres Gallicus, qui vertit *par les ſoleils.* Cum *ſoles Campaniæ* ſignificent apricitatem Campaniæ, cœlum illud molle ac delicatum Campaniæ. Ovid. 11. Faſt: *Solibus & campis corpora nuda dabant.*

Pag. 204. *Quid autem in deligendis magiſtratibus*] Unde pendet *quid autem?* Novi *quid enim* eleganter interponi non nunquam. Sed huic loco non poteſt convenire. Vide quam plana ſint omnia, ſi deleas τὸ *quid*, & ſcribas: *In deligendis autem magiſtratibus quæ centuriarum ſapientia, cum juniores a ſenioribus conſilium de creandis conſulibus petivere!*

Pag. 206. *Hinc illi cognomen novum & reip. ſalutare*] Ryck. *Hinc illi cognomen verum & reip. ſalutare.* cognomen verum eſt, quod merito ei propter ſalutarem cunctationem fuit impoſitum, quod conveniebat ejus moribus, & rebus geſtis. Sed pro *Cunctator* N. Heinſius malebat *Cunctatori*, quia ſic Latini ſcriptores amant loqui, quod & ipſe oſtendi ad Juſtinum. Mox idem Ryck. *per Falernos Garganoſque ſaltus.* Male. Garganus enim mons eſt ad mare Hadriaticum in Apulia, longe a Campania.

Pag. 207. *Per Falernos Gauranoſque ſaltus*] Hoc falſum. Gaurus fuit mons non longe Puteolis, ſed Falernus fuit pars Maſſici, quem tenuit Fabius, qui eſt ad Sinueſſam. Liv. *per juga Maſſici montis Fabio ducente.* Error inde natus eſt, quod uterque mons præſtantiſſimum vinum ferat, inde a Floro pro uno eodemque monte habetur, ut doctiſſimus Camillus Peregrinus obſervavit in Campania Felice.

Ibid. *Pepulit in Campania ſua*] Ryck. & Pal. *pepulit a Campania ſua.* rectius editi: *pepulit e Campania ſua.* paullo poſt leg. cum Freinshemio: *libertate donata.* Aut forte ſcripſit Florus. *libertate donatos fecerat de ſervitiis Romanos. Servitia* pro ſervis, ut *matrimonium* pro uxore, & ſexcenta talia paſſim. *De ſervitute* vel *ſervo Romanus*, eſt ut *de conſule Rhetor.* Sed Nicolaus Heinſius conjicit Florum ſcripſiſſe: *fecerant ſe de ſervis virtute Romanos.* Non, addit, debuit dubitare Salmaſius.

Pag.

Pag. 210. *Cum hoſtis in jugulo per Campaniam volitaret*] N. Heinſio videtur aliquid deeſſe, & forte ſcripſiſſe Florum: *in jugulo reip. per Campaniam Apuliamque volitarent, mediaque de Italia Africam facerent.* In Nazar. abeſt *jam.*

Pag. 211. *Aliquando ceſſerunt*] Ryck. *tamen aliquando ceſſerunt.* non male,

Pag. 214. *Nihil illi gentium feritas*] Hunc etiam locum in mendo cubare N. Heinſius affirmat, quia Sardinia plures populos, unam tantum gentem complecti potuit. Liv. XLI, 16: *Omnes Sardorum populi qui defecerant in ditionem redacti.* Scribebat igitur *nihil illa gentis feritas*, ut in libro III. cap. 3. *donec evicta illa rabies & impetus.*

Pag. 217. *Eodem quippe, quo obſeſſa eſt die, capta eſt, omenque Africanæ victoria fuit*] Ter quaterque τὸ *eſt* iteratur tam hic, quam in proximis. prorſus inconcinne. Forte: *quo obſeſſa eſt die capta omen Africanæ fuit, quod tam facile victa eſſet Hiſpana Carthago.* Deleto *victoriæ*, ut ſubintelligatur ex ſequentibus *vincendæ Carthaginis.* Ipſa ſcribendi ratio ſuccinctum in Floro dicendi genus requirit, cum epitomen nobis dederit. Omen Africanæ non difficulter vincendæ Carthaginis fuit, quod tam facile victa eſt Hiſpana Carthago. Valer. Max. IV, 3: *Scipio cum in Hiſpania Carthagine oppreſſa majoris Carthaginis capiendæ ſumſiſſet auſpicium.* Hæc Nic. Heinſius.

Pag. 218. *Tarentus ad nos redierat*] Ryck. *Idem Tarentinus ad nos redierat.* Sic & Nazar. Probo Salmaſii conjecturam: *Pridem Tarentinus ad nos redierat.* Mox pro vulgato, *ut inde totis viribus Romam converteretur*, non inepte idem, *ut ille totis viribus Romam converteretur.*

Ibid. *Jam Capua ſedes & domus & patria altera Annibalis*] Hallucinatur Florus, cum harum urbium recuperationem iter Hannibalis ad urbem præceſſiſſe ſcribit. Nam cum Capua obſideretur a Conſule Romano, non aliter urbi obſeſſæ ferri opem poſſe putabat, quam ſi Romam obſideret. Vide Liv. 20, 27. Appian. in Hannibal.

Pag. 220. 221. *Sed ab Urbis ipſius mœnibus & Capitolio ferri videretur*] Hunc locum pulchre Salmaſius reſtituit. Firmat codex Ryckianus hanc emendationem, niſi quod rotundius & elegantius: *ab urbe* (corrupte pro *urbis*) *ipſius mœnibus & Capitolii ferri videretur.* Nam Capitolina quoque arx fuit munita, quod nec tyrones ignorant.

Pag. 221. *Cum urbem tantum non adoratam reliquiſſet*] Hoc eſt, cum tantum ideo videatur veniſſe, ut urbem videret, & mox ſe cum exercitu, cum illam non poſſet capere, converteret & abiret, quaſi adoraſſet. Nam hic erat mos adorantium. Plin. XXVIII, 2: *In adorando dextram ad oſculum referimus, totum corpus circumagimus.* Suet. Vitell. 2: *Idem miri in adulando*

ingenii, primus C. Cæſarem adorari ut Deum inſtituit, cum reverſus ex Syria non aliter adire auſus eſſet, quam capite velato, circumvertenſque ſe, deinde procumbens. Liv. v, 21: de Camillo preces fundente: *Convertentem ſe inter hanc venerationem traditur memoria prolapſum cecidiſſe.* Sic *adorare citharam* apud Suet. Ner. 21. *adorare vulgum* apud Tacit. In hoc adorationis ritu vertitur acumen hujus argutiæ Flori.

Ibid. *Siquidem Aſdrubal frater Hannibalis*] Ryck. *ſiquidem ab Hiſpania Haſdrubal Hannibalis frater.* quod non eſt contemnendum, ſi plures libri adſtipulentur. Ceterum ſequentia etiam verba *cum exercitu novo, novis viribus, nova belli mole veniebat,* multis ulceribus ſcatere N. Heinſius exiſtimat. Nec enim ait ſe videre quid interſit inter *novum exercitum, novas vires, novam belli molem.* Itaque, pergit, aut vitioſam eſſe orationem & inaniter loquacem fateamur neceſſe eſt, cum Florus tamen brevitati in aliis mire ſtudeat, aut locum eſſe interpolatum. Cujus invidia reprehenſionis ut liberemus ſcriptorem politum, non magna mutatione locum omnem ſic refingi poſſe ſum opinatus: *cum exercitu novo, novis liburnis, nova bellua mole veniebat,* ut nova ſupplementa exercitus, nova claſſis, & elephanti novi deſignentur. Hiſtoriam primo videamus, quam Silius Italicus fuſe perſequitur præ aliis lib. XI. belli Punici. Poſt prælium Cannenſe Hannibal Magonem fratrem victoriæ nuncium miſit Carthaginem, qui eadem opera a ſenatu nova auxilia flagitaret, hoc eſt militem, claſſem, elephantos inter alia præcipue, quæ & impetravit, etſi obnitente Hannone, qui exaggerat hoc modo poſtulata Magonis apud Silium lib. XI. v. 566:

Tela, viros, aurum, claſſes, alimenta precatur
Belligeramque feram: victus non plura dediſſem.

Ubi *victis* malim, vel certe *victus non plura petiſſet.* vides vires, claſſem, & feram belligeram. Mox idem Hanno magis ad rem verſ. 587.

Scilicet e gremio matrum rapiamus in hoſtem
Nondum portandis habiles gravioribus armis,
Æratas juſſi texamus mille carinas.
Atque omnis Libya quaratur bellua terris.

Ubi hæc tria denuo habes, ſupplementa militis, claſſem, elephantos. Sed & de elephantis requiſitis Mago jam ante verſ. 543:

Deſit jam bellua caſtris
Auſoniis terror

Ubi perperam libri habent editi ac ſcripti *bellua triſtis.* Certe Livius XL. elephantos impetratos ſcribit. Sed de claſſe prius videamus, ſive *novis liburnis,* quo vocabulo idem Florus lib. III. cap. 9. uſus eſt, ubi agit de expeditione Cypria Catonis, *Cyprias opes liburnis per Tiberinum oſtium invexit.* Plutarchus in Catonis vita ait hanc ejus claſſem a triremibus ad hexeres creviſſe.

Idem

Idem teſtantur ſcriptores de Actiaca Cæſaris Auguſti claſſe, quam e navibus liburnis conſtitiſſe Plutarchus teſtis eſt. Eutropius primo Punico bello a Romanis pugnatum liburnis aſſeverat, quæ Polybio ſunt *quinqueremes*. Liburnicæ igitur ſunt naves bellicæ majores, etſi idem vocabulum de navibus onerariis quandoque in uſu fuiſſe non ignoro. De majoribus quoque illa Horatiana capienda. *Ibis liburnis inter alta navium, Amice, propugnacula.* Vides *alta propugnacula*. Solito minores liburnas biremes fuiſſe Lucanus ſatis innuit, cum ait:

Ordine contenta gemino creviſſe liburna.

Plinius lib. VI. ep. 16. *Liburnica quadriremis* meminit de avunculo ſuo, *jubet liburnicam aptari*, & mox, *deductam quadriremem aſcendit*, ita enim malo, vel certe, *deducta quadriremi*, quam quod illic nunc circumfertur *deducit quadriremes*. videndus & Vegetius lib. VI. cap. 32. atque ibi Stewecchius. Et hæc de liburnis. *belluam* pro *belluis* poni non magis mirum, quam Romanum pro Romanis, militem pro militibus, & mille talia. nec novum *belluam* dici elephantum, ut alios omittam noſter lib. I. cap. 18. *mori poſſe belluas oſtenderat*. Apud Curtium quoque *bellua* pro elephantis paſſim occurrunt. Porro quod *novam bellua molem* dixit, hic quoque proprie locutus eſt, pro novis belluis. Ipſe Florus lib. I. cap. 18. de elephanto: *omnia circa quaſi hoſtilia gravi mole permiſcuit*. ita enim illic jam recte reſtitutum pro *timore*. & firmat Ryckianus. *turritas moles*, elephantes Silius appellat libro IX.

Turrita moles & propugnacula dorſo
Bellua nigranti geſtans.

Ita enim ſcripſi, non *turritas moles*. libro III. dixit idem: *Fera turrigera molem.*

Eodem libro V. 464:

At gregis illapſu fremebundo territus acres
Expavit moles Rhodanus.

Ubi *atras moles* ſcribe. Et libro IX. idem:

Nec ferro ſævire ſat eſt: appellitur atra
Mole fera, & monſtris componitur Itala pubes.

Et in Catalectis Pithæanis de elephanto:

Horret mole nigra, dente micat nive.

Claudianus de iiſdem lib. III. in laudem Stiliconis:

Inſedit nigra cervice gementum
Et fixum Dea quaſſat ebur.

De mole eorundem Sidonius Apollinaris deſcriptione triumphi:

Grex niger albentes tegeret cum mole jugales:

Plin. lib. VIII. cap. I. de iiſdem: *Viſi ſunt feſſi ægritudine, quando & illas moles morbi infeſtant.* Curtius lib. IX. de his ipſis: *ubi nec ſtare, nec fugere potuerint inhabiles vaſtorum corporum moles. tanta molis bellua* Livio, ſic & Seneca aliique. Colum. III. de

Re Ruſt. 8. *India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Pari tamen in hac terra vaſtitate belluas progenerari quis neget? Cum intra mœnia noſtra natos animadvertamus elephantos.* vide & Liv. XXVII. 19. ubi itidem *moles* & *belluas* conjungit de elephantis, & Curtium VIII, 12. IX, 2.

Pag. 222. *In ultimos Italiæ angulos ſummovebat Annibalem*] Nazar. & Ryck. *in ultimo Italiæ angulo ſummovebat Annibalem* quam ſcripturam recte ſe habere cenſeo. Nam ſummovere hoſtem eſt arcere. Superius. J. 10: *Poſtquam undique inſtantes ſolus ſubmovere non poterat.* Submovebant itaque & arcebant ibi ab aliis Italiæ regionibus invadendis Hannibalem Romani in illo angulo Bruttio. Verum lectionem etiam a Salmaſio conſtitutam poſſumus tueri. Nam & hujus ſententia probari poteſt, cum apud Livium legamus *in ultimam aciem ſubmovent.* Sed conſenſus optimorum codicum me movet, & quod illud, quod recentiores editiones occupat, profectum ſit ex conjectura magni viri, non ex libris. Accedit & ratio hæc, quod Nero non ſubmoverit Hannibalis exercitum in Brutios, ſed quod Hannibalem, cum ſe jam ante recepiſſet illuc, retineret & arceret a reliqua Italia, & impediret ne cum Aſdrubalis jungeret exercitu ſuas copias.

Pag. 223. *Difficile dictu eſt*] Ryck. ignorat τὸ *eſt.* paullo ante idem codex *inopinanter,* non *inopinantem* quod vetuſtiores editiones tenent, tuetur.

Ibid. *Incubantem Italiæ*] Ryck. *incombentem Italiæ* pro *incumbentem.*

CAPUT VII.

Pag. 226. NOmine *amplius quam ſpectatione gentis fuit*] Egregie hunc locum reſtituit Salmaſius, ſuffragante Ryckiano & Regio. Fama Macedonici belli major erat, quam rebus ipſis Macedones oſtendebant ac experimentis. *Spectatio* eſt experimentum. Cic. Act. II. in Verr. *Ex omni pecunia, quam aratoribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primum pro ſpectatione & collybo.* hoc eſt probatione nummorum, eſſent ne idonei & juſti ponderis. Sic & *ſpectatus* eſt probatus. *ſpectata virtus* multis documentis probata Terent. And. *Satis jam ſatis ſpectata erga te eſt amicitia mea.*

Pag. 228. *Qui navibus mari*] Hæc lectio debetur ingenio Freinſhemii, qui *navibus* ſine librorum ope in contextum Flori intruſit. quod nimis temerarium eſt. Elegantius perplexum hunc locum ſic conſtituit Nic. Heinſius: *Aderant Rhodii nauticus populus: quibus a mari, conſule a terris omnia equis viriſque quatiente, bis victus rex, bis fugatus.* Omnes MSS. & ed. ante Freinſhemianam: *quibus a mari.*

Pag. 229. *Per abrupta vadentem*] forte *cadentem* Propert. Et *cadit in patulos lympha Aniena ſpecus.* *Vadere* de fluvio poëtis ægre conceſſerim: quibus tamen ire fluvii dicuntur, nedum hiſtoricis. Melius Ryck. & Reg. *per abrupta vagantem.* paullo ante idem codex pro *Chaonum montes* ſcribit *Acarnanum montem.* Non longe a fine capitis perperam omiſſa ſunt a librariis hæc verba: *quo certavere plauſu.*

CAPUT VIII.

Pag. 237. NE *non aliquo ducem genere agere videretur*] Lipſius malebat: *ne non aliquo dux genere videretur.* Non aſpernarer, ſi libri addicerent. Videtur enim ex *genere* natum *agere*, librariorum culpa, ingratiis Flori, non quod *ducem agere* non ſit Latiniſſimum, ſed quod durus admodum ſit & auribus valde gravis iſtarum vocum duarum concurſus *genere agere*. Forte tranſpoſitæ ſunt voces, ut Florus ſcripſerit, *ne non aliquo genere ducem agere videretur.* ſic ſane vitabitur κακοφωνία.

Ibid. *Statim e veſtigio itur in Syriam*] Hoc bello Romanus exercitus non ingreſſus eſt Syriam; ſed aut memoria Florum fefellit, aut ſcripſit, *Statim e veſtigio itur in Aſiam*, ut Lipſio viſum.

Pag. 238. *Epheſiis Salamina penſavimus*] Legendum: *Epheſo Salamina penſavimus.* hoc eſt pugna ad Epheſum æquavimus prælium Salaminium, ſive laudem, quam in Salaminio prælio Græci ſunt adepti. Non enim cum Epheſiis conflixerunt Romani, ſed non longe ab Epheſo ad Myoneſum cum Antiochi claſſe.

Pag. 239. *Mæandrum ad amnem montemque Sipylum*] Fallitur Florus cum ad Mæandrum poſuiſſe caſtra tradit Romanos. poſuerunt illa ad Magneſiam, quæ ad Sipylum eſt, teſte Liv. XXXVII, 33. Fraudi fuit noſtro, quod alia Magneſia fuerit ad Mæandrum, alia ſub Sipylo, quas perperam pro una eademque urbe habuit. Hoc erudite cl. Virdungus obſervavit. Utraque Magneſia nota eſt tam in Geographorum veterum libris, quam ipſorum mappis.

Ibid. *Adhoc imbre, qui ſubito ſuperfuſus*] Nihil videtur turbidi eſſe in hoc loco niſi animum advertas. Sed non pertinent hæc ad præcedentia, quo vulgo referuntur. Non enim omnia præpedita ſunt imbre, ut magnitudine, ſed imber tantum arcus corruperat cum manus conſererent. Vide an non Flori ingenio melius omnia reſpondeant, ſi legas: *Sed hæc omnia præpedita magnitudine ſua. Adhoc imber, qui ſubito ſuperfuſus, mira felicitate Perſicos arcus corruperat.* Levis autem eſt mutatio, duæ tantum litteræ tranſponuntur.

Digitized by Google

CAPUT IX.

Pag. 240. S*Yriace bello ſucceſſit, ut debebat, Ætolicum*] Repoſui ex Ryck. & aliis veteribus libris, ut reponendum etiam vidit Salmaſius: *Syriatico ſucceſſit, ut debebat, Ætolicum.* pro *ut debebat* eædem membranæ, *& debebat*, quod & ipſum Salmaſius in aliis reperit, nec rejiciendum putat.

CAPUT X.

Pag. 243. E*T capitis errore lapſaret*] Nazar. *& capitis jactaret errore lapſaret*. *Capitis error* quid ſit Latinis nemo facile dixerit. Aſſentior Nic. Heinſii pulcherrimæ & certiſſimæ emendationi, qui legit ſecutus ductum vetuſtiſſimi codicis: *& capitis jactati fervore lapſaret.* Jactatum caput equitationis motu regem ebrioſum reddebat, ut ſit, magis ebrium. Tertiæ & ſecundæ ante ultimam litteræ in *jactaret* ex ſubſequenti *errore* natæ ſunt eradendæ, ut relinquatur *jactat*, cui *i* littera ſi ſubnectatur, quæ ſæpe in Nazariano ſolet omitti, habebis *jactati.* & hoc proprie dictum. Liv. XXI. cap. 48: *Scipio nec vexationem vulneris in via jactati ultra patiens, & collegam ratus exſpectandum.* ſic lego e veſtigiis Puteanei codicis non *jactantis*, aut *jactanti.* Plura illic ad rem Gronovius, quæ videantur. Naſo.

Feſſaque jactati corporis oſſa dolent.

Lucan. *Jactando membra fatigat.*

Sicut *jactari*, ſic & *fervor capitis* eſt proprium hac in re vocabulum. Horat. Sat. I. lib. *Saltat Milonius, ut ſemel icto*

Acceſſit fervor capiti, numeruſque lucernis.

Agit de homine ebrio. Nam quemadmodum mare dicitur fervere cum æſtuat, & nova muſta cum fæcem exſudant, homines denique iracundi cum concitantur, nec ſatis ſunt ſui compotes, ſic & qui ſe vino liberalius ingurgitarunt. Ovid.

Et fervet multo linguaque corque mero.

Quomodo is frequenter. Juvenal.

Cum ſtomachus domini fervet vinoque ciboque.

Hæc debes patri elegantiarum Nicolao Heinſio.

CAPUT XI.

Pag. 244. G*Allograciam Syriaci belli ruina convolvit*] Modus loquendi, inquit N. Heinſius, alias mihi non obſervatus, *ruina convolvit*, pro *involvit*. Excidit, ni fallor, vocabulum: cujus duas priores ſyllabas vox *belli*, utpote ſibi cognatas abſtulit, tertiam *co* in *convolvit*; Legendum igitur ei videtur: *Syriaci belli ruina illico involvit.* Reddendum Curtio quoque

que idem vocabulum libro IX, cap. I. *in colloquium convocaverunt*, ſic codex Modii, reliqui omnes conſtanter *conlocaverunt*. Opinor, *illico vocaverunt*. Paterculo a me reſtituta eſt, Tacito etiam Livioque non ſemel. Livii locus ille nunc ſuccurrit lib. III, cap. 61. *quin illico congrederentur acie, inclinandamque rem ſemel fortunæ darent*. Peſſime *illi* hactenus circumfertur, ſed & e proxime ſubſequenti *congrederentur* duæ litteræ priores ſunt iterandæ, prorſus ut peccabatur apud Florum.

Ibid. *Fuerant inter auxilia Regis Antiochi. An fuiſſent, an cupidus triumphi*] Certiſſima eſt Juſti Lipſii emendatio, quam non dubitavi Floro tanquam veram ſcripturam reddere. Pro *an cupidus* legendum quoque cum Salmaſio *ac cupidus*. Sic igitur hic locus eſt conſtitutus: *Fuerint inter auxilia Regis Antiochi, an fuiſſe, ac cupidus triumphi Manlius eos viſos ſimulaverit, dubium eſt*. Sententia hæc plana eſt & indubia. Perperam omiſerunt operæ τὸ *ac* in editione mea.

Pag. 245. *Cauſſam belli non approbavit*] Ryck. *cauſſam belli non approbavit Senatus*, ſic & veteres editiones ante Gruterianam. Primus tamen Gruterus ex editione perantiqua & codicibus Palatinis *ſenatus* expunxit, cum vero id retineat optimus codex Ryckianus, qui raro recedit a ſcriptione omnium antiquiſſimi Nazariani, & ratio quoque ſtabiliat, nam Senatus probabat cauſſas bellorum & triumphorum, aut improbabat, non video cur ſit ea vox delenda.

Ibid. *Mixta & adulterata reliquiæ Gallorum*] Nolim hunc locum ſollicitari a viro ſummo. nihil edita lectione purius eſt & emendatius. Gallogræci, inquit, ſunt reliquiæ Gallorum, qui ſub Brenni ductu infeſtarunt & vaſtarunt Græciam, ſed ſunt reliquiæ mixtæ & adulteratæ, quibus multi Græci & Aſiatici acceſſerunt, inde dicuntur Gallogræci. Non inficias tamen eo in Ryckiano ſcribi: *Gens Gallogræcorum, ſicut ipſum nomen indicio eſt, miſta & adulterata: reliquiæ Gallorum, qui Brenno duce*. Sed vulgata non eſt damnanda. & eam probat etiam N. Heinſius.

Pag. 246. *Aſiatica amœnitate mollita eſt*] Ryck. *in Aſiatica amœnitate mollita eſt*, hoc eſt in illis Aſiæ regionibus amœniſſimis. poteſt hæc lectio ferri.

Ibid. *Utrique fundis ſagittiſque acti*] Lipſius conjiciebat: *utrimque fundis & ſagittis detracti*. Ex Jornande pro *acti* reponit *detracti*. Sed N. Heinſius malebat: *utrique fundis ſagittiſque adacti*. & id verum videtur.

CAPUT XII.

Pag. 249. N*Am Marcio Philippo Conſule.*] Videtur N. Heinſio ſcribendum: *Tamen Marcio Philippo Conſule.*

Pag. 250. *Per acerbos dubioſque tumulos*] De hoc quoque loco

non

non poſſum non tecum communicare ſententiam ſummi viri & amici Nicolai Heinſii. *Tumulos* iſtos *acerbos*, inquit, non concoquo, nec *tumulos dubios*. *Ancipites montes* legiſſe memini, *dubios* nunquam. Nimirum B & V in vetuſtiſſimis membranis frequenter confunduntur. id duplici errori cauſſam præbuit hic loci. Nam *debios* exaratum quum eſſet, fecerunt inde poſt *dubios*, cum *devios montes* debuiſſent. In altero vocabulo ſi tranſponis litteras habebis *abercos*, ſive *aberſos*, hoc eſt *averſos*. *Averſi tumuli* a ſolita via averſi ac remoti, deviique, ut ſuis verbis Florum interpretemur. Sic *averſam caſtrorum partem* non modo portam quæſtoriam, quæ prætoriæ reſpectu erat averſa, & ab altera caſtrorum parte poſita, ut viri eruditi volunt, dixere veteres, ſed etiam eam in caſtris partem, unde exitus non dabatur. Vellejus II, 63: *per averſa caſtrorum proruto vallo.* Nam ſi porta illic erat quæſtoria, quid opus erat *prorui vallum*, ut exitus daretur? Aliud itaque *averſi montes*, aliud *adverſi*. *Averſi montes* ut dicebam, devii & a ſolito itinere remoti, *adverſi* qui in via occurrunt tranſeundi, quaſi oppoſitos dicas. Sic apud Naſonem Amorum I El. 9:

Ibit in adverſos montes duplicataque nimbo
Flumina.

Dubitavi aliquando an & huc *averſi montes* eſſent revocandi, ſed membranæ ſtant conſtanter pro ſcriptura vulgata, ut & in illis apud Juven. Sat. V.

Per montem adverſum gelidaſque cucurri
Eſquilias.

Eſquilinus nimirum mons multa cum difficultate tranſcendendus erat Juvenali amicum ſuum adituro. Sed in illo Naſonis loco Met. XIV. ubi Æneas cum Sybilla ex inferis revertuntur, codices nonnulli ex his, quibus uſus ſum, veram lectionem præferunt:

Inde ferens laſſos averſo tramite paſſus.

Non *adverſo*, etſi locum curis prioribus intactum prætermiſi. Ubi *averſus* trames eſt aut via redux, aut infrequens, nec ſolita calcari, cum rari e vivis inferos accedant; quod poſterius placuiſſe video Gronovio quondam noſtro, qui adeundus ad Liv. VIII. XXIII, 7. Noſter III, 1: *Per invios ad id tempus montium tumulos*, ut recte Salmaſius. lib. II, 7. *invios Chaonum montes penetravimus*. Liv. XXXIX. 7. *devii agni*. Et hæc quidem de loco peſſime adfecto. Sequentia etiam fœde depravata ſunt. Quo enim illa repetitio ejuſdem verbi: *acceſſit his conſilium ducis*, & dein *invia* cum *devii tumuli* paullo ante præceſſerint. Deinde MSſ. *Aſtimidam*, *Aſtiundam*, *Aſterudam*, quo deſignatur Græca inflexione paludem hanc eſſe enuntiandam *Aſcurida*, ſive tu cum Salmaſio *Biſtonida* malis. Sic ſupra *Lacedæmona*. Nec aliter in Græcis ſolent Livius, Tacitus, alii ex hiſtoricis præſtantioribus.

bus. Sic lib. IV. cum veteres libri habeant *ad gubernatorem amiclatem*, Salmaſius *amiclantem* velit legi. Sed Florus ſi hoc nomen inſertum voluiſſet hiſtoriæ ſuæ *Amyclas* nobis dediſſet. At vero non dedit. Irrepſit enim id gloſſema e Lucano, qui de ſuo finxit id nomen, quod hiſtoricos poſteriorum temporum decepit, ut verum & genuinum nomen eſſe crederent. Sic *Elide* lib. II, 16. idem Florus, quod non magis a Salmaſio debuit tentari, quam in iis Naſonianis eſt tentandum. Metam. XIV.

Nec adhuc ſpectaſſe per annos
Quinquennem poterat Graja quater Elide pugnam.

Nec in lib. eod. cap. 2. *Eryce* manus a Salmaſio ſunt admovendæ. Et lib. IV. 21. non *Leucadam* ferendum eſt, ſed *Leucada* dixit Florus: nec in Græcis tantum, ſed in Latinis quoque interdum id licere ſibi voluerunt, ut meliores ſcripti in lib. I, 16. *Samnitas*. Sed ad rem: *Aſcurida* ex Liv. XLIV, 3. legendum. Nam *Biſtonidam* Salmaſii longius abit a ſcriptis exemplaribus. Sed & *propter* vel *præter Aſcurida* legendum, non enim per paludem, ſed præter eam ductæ ſunt copiæ. Totus locus ſic in ordinem redigendus eſſe videtur: *Tamen Marcio Philippo Conſule eam provinciam ingreſſus populus Romanus, exploratis diligenter acceſſibus, propter Aſcurida paludem, per averſos devioſque tumulos, illa qua volucribus quoque videbatur inacceſſa, regem ſecurum & nihil tale metuentem ſubita belli irruptione terruit.*

Pag. 251. *Cum alia minatus, alia irrepſiſſet*] Nazar. *alia eminatus*. Ryck. melius *cum alia ei minatus, alia irrepſiſſet*. Vir maximus ſcribendum cenſet *cum alias eminatus, alias irrepſiſſet*. a quo hic, quamvis invitus, non poſſum non diſſentire. Pro *irrepſiſſet* vet. cod. *irrepiſſet*, unde Lipſius conjiciebat ſcribendum eſſe *irrupiſſet*. Sed verior & elegantior eſt vulgata, ſignificans clam quaſi & inſciis Macedonibus in illorum regionem alia via veniſſe, quam qua ſimulaverat ſe venturum. Similis tranſlatio in *adrepere* apud Tacitum: *Nec quicquam grave ac ſerium ex eo metuas, qui ſuorum ipſe flagitiorum proditor, non virorum animis, ſed mulierculari adrepit*. hoc eſt illarum gratiam aucupatur. Et I. ann. 74: *Cum occultis libellis ſævitiæ Principis adrepit*; eſt ſecretis dilationibus Principis gratiam captat. *Alia minatus* eſt alia via minatus. Iſta ellipſis Græcis & Latinis non infrequens. intelligitur via. Liv. XLIV: *Alii alia in civitates ſuas dilapſi ſunt*, plura exempla paſſim occurrunt. Tuetur vulgatam etiam Heinſius, & ſubintelligi putat *parte*. addit, in Frontini loco, quem producat Salmaſius & tentet, malle ſe, *quo non exſpectabatur aditu*. Flori loco non diſſimilem eſſe illum Valerii Flacci lib. IV, [illegible]

Emicat, hic dextramque (leg. *lævamque*) *parat, dextramque minatur*
Tyndarides; redit huc oculis & pondere Bebryx

Sic

Sic ratus, (leg. *Irritus*) *ille autem celeri rapit ora ſiniſtra.*

Ibid. *Nomenque epiſtola notaret ſuum*] Ryck. *nomenque epiſtolæ ſuum.* Sed præſtat cum Anna erudita delere *epiſtola*, quia Latinæ linguæ genius eam vocem hic reſpuit. Sed N. Heinſius ſcribendum putat, *nomenque epiſtola denotaret ſuum*, ni malimus *prænotaret*, in ipſo initio epiſtolæ, ut ſolebant. Gloſſæ Labbei, *prænoto* προσημειοῦμαι. ſed altera ſcriptura tutior.

Pag. 252. *In templum recepit*] Merito *templum* tuentur Gruterus, Rupertus, Gronovius. Templum autem aut vocatur ipſum prætorium ſeu Imperatoris tabernaculum, ut Lipſius cenſet lib. v. de milit. Rom. dial. 2. aut tribunal in principiis caſtrorum, quia loca omnia excelſiora, & quæ ſupra alia eminent unde late proſpici poteſt, templa vocantur. Feſtus: *Contemplari dictum eſt a templo, id eſt loco, qui ab omni parte adſpici, vel ex quo omnis pars videri poteſt, quem antiqui templum nominabant.* Livius lib. 1: *Palatinum Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt.* quamvis in his proprie ſignificet locum augurii aut auſpicii cauſſa verbis conceptis finitum vide & Varronem lib. vi. de Lat. Ling. ubi prolixe de vi hujus vocis diſputat. Nec hunc locum intactum prætermiſit in ſuis ad me litteris plenis officii, amoris, & doctrinæ magnus noſter amicus Nicolaus Heinſius. Salmaſianum *tentum*, inquit, pro tentorio non fero. Forte dederit Florus *in tabernaculum*, quod imperitus librarius, qui *tabernaculi* vocem in ſacris litteris frequenter meminerat occurrere, *templum* credidit deſignari, idque vocabulum quodammodo præceſſerat, huc importune inculcavit. *Tabernaculi* vox Livio familiaris. poſſis & *tentorium.* poſt videtur excidiſſe τὸ *ac*, legendum *attonitum adhuc, ac tanquam ſubito malo ſtupentem.*

Pag. 253. *Cujus Spectaculo triduum impleverit*] Nolim hic quicquam mutari. Ovid. vii. Metam. *Talibus atque aliis longum ſermonibus illi Implevere diem.*

Pag. 254. *Quo victus Perſes in Macedonia*] Ryck. *quo victus eſt Perſes in Macedonia.*

CAPUT XIV.

Pag. 257. R*Egium nomen animo quoque regio implevit*] Valde blanditur mihi conjectura magni Gronovii, quamvis a Freinshemio repudiata, qui Obſervat. in Eccleſiaſt. ſcript. cap. 25. legit: *regium nomen mimo quoque regio implevit*, ſed Gronovius per mimum non intelligit habitum, ſermonem, geſtum, ut Freinshemius ait, ſed brevem & fucatam ſimulatæ originis & regalis pompæ turbæque imaginem. Mimum enim docet ſignificare quamvis actionem fictam & ſimulatam. Proxime ad hunc locum accedit ille Plinii, lib. vii. Hiſt. Nat. cap. 12:

Antio-

Antiocho regi Syriæ e plebe nomine Artemon in tantum ſimilis fuit, ut Laodice conjux regia, necato jam Antiocho mimum per eum commendationis regnique ſucceſſionis peregerit. Sueton. in Othon. *Ne pœna acrior mimum omnem divulgaret.* Hanc emendationem duabus rationibus firmat, & quod Florus paucis verſibus poſt hunc Pſeudo Philippum vocet regem *imaginarium & ſcenicum*, hoc eſt mimicum, & quod dicat *regem implere*. quod loquendi genus ex ſcena ſumtum idem ſignificat quam *perſonam regis in ludo bene gerere, agere.* proprie enim *partes implere* dicuntur mimi, hiſtriones aliique Dionyſiaci artifices, cum perſonam ſibi impoſitam agunt. vid. locum laudatum. Nihil mihi certius videtur clariuſque hac emendatione.

Ibid. *Invictuſque a veris regibus, ab illo imaginario & ſcenico rege ſuperatur*] Hujus loci ſanitas debetur Freinshemio, qui primus illum inſertis vocibus repurgavit, quamvis codex Ryckianus etiam ſtet pro vulgata. Lipſius tamen jamolim quoque hoc vitium eſt ſubodoratus, qui legendum monuit: *invictuſque modo a veris regibus, ab illo imaginario & ſcenico rege ſuperatur.* non male quia τὸ *non* omnes retinent Mſſ. quod in *modo* refingit. Ovid. XII. Metam. *Quod juvenis corpus nullo penetrabile telo invictumque a vulnere erat.* multi tamen ibi Mſſ. *invictumque ad vulnera.*

Pag. 258. *Hoc quoque illi in malis indulgente fortuna*] Ryck. *hoc quoque illi in malis ſuis indulgente fortuna.*

CAPUT XV.

Pag. 259. *Atque ſi quis*] Ryck. ut nonnulli alii *at ſi quis.*

Ibid. *Sed huic bono ſocioque regi favebatur*] N. Heinſius ſcribit: *Et huic bono ſocioque regi favebatur.* quia *ſed* præceſſerat.

Ibid. *Cum bellum ſederet*] Nazar. *cum bello cederet.* Inde Nic. Heinſius: *cum de bello ſederet, de belli fine tractatum eſt.* Cum de bello gerendo deliberatum eſſet.

Pag. 260. *Ne metu ablato æmula urbis luxuriari felicitas urbis inciperet*] Optime Ryckianus: *luxuriari felicitas inciperet.* perperam *urbis* repetitur hic, id quod & Freinshemius, & ante Freinshemium Lipſius pridem animadvertit. paullo poſt idem codex Ryck. *ſpe pacis ingeſta.* dein idem: *in armorum officinas.*

Pag. 262. *Operis portus nudatus*] Magnum illud Belgicæ decus J. Lipſius olim Lugduni Batavorum præcepit hunc locum ſic eſſe legendum & diſtinguendum: *Mancino deinde legato terra marique fervebat obſidio, operis partitis. Nudatus primus, & ſequens & jam tertius murus.* Ingenioſe fateor; cui ſubſcriberem, ſi *nudari* ſimpliciter poni, non addita re, qua quid nudatur, pro nudari defenſoribus conſtaret. Nam apud Tac. IV. Hiſt. 33. nudaſſe

nudaſſe latera legionum dicuntur Nervii, quæ ſcilicet texerant, ut ſolebant alæ in acie ſociorum latera tegere Romanorum, quæ ſi non eſſent munita, dicebantur apertum latus habere. Cæſ. II. Bell. Gall: *quorum pars aperto latere legiones circumvenire.* Et lib. VII: *Veriti ne ab latere aperto, & ſuperioribus caſtris circumvenirentur.* Freinshemius exiſtimavit *operis* pro *operibus* poni, aut reſcribendum eſſe *operibus.* Sed non eſt ut contra codicum omnium fidem hic quicquam innovemus. *Operis portus nudatus* eſt operariis privatus, & vacuefactus. Operæ ſunt operarii. Suet. Veſpaſ. I: *Petronii patrem e regione Tranſpadana fuiſſe mancipem operarum, qua ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare ſolebant.* Horat. lib. I. Sat. 7: *Accedes opera agro nona Sabino.* Operarii autem hic ſunt & qui cuſtodiunt ac tuentur portum & muros, & qui navant operam defenſoribus in apportandis neceſſariis rebus & ſarciendis labefactis operibus vi hoſtili. Dicitur autem murus & portus operis nudari, ut apud Cæſ. de bello Gallico II, 6. *nudari defenſoribus murus.* Si Lipſii emendationem & diſtinctionem ſequaris nihil erit, quo nudatum portum & murum ſignificet Florus. Si Freinshemio aſſentias, ſententia erit abſurda, *operibus* nudatum eſſe murum. Ipſe enim murus erat opus. Quid enim opus niſi munimentum loci? Hinc apud Liv. *Urbs magni operis*, aut *magnis operibus munita*, eſt egregiis munitionibus firmata. Non eſt ergo ut a lectione priſcorum librorum recedamus. etſi *opera* in hac notione, qui operam præſtat defendendæ urbi, alibi non occurrat. Ceterum *Manilio* pro *Mancinio* legato ſcribendum eſſe ait vir conſultiſſimus & doctiſſimus Florentius Pittenius JC. quia M. Manilius hoc bellum primum ut Conſul, dein prorogato imperio geſſerit pro Conſule per biennium, uti bene obſervavit Sigonius ad Livii epit. L. Cui adſtipulatur Appianus in Libycis cap. 57. Οἱ δ' ὕπατοι διελόμενοι τὸ ἔργον ᾔεσαν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, Μανίλιος μὲν ἀπὸ τῆς ἠπείρου κατὰ τὸν αὐχένα. *Conſules partitis operis hoſtem aggreſſi ſunt, Manilius per cervicem a continente.*

Pag. 263. *Sed ut quam maxime mortiferi*] Omnes Mſſ. omnes edd. ante Freinshemianam ignorant *ut*, quod, ut loco ſententia conſtaret, intruſerunt. Lipſius conjiciebat: *ſed quomodo maxime mortiferi eſſe morſus ſolent.* Non male.

Pag. 264. *Portum quoque maris Romanus obſederat*] Merito Freinshemius quærit, quis ſit portus maris? legendumque conjicit: *portum quoque Mars Romanus obſederat.* Sed hoc poëticum nimis, & alienum a ratione, quia jam ante portum obſeſſum fuiſſe a Romanis dixit, quippe qui operis ſit nudatus ab oppugnantibus. Malim igitur cum Gronovio legere: *portum quoque mari Romanus obſederat*, hoc eſt claſſe. Obſederat ante terra portum Romanus, ſed nunc claſſe quoque obſidet; aut cum Pittenio *obſtruxerat*, præfatus Romanorum naves, quæ ante

Digitized by Google

portum in ſtatione fuerint, neceſſitatem alterius portus fodiendi Carthaginienſibus adferre non potuiſſe, nec eruptionem claſſis hoſtilis impedire, cum ne onerarias quidem naves, & annonæ illationem poſſent impedire. Qua re motum Scipionem exitum *portus maris* (ita forte ad diſtinctionem interioris portus, de quo Appianus in Lib. C. 57.) aggeribus molibuſque obſtruxiſſe, quod & ipſe poſtea Cæſar ad Brunduſium tentarit, & noſtra memoria Richelius Cardinalis ad Rupellam præſtiterit.

Ibid. *Illi alterum ibi portum*] Lege: *illi alterum ſibi portum ab alia urbis parte foderunt.* Hoc & Lipſio placuiſſe, & Nic. Heinſio in mentem veniſſe poſtea didici. Nam *ibi* & *ab alia urbis parte* parum congruunt.

Ibid. *Sed quia nemo illos hac evadere poſſe credebat*] Ryck. *ſed qua nemo illos nec evadere poſſe credebat.* hoc eſt portum in alia urbis parte foderant, non ut per illum fugerent, ſed ut oſtenderent, ſe ibi portum poſſe facere, per quem poſſent effugere, ſi vellent, ubi nemo unquam non modo portum poſſe fieri, ſed ne terra quidem evadere, ſi fugam adornarent, poſſe cogitaſſet. Sed friget hujus loci ſententia, utcunque legas, & acumen ejus eſt valde hebes. Melior tamen eſt lectio ſcripti codicis, quam videtur Lipſius in ſuo quoque codice inveniſſe.

Ibid. *Subito de cineribus flamma*] Ryck. *ſubito in cineribus flamma.* paullo ante idem cum pleriſque edd. *Tum interim jam diebus.*

Pag. 265. *Per continuos decem & ſeptem dies*] Ryck. *per continuos x & ſeptem dies.* puto *x* irrepſiſſe. Nam Appianus ſeptem tantum dies arſiſſe Carthaginem auctor eſt.

CAPUT XVI.

Pag. 266. QUaſi ſpectaculo expoſita] Hoc loquendi genus offendit Nic. Heinſium, itaque malebat *ſpeculatui expoſita*, vel *ſpeculatrix poſita*. Loca enim editiora ſpectare potius dicuntur circumjacentem tractum, quam ſpectari: & *ſpeculæ* vocabulum hoc ſignificatu noſtro non eſt ignotum. Sic Clupeam *Africæ ſpeculam* dixit cap. 2. hujus libri. *Ultima Septentrionis ſpecula.* lib. III, 5. ſed illum locum vix ſanum eſſe opinor. quomodo & Columellæ lib. VII. cap. 3. *celſiſſima oculorum ſpecula.* Phædrus fab. XXXVI.

Cæſar Tiberius cum petens Neapolim
In Miſenenſem villam veniſſet ſuam,
Quæ monte ſummo poſita Luculli manu
Proſpectat Siculum & reſpicit Tuſcum mare.

Ita opinor, ut recte Gronovius, vel *deſpicit*; neque enim ab anteriore parte ea villa bina maria potuit proſpexiſſe, reſpexiſſe potuit, ut apud Naſonem in Faſtis:

Reſpicit a tergo ſummum brevis area Circum.

Si *ſpeculatrix poſita* legas, confirmabit hanc conjecturam Papinius lib. II, Silv. 2.

Celſa Dicarchei ſpeculatrix villa profundi.

Et Valer. Max. IX, 8: *Anguſti atque æſtuoſi maris alto e tumulo ſpeculatrix ſtatua memoria Pelori collocatum indicium eſt.* ubi teſte Vorſtio codex unus Brandeburgicus *expoſitum indicium* eſt, ut legendum ſit *expoſita* quomodo apud Florum, vel *collocata indicium* eſt, ſtatua nimirum. Ceterum Florus cum hæc ſcriberet in animo habebat Acrocorinthum arcem loco editiſſimo poſitam, de qua cum alii, tum Strabo lib. VIII. Plin. Hiſt. & Liv. XLV. cap. 28. Mela lib. II, c. 3: *ex ſumma arce, quam Acrocorinthon appellant, maria utraque contuens.* mox *atque projectum eſt*, tolle τὸ *eſt*, & continua cum ſequentibus.

Ibid. *Facinus indignum*] Ryck. *o facinus indignum!* ſic & inferius idem codex *o fata rerum!* ſed ſæpe omittitur apud noſtrum iſta exclamandi particula.

Ibid. *Dubium an & manu*] Venuſtior & rotundior erit hæc περικοπὴ ſi & deleas, auctoritatem ſecutus Ryckiani codicis.

Pag. 267. *Metello ordinanti tum maxime Macedoniam mandata eſt ultio*] Probo Zinzerlingii emendationem, qui in Promulſide corrigit *ordinanti cum maxime Macedoniam.* Nam *cum maxime* Latinis eſt in præſenti, hoc tempore, uti multis exemplis cum Zinzerlingius, tum ipſe ad Suetonium & Tullium oſtendi.

CAPUT XVII.

Pag. 269. NEc *deinde toto orbe quicquid intactum armis fuit poſt illa*] Ryck. *nec denique toto orbe quicquid intactum armis fuit poſt illa.* quod verum puto. Hæc enim ſententia eſt hujus loci: Ut Carthaginis excidium Corinthi interitus, ſic Corinthi everſionem ſecutus eſt finis Numantiæ, &, ut uno verbo dicam, in omnibus orbis terrarum gentibus tum bella ſunt geſta a Romanis. Hoc ſequentia oſtendunt. Non enim poſt Numantiam extinctam dicit bellum unum undique fuiſſe, ſed poſt deletam Carthaginem & Corinthum. *Denique* eſt ut ſupra I, 16: *Nihil mollius cœlo, denique bis floribus vernat.* Sic & alii ſcriptores, ut alibi notamus. Sed τὸ *fuit* delendum eſſe retur N. Heinſius, cum ſubſequatur denuo.

Ibid. *Duo clariſſima urbium incendia*] Lipſius cenſuit emendandum: *duo clariſſima urbium excidia.* Sed vulgata non eſt movenda. Capite ſequente: *Carthaginis incendiis ad excidia urbium imbuto.*

Ibid. *Sed ſimul pariter quaſi unum undique bellum eſſet*] N. Heinſio non videtur ferendum *ſimul pariter.* Itaque totum locum

Digitized by Google

eum reſcribit: *ſed una pariterque: quaſi unum denique bellum fuit.*

Pag. 271. *Inde contagio & ſeries cauſſaque bellorum*] Melius Ryck. *inde contagio & ſeries cauſſaque bellorum.*

Ibid. *Omnem citra ultraque Iberum ſubjecit imperio*] Hanc lectionem ferri non poſſe viderunt olim viri eruditi. Ineptum enim eſſet omnem provinciam citra ultraque Iberum ſubjecit imperio. Nam ſi provincia fuit, jam ſubjecta erat imperio. Scribendum fuiſſet *omnem citra ultra Iberum terram*, aut *regionem.* Sed quomodo Florus ſcripſerit docet Ryckianus, in quo recte legitur: *omnia citra ultraque Iberum ſubjecit imperio.* Verba ſequentia in eodem codice novam inchoant periodum, omiſſa copula, *Primus Romanorum ducum victor ad Gades & Oceani ora pervenit.*

Pag. 272. *Ad id temporis liberas gentes, ideo impatientes jugi*] Malebat N. Heinſius *ideoque impatientes jugi*, vel *atque ideo impatientes jugi.*

Pag. 273. *Metellus ille, qui ex Macedonia cognomen meruit, cum & Contrebiam memorabili cepiſſet exemplo*] Ryck. *Metellus ille qui ex Macedonia cognomen meruerat & Celtibericus fieri, cum Trebiam cepiſſet, ex Perſobrigis majore gloria pepercit.* Sic fere etiam Palatinus ſecundus. *Celtibericus fieri* habetur etiam in priſtinis editionibus. Ex quorum veſtigiis ſic locum hunc reſtitui: *Metellus ille, cui ex Macedonia cognomen, meruerat & Celtibericus fieri, cum Contrebiam memorabili cepiſſet exemplo & Nertrobriges, majori gloria pepercit.* Non receſſi hic a veteribus libris, niſi quod *qui* in *cui* mutaverim, quod & Grutero ſuccurrit, poſſes etiam in fine, quia in Mſſ. extat, *Nertrobrigis* legitur, ſcribere: *cum Contrebiam memorabili cepiſſet exemplo, & Nertrobriges, iis majori gloria pepercit.* Alioquin hiulca erit hæc periodus. Juſſeram edi * *Metellus ille, cui ex Macedonia cognomen, meruerat & Celtiberius fieri*, ſed operæ graviter hallucinatæ ſunt cum ediderunt: *Metellus ille, cui Macedonia nomen erat, & Celtiberius fieri meruit*, quod lector benignus emendabit. Nertrobrigibus Metellus conditiones leniſſimas tulit, non ſponte, ſed quod audiret Luculli adventum appropinquare, ideoque vellet omnia tranſigere, ne gloria in Lucullum derivaretur, teſte Appiano in Hiſpanicis. Verum Nicolaus Rubenius, Sereniſſimo Sueciæ Regi a bibliotheca, qui nuper bonis dolentibus obiit, legebat: *Metellus, cui ex Macedonia cognomen, meruit & Celtiberius fieri, cum Contrebiam memorabili cepiſſet exemplo, Nertobriga majore gloria pepercit.*

Pag. 274. *Cum rex fuiſſet provocatus*] Sic Ryckian. cum aliis libris omnibus, quibus invitis in editionibus nunc circumfertur: *cum a rege fuiſſet provocatus.* Mentem quidem Flori editores aſſecutos eſſe puto, ſed non verba, quæ ὁ πάνυ Gronovius, qua

* Sic editum eſt in hac nova Editione.

erat ſollertia, feliciter in lucem revocavit, cum ſcribi juſſit: *Cum rex fuiſſet provocator:* Facile *or* tranſiit in *us* oſcitantia librariorum. Sed Jacobus Perizonius in animadverſionibus Hiſtoricis cap. 7. cum Regis nullius ceteri hiſtorici meminerint, putat *Rex* a ſciolo intruſum eſſe, delendumque. Provocatus enim fuit a barbaro quodam ad ſingulare certamen Romanorum aliquis. idque ſubiit Scipio.

Ibid. *Opima retulerat*] Quomodo opima, cum Scipio & alienis auſpiciis rem gereret, nec eſſet ipſe Imperator, nec in ipſa acie detraxiſſet barbaro ſpolia, nec barbarus ille fuiſſet dux hoſtilis exercitus imperator? Hæc enim requiri volunt ad opima ſpolia Jovi Feretrio ferenda & conſecranda. Laxe igitur hæc vox hic accipitur, non proprie, pro ſpoliis ampliſſimis, & quæ pene opimis fuerint paria, ut cenſet ingenioſiſſimus Perizonius, in elegantiſſima diſſertatione de ſpoliis opimis, quæ reperitur in animadverſionum hiſtoricarum capite ſeptimo.

Pag. 276. *Juxta tentorium ipſum*] Lipſius vult Florum ſcripſiſſe *juxta tentorium ipſius*. In Ryckiano mox eſt *cecidiſſet*, & *fixiſſet* ut & in editis.

Pag. 278. *Sed a ſucceſſore Pompilio violata victoria eſt*] Hic quoque aut turpiter erraſſe Florum, aut fœde fuiſſe interpolatum erudite docet ingenioſiſſimus Perizonius animadverſionum Hiſtoricarum cap. 10. teſtatus, Q. Servilium Cæpionem Conſulem anni 613. Fabio Maximo Serviliano ſucceſſiſſe, & ab hoc fraude ſublatum Viriathum, quod conſtet ex Appiano, Livio, Vellejo Paterculo & Valerio Maximo. Neque verum eſſe Viriathum a Fabio fuiſſe oppreſſum, cum contra Viriathus Fabium ad pacem ſecum æquis conditionibus faciendam adegerit teſte Appiano, qui iſta pace labem rebus proſpere ceteroquin a ſe geſtis in Hiſpania impoſuerit, idque epitomen Livii docere. Præterea nullos tum fuiſſe Romæ Pompilios, ſed Florum ſcripſiſſe *Popilio*. Fuiſſe autem M. Popilium anno poſt Cæpionem Conſulem, & ex Hiſpania quoque tenuiſſe provinciam alteram. Sed eum non contra Viriathum, ſed contra Numantinos bellum geſſiſſe, neque id illum confeciſſe, ſed fuſum fugatumque cum ignominia ſucceſſori hoc bellum tradidiſſe. Poſſe autem tot erroribus Florum liberari, ſi pro *ſucceſſore Pompilio* ſcribamus *ſucceſſore Cæpione Servilio*, quod facile potuiſſe fieri pluribus in loco laudato oſtendit Perizonius. Nec improbo ſollertiam viri & amici eximii, vero ſimilius tamen mihi videtur Florum hic ut innumeris aliis in locis dormitaſſe. Cæpionem oppreſſiſſe Viriathum præter laudatos a Perizonio ſcriptores clariſſime docet Aurelius Victor c. 71: *Pacem a Pop. Rom.* (ſic recte ex Mſſ. Schottus, cum perperam legatur in vulgatis *Popilio*) *maluit integer petere, quam victus: & cum alia dediſſet, & arma retinerentur, bellum renovavit. Cæpio cum vincere eum aliter non poſſet,* *duos*

duos ſatellites pecunia corrupit, qui Viriathum humi depoſitum peremerunt. Qua victoria quia emta erat, a ſenatu non probata.

Ibid. *Qui conficienda rei cupidus*] Cur ejecerint τὸ *quippe* cauſſam nullam video. In Ryckiano enim & omnibus editis antiquioribus legitur: *quippe qui conficiendæ rei cupidus.*

CAPUT XVIII.

Pag. 280. *APud flumen Durium ſita*] In Ryckiano ut & in aliis libris, docente Grutero, deſideratur *Durium.*

Ibid. *Sævius aliquando perculit*] Lipſio rectius videbatur: *ſæpius aliquando perculit.* non laudo. Sæpius perculit Romanos Numantia quam Carthago, aut Corinthus. Mox pro edito *pudendiſque fœderibus affecit.* Ryck. *pudendiſque vulneribus affecit.* hoc eſt cladibus, ut ſæpe loquuntur auctores. *Affici clade*, aut *vulnere* nemo neſcit quam bene dicatur, ſed quam bene dicatur *affici fœdere* viderint alii.

Ibid. *Quaſi manus abſcinderentur*] Livius lib. 34. oſtendit omnes Hiſpanos hoc ingenio fuiſſe, pleroſque manus ſibi attuliſſe ob ademta arma, *ferox gens*, inquit, *nullam vitam rati ſine armis eſſe.*

Pag. 281. *Megara viro fortiſſimo duce*] Ryck. etiam *Megara victo fortiſſimo duce.* Videntur Salmaſius & Gruterus non abſurde conjeciſſe *Megaraviſto fortiſſimo duce.*

Ibid. *Ne oculos quidem aut vocem Numantini viri quiſquam ſuſtineret*] Tantum terrorem offundunt animis clades. Similis de Maſæſylis Livius narrat lib. 30: *Tum vero Maſæſyli, non modo primum impetum, ſed ne conſpectum quidem ſignorum atque armorum tulerunt. Tantum ſeu memoria priorum cladium, ſeu præſens terror valuit.*

Ibid. *Cum ad internecionem ſævire potuiſſent*] Ryck. *cum ad internecionem delere potuiſſent.* hoc eſt occidione occidere, ut alii loquuntur.

Pag. 284. *Ubi hoc non impetrabant*] Ryck. *ſed ubi hoc non impetrabant.* quod vulgatæ præfero.

Ibid. *Itaque etiam deplorato exitu*] Adde Nazarian. & veteri editioni Ryckianum qui *etiam* æque ut illi ignorat.

Pag. 285. *Unus enim vir Numantinus non fuit*] Hæc verba *unus enim vir* Grutero videntur irrepſiſſe ex gloſſa.

CAPUT XIX.

Pag. 286. *RLiqua ſeculi*] firmat Ryckianus hanc ſcripturam a doctis redditam Floro. N. Heinſius tamen malebat *reliqua ſecuta, ut grandia aque, ita vel magis turbida & fœda.* Paullo poſt idem codex: *qua etſi juncta inter ſe ſunt omnia*

atque confuſa. Cum & in aliis codicibus ſic legatur, merito pridem probarunt eruditi editores.

CAPUT XX.

Pag. 289 IN *bonis regis, hac fuerant*] Ryck. *fuerunt*, ut Salmaſius legendum vidit, ex libris an conjectura incertum.

Pag. 290. *Paucas reſiſtentes Myndum, Samon, Colophona vi recipit*] Ryck. una voce auctior eſt: *Paucas reſiſtentes invenit, Myndon, Samon, Colophona vi recipit*. ſed editam non ſollicito. dein idem Ryck. *Craſſi quoque prætoris excidit exercitum*. Latet aliquid ſub hac ſcriptura, quæ in aliis etiam libris eſt vitioſa, quod eruendum acutioribus committo. Poſt ex hoc libro ſæpius laudato ſcribo, *cuſtodem ſuum* vulgati male *cuſtodem ſui*.

Ibid. *Barbarum virgula excæcat. in exitium ſui, quod volebat, ita concitat.*] Lipſius conjicit: *Barbarum virgula excæcat. inque exitium ſui, quod volebat, ira concitat*. N. Heinſius autem: *Barbarum virgula excæcatum in exitium ſui, quod volebat, ita concitat*.

Pag. 291. *Mixtis nefas veneno fontibus*] Ryck. *iniſtis nephas veneno phontibus*. forte; *Infectis nefas veneno fontibus*.

LIBER III.

CAPUT I.

Pag. 294. IGitur *ſequens ultio mandatur Albino*] Hæc ſuſpecta ſunt N. Heinſio eaque interpolata putat a ſciolo neſcio quo. ſubnectit dein: *præſens ultio* dicitur Latine ſcribentibus, quæ maturatur, & ſic Florum hic loci dediſſe arbitror. Nec aliter Liv. XL, 7: *Omnes ſe ire conclamarunt, qui ſpeculatoris abs ſe pulſati præſentem ultionem metuebant*. Sil. XIV, 220:

> *Et qui præſenti domitant perjura Palici*
> *Pectora ſupplicio.*

Pari modo *pœnam præſentem* habes apud Ciceronem lib. II. de divinat. *præſens periculum* paſſim ſcriptoribus, & *præſens mors*, ita Curtius lib. IX, I. Maro Aen. I. Florus ipſe ſub finem libri primi. Unde fit ut & libro III, 14. apud Florum eundem malim *adeoque præſentis metu mortis exterruit* quam *præſenti*. non enim recordor alibi *metum præſentem* me legiſſe.

Ibid. *Quem prius emerat*] hoc eſt, exercitum corruperat. Recepi hanc lectionem cum Anna doctiſſima, ex Palat. ſecundo. Vulgo male: *quod primus emerat*.

Pag.

Pag. 296. *Thalam gravem armis theſauroque regis*] Nec hic Ryck. recedit a Nazar. in quo ſcribitur: *Thalam gravem armis theſauroſque regis.*

Pag. 299. *Tamen ut venalis fuiſſet*] optime Nazar. *Jam ut venalis fuiſſet.* Solent enim hac particula uti in connexionibus, ut ad Juſtinum oſtendi.

CAPUT II.

Pag. 300. MUlto *atrocius, & multipliciter magis, & a ſeptentrione*] Pall. & Ryck. *Multo atrocius, & multipliciter, & magis a ſeptentrione.* Merito probat Salmaſius. Nam aut ſic legendum, aut in vulgatis copula ultimo loco poſita delenda, ante τὸ *magis.* Nic. Heinſius aliter caſtigandum arbitratur hunc locum, nimirum: *Multo atrocius & multipliciter magis, ut a ſeptentrione, ſævitum.* Ita enim ſubjicit ſolere, qui eleganter loquantur. Curtius lib. XII, 2: *Hyrcani egregii, ut inter illas gentes.* lib, IX, c. I. *ad magnam deinde, ut in illa regione, urbem pervenit.* Flor. III, 37. *Druſum matura, ut in tali diſcrimine, mors abſtulit.* Sic ille crebro. Phrenetici enim ſeptentrionis filii aliis gentibus ſæviores barbarique magis habiti.

Pag. 302. *Saxeas erexere turres*] Extat etiam nunc pars talis turris in Principatu Arauſionenſi, in qua belli hujus hiſtoria & facies eſt expreſſa. Militum Allobrogicorum ſcutis inſcriptum eſt nomen Bituiti, eorum ducis. Vere autem cenſuit magnus ille Peireſcius fuiſſe arcum triumphalem Fabii, non Marii, ut vulgus credebat.

CAPUT III.

Pag. 303. AB *extremis Galliæ profugi*] Verum eſt de Tigurinis, non de Cimbris, & Teutonis. Sed Florus videtur etiam Germaniam dixiſſe Galliam, quod antiquiſſimi Galliæ incolæ fuerunt Germani; ſicuti Græci Celtas dixerunt Germanos & Gallos, cum proprie Hiſpani ſint Celtæ.

Ibid. *Cum in Italiam remigrarent*] Qui poterant remigrare in Italiam, in qua nunquam fuerant? Remigramus ſive redimus in regionem, ex qua ſumus ante profecti. Vitioſa hæc eſſe verba, quæ in omnibus leguntur tam editis quam exaratis manu, dudum deprehenderunt homines elegantes. Nec dubito quin recte reſtituerit hunc locum magnus Salmaſius, qui ſcribendum cenſet *regyrarent*, hoc eſt reflecterent iter ſuum ex Hiſpania per Galliam in Italiam. Invaſerant primo Galliam & per eam petebant Hiſpaniam, ſed cum aditus eis in illam non pateret, convertebant iter ſua veſtigia relegentes, & per eaſdem terras, quas peragrarant, contendebant in Italiam, hoc eſt regyrare per

Gal-

Galliam in Italiam. Idem vocabulum repoſuit ὁ πάνυ in lib. IV. cap. 2. *poſtremo in Hiſpaniam regyravit*, hoc eſt bellum iterum converſum eſt. Dixerat enim in Italia bellum commiſſum eſſe, deinde ſe in Galliam Hiſpaniamque deflexiſſe, cum ſubjeciſſet de Epiro, Theſſalia, Ægypto, Aſia, Africa, tandem addit *poſtremo in Hiſpaniam regyravit*, ubi itidem male legitur in editis plerisque *remigravit*, ſed *regyravit* ex emendatione Salmaſii dudum repoſuit doctiſſimus Freinshemius. Quod & Ryckianus liber firmat, in quo ſcribitur *poſtremo in Hiſpaniam regiravit*. Vidit olim Lipſius quoque, cum Lugduni hunc ſcriptorem explicaret pro Academica concione, legendum *regyravit*. Hæc tacitus præteriiſſem, niſi viros χαρίεντας nondum a Salmaſio potuiſſe perſuaderi vidiſſem, ut ejus ſubſcriberent emendationi, quam eis ſtudui reddere probabiliorem. Idem Lipſius cenſuit alio loco, pro *remigravit*, legendum *demigravit*.

Pag. 304. *Sed quas daret terras populus Romanus, agrariis legibus intra ſe dimicaturus*] Jam diu ante dimicarant Romani de diviſione agrorum, nimirum A. U. C. 619. duce Sempronio Graccho & A. U. C. 629. auctore C. Graccho, cum hoc bellum contra Cimbros gereretur a. U. C. 647. & ſequente. Vides ergo Florum ut ſententiolam frigidam adſpergeret hiſtoriæ ſuæ, maluiſſe impingere in temporum rationem.

Ibid. *Quod nequiverunt precibus*] Melius Ryck. *quod nequierant precibus*. Mox idem: & *tanta erat capiunda urbis fiducia*.

Pag. 305. *In locum, quem Aquas Sextias vocant, quo, fidem numinum, prælio oppreſſit*] Hunc etiam locum purgavit maximus virorum, Claudius Salmaſius, & pridem doctis fidem fecit emendationis ſuæ, ut in emendatioribus editionibus jam diu refulgeat. Sed nondum tamen eſt perpurgatus. fœdum etiam nunc mendum ei inſidet. Quis enim ferat. *Teutones in locum oppreſſit*: Ephebi ſane norunt dicendum eſſe; *Teutones in loco, quem Aquas Sextias vocant, quo, fidem numinum! prælio oppreſſit*. Et ſic legendum eſſe præter rationem linguæ Latinæ auctor mihi eſt vetus Ryckianus, in quo ſic legitur, omiſſa tamen præpoſitione: *Prioresque Teutonas, ſub ipſis Alpium radicibus aſſecutus, loco, quem Aquas Sextias vocant, quo, fidem numinum! prælio oppreſſit*. Quod & ipſum non improbandum. Sæpe enim *loco* ponitur ellipſi pervulgata pro *in loco*. Sed quoniam alii libri præpoſitionem retinent, non ſuſtinui illam unius libri auctoritate delere. *Teutonas* quoque ſcribi vides in hoc libro pro vulgato *Teutones* aut *Teutonos*.

Pag. 306. *Viri, inquit, eſtis, en illic habetis*] Gruterus malebat, *viri, inquit, eſtis?* Sed N. Heinſius, *ſi viri, inquit, eſtis*. Liv. 11, c. 37. *bellum nobis indictum eſt magno illorum malo, ſi viri eſtis*. Lib. XXV, 18. *Si vir eſſet, congrederetur*. Lib. I. c. 41. *Tuum eſt, Servi, ſi vir es, regnare*, quod Naſo Faſt. VI. in eadem hiſtoria reſpexit:

Si

Si vir es, i, dictas exige dotis opes.
Ubi male circumfertur *indictas*. Idem Liv. lib. I, c. 66. *Sextus Tarquinius mihi ſibique, ſi vos viri eſtis, peſtiferam attulit vim.* Sic & alii frequenter.

Ibid. *Super tropæa ſua eminebat*] Sic repoſui ex Ryck. & aliis codd. quos & Salmaſius ſequi præcepit, quem vide. Fuiſſe autem hunc Theutobocchum altum pedes decem duodecimve Gallicos vulgares, cujuſmodi fuerint tropæa, quæ in triumphis circumferebantur, erudite docuit Nobiliſſimus Peireſcius. vide vitam ejus a Gaſſendo deſcriptam lib. II. ubi refellit impoſtorum nugas, qui diſſeminarant non longe a Confluente Rhodani & Iſaræ ſepulchrum lateritium inventum fuiſſe, triginta longum pedes, latum duodecim, altum octo, cui impoſitus fuerit lapis cum hoc titulo THEUTOBOCHUS REX, in quo cadaver humanum inventum ſit longum pedes viginti quinque cum ſemiſſe, latum ad ſcapulas decem. Sed quæ de inſcriptione & ſepulchro jactent, mendacia eſſe; oſſa vero non hominis fuiſſe, ſed elephanti oſtendit Peireſcius. vide vitæ ejus librum III, ad annum 1613.

Pag. 307. *Per hiemem, quæ altius Alpes levat*] Id veriſſimum. Nam nix nivi offunditur, quam in ſaxum verti ſcribunt. Inde Panegyriſta, *nivium duriorem ſaxis* dicit.

Ibid. *Tridentinis jugis in Italiam pervoluti ruina deſcenderant*] E veſtigiis Nazariani N. Heinſius putat ſcribendum *in Italiam provoluti veluti ruina deſcenderant ad Atheſin: Flumen non ponte, nec navibus, ſed quadam ſtoliditate barbarica primum corporibus aggreſſi. Poſtquam.* Dictys Cretenſis lib. II: *Cum ſuper alium alius ruina modo præcipitarentur.* Id. lib. III. *Effuſi ruina modo clamorem tollunt.* lib. VI: *Clamore ingenti ruina in modum erumpunt.* Curt. III, II: *Tum vero ſimilis ruina ſtrages erat.*

Ibid. *Quadam ſtoliditate barbarica corporibus aggreſſi*] Hæc inepte Florus, quaſi nulla unquam vidiſſent flumina Cimbri. Si fecerunt, imperitia potius fecerunt, quam ſtultitia; quia crediderunt Italiæ fluvios ſuis eſſe ſimiles, uti apud Herodianum, qui lib. VIII. narrat, cum neque ponte neque navigiis tranſire exercitus potuiſſet, ſubſtitiſſe incertum conſilii; Germanos vero aliquot ignaros quam rapido abruptoque impetu Italiæ flumina deferantur, credidiſſe ſenſim eos influere campos, quemadmodum & apud ipſos ſoleant, unde etiam quia minimum ſe concitent perfacile congeleſcant, auſos ſe equoſque natandi peritos alveo credere, vi fluminis ablatos periiſſe. Quam vero Celtæ contemnant mortem vide apud Ælian. Var. Hiſt. XII, 23.

Pag. 308. *In patentiſſimo, quem Raudium vocant, campo procurrere*] *Procurrere* pro confligere nuſquam leges. Sed *concurrere* in hac notione frequens eſt & tritum. Et ſic Ryckianus & optimi quique, ut pridem notavit Salmaſius.

Pag.

Pag. 310. *Altà deſuper quaſi e turribus*] N. Heinſius mavult, *elata deſuper quaſi e turribus.*

Ibid. *Bojorix rex*] Ryck. *Beleris rex.* Hujus loci reſtitutio debetur Grutero, qui primus ex veſtigiis veterum librorum & Plutarcho verum Regi huic nomen reſtituit, cum male legeretur hic *Belens Rex.* Mox idem codex perinde ut Nazar. *quaſi in ſubſidio Noricos inſederat tumulos.*

Pag. 312. *Cum in acie Cimbri ſuccumberent*] Præfero Ryckianum codicem, in quo ſcribitur, *cum in acie Cimbri occumberent.*

CAPUT IV.

Pag. 313. M*Are uſque venerunt*] N. Heinſius mavult: *Mare uſque irruerunt.*

Ibid. *Eoque fine contenti*] Si hoc fine contenti erant cur indignantes Adriaticum telis petebant? Vides iſtam ſententiam aliud poſtulare verbum, niſi velit ineptiarum redargui. Nihil autem hic ſubſidii in veteribus libris. Forte ſcripſit Florus: *Eoque fine retenti.* Cum illos Adriaticum non ſineret ulterius progredi, excandeſcentes iram ſuam teſtabantur jaculis in ipſum mare, quo retinebantur, barbara quadam ſtultitia miſſis. Si cui tamen magis arrideat Gronovii conjectura, qui legendum olim cenſebat: *eoque fine non contenti,* ei non repugnabo, nam & inferius in capite ſexto hujus libri eadem macula obſidet editiones, quam abſterſi ope veteris libri. Sic & Heinſium conjeciſſe poſtea ex ejus litteris cognovi. Firmat autem hanc opinionem duobus Flori locis. Alter eſt in cap. 1. hujus libri; *agrorum & vicorum populatione non contentus.* Alter eſt in cap. 6: *ſed nec mari ſubmoviſſe contentus.*

Ibid. *Litare diis ſanguinem humanum*] Ryck. *litare diis ſanguine humano.* Sed litare pro ſacrificare aut offerre apud ſcriptores temporum meliorum, qui uſi ſunt oratione pedibus ſoluta, inveniri non puto. *Litare* enim ut recte notavit Macrobius lib. III, c. 5. *ſignificat ſacrificio facto placaſſe numen.* Plaut. Pœn. II, 1,

Nam ego hodie infelix diis me iratiſſimis
Sex immolavi agnos, nec potui tamen
Propitiam Venerem facere uti eſſet mihi,
Quoniam litare nequeo, abii illinc illico
Iratus.

Et non longe poſt:

Si hercle iſtud unquam factum eſt, tum me Juppiter
Faciat, ut ſemper ſacrificem, neque unquam litem.

Suet. Jul. *Dein pluribus hoſtiis caſis cum litare non poſſet.* Hinc & Servius ad illa IV. Æn.

Tu

Digitized by Google

Tu modo poſce Deos veniam, ſacriſque litatis,
Indulge hoſpitio, cauſſaſque innecte morandi,

notavit: *diis litatu, debuit dicere. Non enim ſacra, ſed deos ſacris litamus,* hoc eſt *placamus.* Poëtæ tamen nonnunquam ſic loquuntur, ut Senec. Med.

Plura non habui, dolor,
Qua tibi litarem.

Sed apud ſcriptores probatiores, qui non poëtice loquuntur, hoſtiæ dicuntur litare. Nam quod apud Suetonium legitur in Othone cap. 8: *victimam Diti patri cæſam litavit* oſtendimus in notis ad illum locum, corruptum eſſe, & ex vetuſtiſſimo Memmiano & Roberti Stephani optima editione repoſuimus: *victima Diti patri cæſa litavit.* Mallem itaque, quod Gronovio quoque placebat, *libare diis ſanguinem humanum*; Tacitus xv. ann. *Libare ſe liquorem illum Jovi Liberatori.* Liv. XXIII: *Idque ſacrum vas iis erat, quo ſollemnibus libarent.* Virg. Æn. v, 77.

Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho.

Nunc nihil mutandum cenſeo. Florum enim aliosque hujus ætatis ſcriptores *litare* pro ſacrificare, offerre, poſuiſſe certum eſt. Inferius III, 18: *Non prius finem cædium fecit, quam Aſculi everſione manibus tot exercituum Conſularium, direptarumque urbium diis litaretur.* & IV, 12: *Concepere votum, ut cæſorum extis ducum & litarent & veſcerentur.* Tac. de moribus Germanorum 9: *Cui* (Mercurio) *certis diebus humanis quoque hoſtiis litare fas habent.* Paullo inferius Ryck. *Mæotin* maluit quam *Mæotim.*

Pag. 314. *Silvarum & montium ſitus cum ingenio conſentiebat.*] Excidiſſe propter affinitatem litterarum vocabulum *gentis* exiſtimat N. Heinſius, legique jubet: *Silvarum & montium ſitus cum ingenio gentis conſentiebat.*

Pag. 315. *Perfidum glacie flumen equitatur*] Salmaſius dubitat ſit ne Latinum *equitare flumen.* Atqui Claudianus: *equitataque ſummi Culmina Taygeti.* Curt. IV, 9. *equitabiles campos* dixit, & lib. VIII, 14: *inequitabiles.* poſt inſere τὸ *&*, *quam quod abſciſſis manibus relicti vivere, & ſuperſtites pœna ſua jubebantur.* Sic Latini ſcriptores ſolent. Hæc Nic. Heinſius. *Per perfidum* non eſt in Nazar. ſed eſt conjectura Salmaſii.

Ibid. *Minucius toto vaſtavit Hebro*] Mirum loquendi genus pro omnes gentes ad Hebrum ſitas vaſtavit. Lipſius conjiciebat, *toto vallavit Hebro.* Non probo. Nam & adverſatur hiſtoriæ & Latinæ linguæ. *Vallari Hebro* poſſent forte Thraces dici ab hoſte, ſi ab illo cogerentur non trajicere Hebrum, ſed intra illius ripas ſe continere quamvis & hoc valde dure, & improprie: Sed *toto Hebro vallari* quid ſit, nemo facile explicarit. Non eſt, ut omnium librorum ſcriptura convellatur. Virgil. *totis uſque adeo turbatur agris.* Simile tamen loquendi genus occurrit ſuperius

Digitized by Google

rius lib. II, 16: *Critolai manum per patentes Elidis campos toto cecidit Alpheo.*

Ibid. *Piſo Rhodopen Caucaſumque penetravit*] Lipſius cenſebat emendandum eſſe *a Rhodope ad Caucaſum penetravit*. ſed non intellexit vim verbi. Nam penetrare eſt tranſire. Inferius III, 10: *Nec ſemel Rhenus, ſed iterum quoque & quidem ponte facto, penetratus eſt*, hoc eſt trajectus. Suet. Cæſ. *Eadem nave thalamego pœne Æthiopia tenus Ægyptum penetravit.* hoc eſt tranſiit Ægyptum. Vell. II, 40: *Penetrata cum victoria Media, Albania, Iberia.*

Ibid. *Curio Dacia tenus venit*] Tollo τὸ *venit* inquit N. Heinſius, & paullo ante ſcribe: *multis ibidem amiſſis* non *quidem*.

CAPUT V.

Pag. 317. P*ontica gentes ad ſeptentrionem in mare ſiniſtrum jacent*] Sana hæc eſſe nemo, qui attendit, & non rudis eſt artium bonarum, ſibi poterit perſuadere. Quis enim in animum inducat non plane infantem ſcribere: *gentes in mare ſiniſtrum jacent a mari pontico cognominata*, cum illud ipſum mare ſiniſtrum ſit Ponticum a quo ſunt cognominatæ, ne dicam de ejuſdem vocis inepta & inſulſa repetitione. Non hoc fugit Lipſium, qui conjecit delendum eſſe τὸ *mare*, & ſcribendum: *Pontica gentes ad ſeptentrionem in ſiniſtrum jacent, a Pontico cognominata mari.* quod & mihi arridet, niſi forte ſcripſit Florus, *in ſiniſtro jacent*. Ponticæ gentes ſunt Septentrionales, & quidem ad ſiniſtrum latas, ſi qui ex oriente verſus occaſum proficiſcantur, aut a Septentrione reſpiciant Auſtrum; nomen habuerunt a Pontico, quod accolunt, mari. ſi quis vero ex Europa per Aſiam minorem in illum terrarum tractum contendat, aut ex terris occidentalibus, ad dextram hæ gentes Ponticæ in Aſia ſeptentrionali jacent; unde & dicuntur dextra Ponti incolere aliis ſcriptoribus. Sic eleganter de ſitu Europæ Mela II, 1: *Per eundem amnem* (Tanam) *in Mæotida remeantibus ad dextram Europa eſt, modo ſiniſtro latere innavigantium appoſita.* Ubi ſcribendum *ſiniſtro lateri*. dixit *modo appoſita ſiniſtro lateri innavigantium*, quia paullo ante in libro I. cap. 5. ſcripſerat: *Hinc* (ex Oceano Atlantico) *in noſtrum mare pergentibus læva Hiſpania, Mauritania dextra eſt.*

Ibid. *Rex antiquiſſimus Æetas*] Sic recte hunc locum correxiſſe doctos viros auctor etiam eſt liber Ryckianus, in quo ſcribitur Oetas corrupte quidem, ſed proxime verum. Vulgati *Atheas*.

Pag. 320. *Itaque miſſis Archelao, Neoptolemoque præfectis, excepta Rhodo, qua pro nobis ſtetit, ceterum Cyclades Delos, Eubœa*] Hæc ſic emendavit ex vetuſtis codicibus Salmaſius, quod am-

Digitized by Google

plexæ ſunt recentiores editiones. In antiquioribus editis legitur: *quæ pro nobis firmius ſtetit ceteris.* In Ryck. *firmius* etiam reperitur. Sane *ceterum* hic poni, non apte videtur. Veterum igitur editionum lectio non eſt explodenda.

Pag. 321. *Subruto Piræei portu, ſex quoque & amplius muris*] Ryck. *Subruto quoque Piræei portu, ſex quoque & amplius muris munito.* Sed merito codicum aliorum ſcriptionem aſſeruerunt viri docti. Qui ſunt illi ſex muri qui ſubruti ſunt a Mithridate? Longo tantum muro portum illum fuiſſe firmatum, (qui triplex erat borealis & meridianus, altus quadraginta cubitos, longus totidem ſtadia, tam latus ut duo currus ſibi obvii in illo ſine noxa, & alterutrius periculo decurrere poſſent; Juſtino dicuntur muri brachia Piræeum urbi jungentia, Græcis σκέλη; his accedebat tertius, qui medius erat inter urbem & portum, & hinc dicebatur διὰ μέσου (de quo vide Harpocrat. διὰ μέσου.) ex priſcorum monumentis conſtat. Beda tamen de Nom. locorum in Act. Apoſt. ſeptemplicem murum hunc portum habuiſſe contendit. *Athenæ,* inquit, *civitas in Achaia Philoſophiæ dicata ſtudiis, &c. cujus Piræeus portus ſeptemplici quondam muro communitus fuiſſe dicitur.* Hæc Beda hauſit ex Floro, apud quem cum legiſſet Piræeum ſex & amplius muros habuiſſe, tradidit ſeptemplicem ejus murum fuiſſe. Sed per ſex muros credo Florum intellexiſſe muros interiores tranſverſos, aut potius munitiones intus excitatas, quibus intra muros illos longos diſſepſerant illud ſpatium, quod brachia muri longi complectebantur, ut una parte capta, alteri, quæ novo opere erat munita, expugnandæ viros & tempus impendere cogerentur obſeſſores. Noſtri hodie vocant *affnydingen.* Hæc vera eſſe clare docet Appianus Alexandrinus de bello Mithridat. Nam cum narraſſet Sullam partem muri Piræei ſubruiſſe, Ἀρχέλαος αὐτίκα νυκτὸς τὸ πεπτωκὸς τοῦ τείχους ᾠκοδόμει, μηνοειδῆ αὖθις πολλὰ προθεὶς ἔνδοθεν. *Archelaus ſtatim noctu muros collapſos erexit, multis operibus lunatis intus eos muniens.* μηνοειδῆ videntur opera fuiſſe, quorum forma non diſſimilis fuit illis, quæ hodie vocantur *Halve maenen.* at ſequitur ſtatim: οἷς ἔτι νεοδμήτοις ὁ Σύλλας αὖθις ἐπεχείρει παντὶ τῷ στρατῷ, νομίσας ἀσθενῆ καὶ ὑγρὰ ἔτι ὄντα ῥᾳδίως κατερείψειν. κάμνων δὲ ὡς ἐν στενῷ· καὶ βαλλόμενος ἄνωθεν ἔκ τε μετώπου καὶ τῶν κεραιῶν, ὡς ἐν μηνοειδέσι χωρίοις, τοῦ μὲν ἐπιχειρεῖν ἔτι τῷ Πειραιεῖ πάμπαν ἀπεῖχε τῇ γνώμῃ. *Has tanquam recenter exſtructas oppugnavit Sulla omnibus copiis; ratus infirmas adhuc & humidas eas eſſe & facile poſſe everti. Cum vero fruſtra laboraſſet tanquam in anguſtiis, & a fronte pariter & a lateribus infeſtaretur telis, tanquam ex lunatis munimentis, ab oppugnati ne omnino deſtitit* χωρίον eſt caſtellum. Et inferius urbe capta cum rurſus Piræeum tentaret Sulla. κατήρειψέ τι τοῦ μηνοειδοῦς, ὑγροτέρου καὶ ἀσθενεστέρου ἔτι ὄντος, ἅτε νεοδμήτου. ὑποδόμους δὲ πρότερον τοῦ Ἀρχελάου, καὶ προσοικοδομήσαντος

σαντος ἔνθοθεν ὅμοια πολλά, τὸ μὲν ἔργον ἦν τοῦ Σύλλα διηνεκὲς, ἐμπίπτοντι εἰς ἕτερον ὅμοιον ἐξ ἑτέρου. *Subruit aliquid illius operis lunati, quod erat humidum & infirmum, quippe quod nuper poſitum erat. cum vero Archelaus hoc ante providiſſet, interius multis ſimilibus aliis operibus factis, nullum laboris finem inveniebat Sulla. incidens in aliud aliudque ſimile opus.* paullo poſt vocat τείχη. τοιῶν δὲ τειχῶν κρατῆσαι φιλοτιμούμενοι. *hos muros ſuperare nitentes.* & ſtatim dicitur Archelaus, cum videret ſe non poſſe ſuſtinere impetum Romanorum, & hæc opera tueri, ἐξελιπεῖν αὖθις τὰ τείχη, deſeruiſſe hos muros, & in munitiſſimum Piræei locum qui undique mari cingebatur, ſe contuliſſe. Vides variis operibus fuiſſe munitum intus Piræeum, non ſemper, ſed tempore illo, quo obſidebatur. quod ſi aliter ſenſit Florus & Beda, paſſi ſunt aliquid humani. Cogitavi quidem aliquando per ſex illos muros Florum fortaſſe intellexiſſe duo illa muri longi brachia ſeu latera, Auſtrale & Septentrionale, nec non illum murum quo Munychia cingebatur, nam & ille portus erat muro firmatus, qui tamen adnectebatur muris Piræei, & tres ſeptos illos portus, ſive ſtationes navium quæ in Piræeo erant, de quibus Scylax Caryandenſis in Periplo, ſeu quicunque antiquus illius Peripli auctor eſt: Πειραιεὺς λιμένας ἔχει γ´. *Piræeus portus habet tres*; & Heſych. ἔχει δ᾽ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς κλειστούς. *Habet Piræeus tres portus clauſos*, hoc eſt, ut exiſtimo, munitos. Ab his portibus Piræeum triplicem dici olim monuit vir incomparabilis, Iſaacus Voſſius ad hunc Periplum, oſtendens alterum portum in Piræeo Κανθάρωνα, alterum Ζέαν, appellari. Eodem modo autem hic ſex muris munitum eſſe Piræeum ſcribi a Floro, ut ſuperius II, 6. ſcripſit Syracuſis fuiſſe triplicem murum, quia tres erant Syracuſarum partes, Inſula, Tyche, Acradina, ſingulæ ſuis muris cinctæ, quamvis alii recte quartam addant, Neapolin nimirum. Sed prior ſententia verior eſt.

Ibid. *Cum Eubœa atque Bœotia præſidia Regis diſpuliſſet*] Longe verius Ryckianus: *c. E. a. B. præſidia Regis depuliſſet.*

Pag. 322. *Recepit Bithyniam a Rege Nicomede, ab Ariobarzane Cappadociam*] Conſpirant in hac fœdiſſima macula, dudum a doctis animadverſa, omnes libri adhuc viſi. Juſtus Lipſius rem acu tetigit, & minima mutatione huic loco ſuum nitorem reddidit, ſcribendum præcipiens: *Recipit Bithyniam a Rege Nicomedes, Ariobarzanes Cappadociam.* Alii longius abeunt. Idem etiam viſum fuit politiſſimo, &, cum ſupereſſet, mihi amiciſſimo viro Tanaquillo Fabro.

Ibid. *Quippe Rex Aſia & Europa quodammodo ineſcatus*] Si ſic ſcripſit Florus, inepte ſcripſit. Verum *& Europa* a ſciolo inſertum eſſe puto. Nam Aſiam repetebat, ut oſtendunt ſequentia, tanquam immerito ſibi ereptam, non vero *Europam.* Itaque cenſeo hunc inutilem centonem exſcindendum eſſe. Hæc etiam ſententia fuit Annæ χαριεστάτης.

Ibid.

Ibid. *Sed quia amiſerat, quaſi raptam jure belli repetebat*] Lipſius malebat: *ſed quia captam amiſerat, quaſi belli jure repetebat.* Nulla neceſſitas hic omnibus codicibus obſtrependi. Quia cogebatur Aſiam reddere quam occupaverat, ac ſi vi ei & injuſte eſſet erepta, vi & armis illam ſibi denuo vindicabat. In hoc capite ſuperius: *Primus impetus belli rapuit Bithyniam.* N. Heinſius cenſet concinnius eſſe, ſi ſcribatur, *quaſi ſibi raptam.*

Pag. 323. *Mari terra fluminibuſque veniebat*] Hic quoque ut ſupra *veniebat* nimis leve putat verbum eſſe N. Heinſius, ſcribendumque *irruebat.*

Pag. 324. *Cum ex mora obſidentem regem fames, & ex fame peſtilentia.*] Debetur laus loci hujus reſtituti non libris, ſed ingenio maximi Salmaſii. Nam Ryck. & alii omnes: *cum ex mora obſidentem regem fames, ex fame peſtilentia urgeret,* Cum nulla eſſet horum verborum ſententia editores & intruſerunt. Sed verum vidit ὁ πάνυ, cui merito applauſerunt recentiores editores. N. Heinſius tamen conjicit ſcripſiſſe Florum: *Mox clade converſa, cum exorta obſidentem regem e fame peſtilentia urgeret.* εὑρήκως hercule! Mox contra eoſdem libros doctiſſimus Freinshemius bene quoque correxit: *apparatuque belli gravem.* Dein *Pompejo ſuo* firmat etiam Ryckian.

Ibid. *Nec felicior in mari, quam in terra fuga*] τὸ *fuga* delendum merito cenſet ingenioſiſſimus Perizonius animadverſionum Hiſtoricarum cap. 10. quia nullam mari in fugam Mithridatis narret deinceps Florus, ſed claſſem ejus tempeſtate disjectam ac laceratam, non fugatam ab hoſte, quem illa ne quidem vidiſſet, ut ex verbis ſequentibus ſtatim pateat.

Pag. 325. *Statim ponte navibus facto*] N. Heinſius ait ſcribendum: *ſtatim ponte e navibus facto.* inferius idem vir magnus his verbis expungendum cenſet *voluit*, & cum reliquis jungi. *Campaniam noſtram ſubito adventu terrere, Colchis tenus jungere Boſporum.*

Ibid. *Primus tranſit Euphratem*] Hic quoque fallitur Florus. Nam Euphratem primus Romanorum tranſiit Lucullus, cum hunc ipſum Mithridatem inſequeretur, qui fugerat ad Tigranem in Armeniam, ut pluribus exponit Plutarchus in vita Luculli.

Pag. 327. *Siciliæ quoque littora & Campania*] Camillus Peregrinus vir doctiſſimus in pereruditis ſuis diſſertationibus de Felice Campania ſeu Capua antiqua, hunc locum corruptiſſimum eſſe putat, maleque hic, cum fugere cœpiſſet Rex, mentionem fieri Siciliæ & Campaniæ, cum paullo poſt rectius, & ſuo loco dicat illum cogitaviſſe Italiam inopinantem invadere. Legendum itaque cenſet: *Quippe cum effugiſſet hoſtem, per Colchos, Scythia quoque littora & clauſtra, noſtra ſubito adventu terrere.* Hanc emendationem auctoritate Appiani, & epitomes Li-

vianæ tuetur. Hæc lib. 101. docet Mithridatem *per Colchos intendiſſe fugam.* Ille narrat Regem ad Euphratis fontes properaſſe Colchos petiturum, & perluſtrata in circuitu ora Pontica, Scythiſque maris ejus accolis & paludis Mœotidis pervadere in Boſporum, pulſoque Machare ingrato filio. rurſus apertum cum Romanis bellum gerere, & ex Europa impugnare Aſiam diremptam freto modico. Idem dicit, Mithridatem tot feras gentes & quæ vocantur clauſtra Scythiæ, nulli antea permeata, tranſiſſe. Florum autem *noſtra* dixiſſe pro noſtri juris & ditionis provincias, ſeu Romanas.

Pag. 328. *Juſſit regnare Tigranem*] Meminit Cicero pro Sextio & Val. Maximus v, 1.

Ibid. *At in Septentrionem Scythicum iter tanquam in mari ſtellis ſecutus*] Malit N. Heinſius: *At in Septentrione Scythico iter tanquam in mari ſtellas ſecutus.* Alludit ad Helicen & Cynoſuram Septentrionis ſtellas navigantium duces. quæ Salmaſius adfert nimis longe ſunt quæſita.

Ibid. *Regemque Colchorum Orodem*] Scribe: *Regemque horum Orodem.* nimirum Albanorum. Sequentia docent: *Orodem etiam remuneratus eſt, ultro ab Albania ſua lectulum aureum, & alia dona mittentem.* Appiano in bello Mithridatico vocatur Ὀρέιζης. Ὀρέιζης δ᾽ ὁ τῶν Ἀλβανῶν βασιλεύς. *Oroezes Albanorum Rex.* Sed in fine ejuſdem libri, vocatur Ὀρίζης Ἀλβανός. *Orizes Albanus,* forte corrupte pro Ὀρώδης. Sicut in eodem libro corrupte Ὀλθάκος Ἰβήρων depravate ſcribitur, cum tamen recte alibi ab eodem Ἀρτώκης Ἴβηρ appelletur. Colchorum ſane regem, qui Othalces dicebatur, non videtur remuneratus eſſe Pompejus, quippe quem in triumpho duxit. Orodes vero eſſe nomen Orientalibus populis uſitatum nemo ignorat, qui Parthorum res geſtas legit.

Pag. 329. *Vidit illud grande impiæ gentis arcanum patens ſub aureo vitem cœlo*] Hæc non eſt librorum veterum ſcriptura, ſed Lipſii conjectura, quam receperunt editores nuperi. Vere tamen illam damnarunt viri ſummi Salmaſius & Seldenus, ille in notis ad hunc locum, hic lib. 11, cap. 8. de Jure Naturæ & gentium ſecundum Hebræos. qui oſtendit in templo Zorobabelico nullam fuiſſe vitem, ſed in Herodis, ſed nec illam pertinuiſſe ad penetrale templi ſanctiſſimum, de quo hic Florus agat: nec vitem illam auream poſſe dici arcanum, quippe quæ in fronte templi in omnium oculis fuerit expoſita. Vitem autem Ariſtobuli auream, quam donarit Pompejo Ariſtobulus, fuiſſe cimelium domus Haſmonæorum, quod nunquam in templo fuerit dedicatum. quod & Rupertus & Jacobus Capellus monuerunt, oſtenderuntque hanc vitem ab Ariſtobulo ad Pompejum dono miſſam fuiſſe antequam Hieroſolyma eſſet ingreſſus. Ryck. cum reliquis omnibus, *ſub aureo uti cœlo.* Cœlum Salmaſius & Lipſius

Digitized by Google

Lipſius volunt eſſe οὐρανίσκον. Sed quis Latinorum vocabulo *cælum* ſic uſus eſt, uti Græcis οὐρανίσκος accipitur? Locus eſt corruptus. Qui num ſanari poſſit incertum eſt. Vides enim ut maximos viros exercuerit. Mihi num propitius fuerit Apollo in invenienda vera ejus lectione, tu, erudite lector, exiſtimabis. Scripſiſſe autem Florum cenſeo: *vidit illud grande impia gentis arcanum patens ſub aureo utique velo.* Intravit adytum templi, quod Sanctum Sanctorum vocatur, & vidit in illo nihil niſi patens ſpatium, ſeu inane, cui oppanſum erat velum aureis filis pictum. *Arcanum patens* eſt quod Tacitus v. 5. *vocat nulla intus deum effigie vacuam ſedem, & inania arcana.* Velum quod prætendebatur penetrali fuit quidem, ut non uno loco docent Joſephus & Philo, hyacintho, byſſo, cocco, & purpura variegatum, ſed & auro fuiſſe excultum ex Joſepho quoque conſtat, qui lib. VI. Haloſ. c. 15: ἡ δὲ τὸ ἔνδυμα τῷ στέρνῳ περισφίγγουσα ζωνία πέντε διηνθισμένη ζώναις πεποίκιλτο, χρυσοῦ τε καὶ πορφύρας, καὶ κόκκου, πρὸς δὲ βύσσου, καὶ ὑακίνθου, δι' ὧν ἔφαμεν, καὶ τὰ τοῦ ναοῦ καταπετάσματα συνυφάνθαι. *Pectoris autem veſtimentum vitta cingebat, quinque variata coloribus, hoc eſt auri, purpuræ, cocci, byſſi, & hyacinthi: quibus etiam vela templi diximus eſſe contexta.* Noſtra emendatio quam prope accedat ad priſcorum librorum ſcripturam nemo non videt. Libri habent *uti cælo. que* revulſum fuit librarii oſcitantia ab *utique*, & a ſequente ſyllaba earundem litterarum abſorpta, quod vitium eſt frequentiſſimum, ex *que lo* ortum eſt *cælo*. Hæc mea de hoc loco ſententia Arcanum patens, ſeu inane adyti deſcribit etiam Joſephus VI, 14. ἔκειτο δὲ οὐδὲν ὅλως ἐν αὐτῷ, ἄβατον δὲ καὶ ἄχραντον καὶ ἀθέατον ἦν πᾶσιν. *Nihil prorſus in illo penetrali erat poſitum, inacceſſum vero erat, inviolabile, & quod a nemine videri poterat.* Seldenus tuetur lectionem veterum codicum, *ſub aureo uti cælo.* Grande arcanum eſſe putat ipſum Sanctum Sanctorum, quod a Pompejo viſum, patuiſſe ſub aureo cœlo, ſeu ſe oculis introgreſſi Pompeii admodum ſplendide ac magnifice exhibuiſſe, ſub tentorio ſeu concameratione aurea cœlum imitante, ſeu inſtar tentorii atriive aurei cœli nomine notiſſimi, quod ſummæ dignitatis ac magnificentiæ cauſſa Principibus Supremis maxime Orientis, ut hodieque aliis ſit in uſu. Hæc eſt Seldeni ſententia. Sed apud Latinos *cælum*, ut apud Græcos οὐρανίσκος pro tentorio & atrio, ſub quibus Principes Aſiatici ſedere ſolebant, non uſurpari jam ſupra monuimus. Deinde *uti* ſic poni, ut hic poſitum eſt, nemo Latine ſciens probaverit. Novi illa *fugit uti cervus*, *furit uti Thyas* & ſimilia apud Horatium, ſed *vidit arcanum patens uti ſub cælo aureo* reſpuunt aures Latinæ. N. Heinſius conjiciebat: *ſub aureo utique tholo.* Vulgatam tamen tuetur vir ſumme Reverendus, & magnæ doctrinæ Fridericus F. F. Spanhemius in elegantiſſima Introductione ad Geographiam ſacram, ubi *arcanum pa-*

tens explicat jam patens, cum ſcilicet adytum templi ingreſſus eſſet Pompejus, aut, *vacuam ſedem*, *inane arcanum*, ut vocetur apud Annalium ſcriptorem, & Joſephum de Bello Judaïco. L. VI, cap. VI. *ſub aureo uti cœlo*, veluti ſubaureo cœlo, inauratis laquearibus. Non poſſum quin & tecum communicem ſententiam Collegæ Spanhemii, viri itidem doctiſſimi & celeberrimi, Stephani Le Moyne, quam ad me perſcripſit, cum meam de hoc loco conjecturam illi examinandam commiſiſſem: In anteceſſum ſcias velim, inquit, conjecturam tuam de loco Flori admodum ſe mihi probaſſe. Sola fere mihi placebat Lipſii ſententia, ſed tua jam mihi videtur palmam facere dubiam. *Ut is* Samuelis Petiti eſt omnium ineptiarum cumulus, & faſtigium. Eodem forſan vituperio onerabis noſtram circa hunc locum conjecturam, neque enim in hac materia ἀσύμβολοι eſſe voluimus, in qua non agitur de reipublicæ aut litterarum ſalute. Mutabam ergo *cœlo* in *cillo*, & Aſininum Numen innui exiſtimabam. Noſti illud Petronii & *Cilli ſummas advocat auriculas*, & iſtud Juvenalis: Et *Cilli numen adorat*, & *Ancherium* Voſſii, & *Aſinarios* tam Chriſtianos quam Judæos. Intravit ergo Hieroſolymam Pompejus, vidit *Arcanum impiæ gentis patens ſub aureo Cillo*, aſino nimirum aureo, cujus cultu gens impia vicinis & aliis gentibus ſe deridendam proſtituebat. Sic, ſi famæ credimus. Antiochus invadens penetralia templi Hieroſolymitani incidit in aſinum, vel caput aureum aſini, magiſque eſt efferatus in miſeram iſtam gentem, quæ tam fœdo cultui ſe adligare non erubeſcebat. Quod fluxiſſe crediderim ex Cherubinis Arcæ, qui cum vitulos referrent, ſed pingui craſſaque cœlatura efformatos & elaboratos, aſinos referre exiſtimabant, & voluerunt ethnici, & jocoſa petulantique calumnia aſinorum cultum Judæis improperarunt. Hæc eſt viri Eximii mihique amiciſſimi de loco hoc vexato ſententia. Vide quoque Seldenum lib. II, cap. 8. de jure naturæ & gentium ſecundum diſciplinam Hebræorum, ubi multis de hoc loco diſputat, & vulgatam contra Lipſium tuetur. Cl. Bernardus mihi ſignificavit, ſe in ſuis ad Joſephum notis non longe receſſurum a mea ſententia. Vide etiam & Iſaacum Voſſium in notis ad Catulli epithalamium Thetidis & Pelei.

Ibid. *Ariſtobulo, quia renovabat eam rem, catenas dedit*] Sic quidem Palatinus unus, & Ryck. & editio vetus: Sed libri alii & editiones nonnullæ *quia renuebat eam rem.* quod non erat immutandum. Non quidem tam accurate narrat Florus hanc hiſtoriam, tanquam in epitome, & quidem in qua ſæpe hallucinatur, ut Joſephus: ſed tamen ſententia liquida eſt. Ex lectione autem quam reduxit Gruterus, & qui illum ſequuntur, quam ſententiam colliges bonam? Quam rem enim novavit? Num diſſidium inter ſe & fratrem? Nunquam hoc extinctum erat & ſopi-

ſopitum. Regnare juſſit Hircanum Pompejus. Et quia renuebat eam rem Ariſtobulus, & nolebat Pompejo obſequi, in vincula conjectus eſt, & in iis Romam ductus. N. Heinſius malebat, *Ariſtobulo, quia res novabat, catenas addidit.* Ovid.

Adde manus in vincla meas, meruere catenas.

Aut ſi hoc malis: *Ariſtobulum, quia res novabat, in catenas dedit.* Lib. III, c. IV: *Unum ex Regibus Cavillanis in vincula dedit.*

CAPUT VI.

Pag. 331. R*upto fœdere generis humani*] Sic vocat jus gentium, quo omnes homines tenentur, & quod ſtatuit mare debere liberum eſſe, & patere omnibus gentibus. *Fœdus* hic eſt jus, fas, ut apud Senecam Herc. Furente *fœdus umbrarum perit*, ut recte locum illum emendavit & expoſuit magni judicii & doctrinæ vir J. Fr. Gronovius, quem vide.

Ibid. *Mithridatis præliis Aſia*] Ryck. *Mithridaticis præliis.* Sed *bellis* eadem manus delevit. *Mithridaticis* editiones vetuſtiores omnes oſtentant, quod neſcio cur damnarint recentes, quamvis tanti non ſit, utro modo legatur.

Ibid. *Ac primum duce Iſidoro, contenti proximo mari*] Mare proximum eſt mare Cilicium, Pamphilium, Lycium, Carpathium: ſed mare Ægæum, & omne quod inter Ægyptum, Cyrenen, & Græciam eſt, quomodo poſſit proximum mare dici non video. Legendum ex veſtigiis Ryckiani codicis: *ac primum duce Iſidoro non contenti proximo mari.* Superius II, 5: *populationibus non contenti.* Sequens ſyllaba in *contenti* earundem fere litterarum voculam abſorpſit. Nihil certius hac emendatione. Sic & ſuperius cap. 4. reſtitui *eoque fine non contenti:* Ante Iſidorum contenti fuerunt proximo mari, ſed Iſidoro duce alia etiam infeſtarunt maria.

Ibid. *Piræeum & Achaiam*] Delendam eſſe vocem *Piræum* Stadius olim vidit, & Gruterus Mſſ. fidem ſecutus deleri juſſit, qui affirmat in nullo vetuſtorum codicum, præterquam Palatino tertio eam reperiri, & ipſe Flori contextus oſtendit. Cur enim huic ſoli voci nulla præmittitur copula ut præcedenti & ſequentibus? Ne dicam, quod monet Salmaſius, inepte portus inter provincias memorari. Præterea Piræeus erat portus Achaiæ, Tum enim Achaia dicebatur, quæ veteribus erat Hellas. Deleatur ergo in poſterum ex omnibus editionibus.

Ibid. *Miſſuſque in eos Publius Servilius*] Ryck. *miſſuſque Publius Servilius*, niſi quod pro *Publius* corrupte ſcriptum ſit *populus*. Mox idem: *nec mari ſubveniſſe*. editi, *nec mare ſubmoviſſe* & quidem verius.

Pag. 332. *Aquam terramque incolendi*] Ryck. *aquam terramque*

que collendi. leg. *colendi.* *Colere* enim veteribus ſæpe idem eſt quod *incolere.* Liv. XXIV, 49: *Maurusii extremi prope Oceanum verſus Gades colunt.* Juſtin. II, I: *Ægyptus autem nihilominus coli, niſi excluſo Nilo non potuerit.* hoc eſt incoli, habitari. Plaut. Pſeud. I, 2: *Hunccine hic hominem pati colere juventutem Atticam*, hoc eſt habitare hic. Sic & *cultor* pro incola Juſtino XLIII, I: *Italia cultores primi Aborigines fuere.* Phædrus lib. I. *Sus nemoris cultrix*, quæ in nemoribus habitat. Recondita ſignificatio τȣ̃ *colere*, quam ignorarunt aut librarii, aut editores, locum hunc corrumpendi cauſſa fuit, ut notius *incolendi* ſupponeretur. Inferius recte Ryck. *quaſi portam obſeravit*, quod merito tuetur Salmaſius.

Ibid. *Sic ille quoque ante felix, dignus nunc victoria Pompejus viſus eſt*] Sententia hujus loci eſt inficeta & inſulſa ſi non tranſpoſueris verba, ut a Floro fuerant poſita, & poſtea a librariis labefactata & perverſa. Inepta enim eſt conſecutio: *Ille ante quoque felix dignus nunc victoria videtur.* Si vis Flori manum videre, ſcribe: *Sic ille ante felix Pompejus, nunc quoque dignus victoria viſus eſt.* Nic. Heinſius huic loco ſanitatem redditam eſſe putat ſi ſcribatur: *Pompejus Dis viſus eſt.* Liv. I, 10: *ita deinde Dis eſt viſum.* Naſo: *non ita Dis viſum eſt.*

Ibid. *Mithridatica provincia factus acceſſio*] Ridiculum eſſe mendum Salmaſius ὁ πάνυ ait, & vere ait. Nullam enim commodam ſententiam ex his verbis efficias. Sed nec ejus ratio, qua huic loco medetur, poteſt probari. Reſcribit: *& Mithridatica provincia facta eſt acceſſio.* quæ eſt illa res, quæ facta eſt acceſſio Mithridaticæ provinciæ? Num victoria qua dignus viſus eſt Pompejus? Nemo hoc dixerit. *Nam dignus victoria eſt viſus* ſignificat dignus viſus eſt qui vinceret. Si Florus ſcripſiſſet expeditio in piratas Mithridaticæ provinciæ facta eſt acceſſio, nihil moveremus. Sed verba quæ præcedunt hanc correctionem reſpuunt. Præterea in omnibus libris veteribus *factus eſt* legitur non *facta eſt.* Mihi itaque perſuaſit vir ſummi ingenii & dignitatis Nicolaus Heinſius, intercidiſſe hic voculam culpa librariorum, & forte inſcitia correctorum, legendumque: *& pirata Mithridatica provincia factus eſt acceſſio.* hoc eſt bellum piraticum, quod elegans loquendi genus pluribus aſſeruit in notis nuperrimis ad Vellejum Paterculum. Præter illa exempla in caſtigationibus Vellejanis allata, hæc quoque in epiſtolam ad me datam conjecit. Florus lib. IV, cap. 8. ubi de Sexto Pompejo: *O quam diverſus a patre! ille Cilicas extinxerat: hic ſe pirata navalis agitare.* ita liber Nazarian. Salmaſius, inquit, nec conjecturam ſuam mihi approbat, nec interpretationem de piratis navalibus. Si permittis mihi ut inſeram huic loco τὸ *prædas*, a librario perperam omiſſum, omnia erunt expedita. *Hicce pirata prædas navalis* (pro *navales* antiquo more) *agitare.* Eſt autem

Sallu-

Salluſtianum *pradas agitare*, ut noſti. Reſpexit & illa Lucani ſui Florus, qui eodem modo de hoc ipſo Sexto:

Polluit aquoreos Siculus pirata triumphos.

Pag. 333. *Gratilius*] *I. F. Gronovius legit* P. Atilius.

Pag. 334. *Quicquid piratarum fuit*] Ryck. *quicquid piraticum fuit.* Mox *verſus eſt* & hic codex ignorat, æque ut alii.

Pag. 335. *Quia oppreſſi erant auſi videbantur*] Scribe cum Nic. Heinſio: *quia oppreſſi erant auſuri videbantur.*

Ibid. *Quod ſupplicantium ſignum fuit*] *Fuit* N. Heinſius redundare putat.

Ibid. *Maritimum genus a conſpectu longe removit maris*] Pulchre hujus conſilii rationes reddit Plutarchus in Pompejo, qui ait, Pompejum reputaſſe, hominem natura neque naſci, neque eſſe indomitum animal, ſed efferari, ſi vitiis ſe præter naturam dederit, conſuetudine vero locorumque & vitæ commutatione cicurari, vel belluas uſu victus mitioris feritatem & ſævitiam deponere. Itaque Pompejum conſtituiſſe ſapienter piratas a mari in continentem terreſtrem transferre, & vita illos imbuere humaniore, ſi aſſueſcerent urbes & agros colere.

CAPUT VII.

Pag. 336. *SI vera volumus noſcere*] Ryck. *Si vera velimus noſcere*, & mox, *faviſſe Mithridati videbantur.* N. Heinſius malebat, *ſi vera volumus agnoſcere*, quod ſit, ſi vera volumus fateri.

Pag. 337. *Captivaque corpora religata velis ac funibus pependere*] Huc pertinere videtur fragmentum Salluſtii ex Hiſtor. IV.: *In queis notiſſimus quiſque aut malo dependens verberabatur, aut mutilato corpore improbo patibulo eminus affigebatur.*

Pag. 338. *Deditionem ſuam ad Pompejum abſentem mitterent*] Nicolao Heinſio hoc durius dictum videtur, putatque Florum ſcripſiſſe: *Deditionem ſuam ad Pompejum remitterent.* Negarent ſe alteri, præter Pompejum, dedituros.

Ibid. *Et cum ille res in Aſia gerens, eo quoque præfectum miſiſſet Antonium, in aliena provincia inclytus fuit*] Ryck. *Cum ille rex in Aſia gerens, eo quoque præfectum miſiſſet Antonium, in aliena provincia iratus fuit.* Copula *&* rectius omittitur, ſed *quoque* delendum etiam eſt, pendet alioqui ſententia & repugnant emendate loquentium conſuetudini. Doctiſſimus Rupertus bene tuetur lectionem quam nonnulli libri præferunt: *in aliena provincia irriſus fuit.* Non enim clarus factus fuit in aliena provincia, ſed ludibrio & irriſui ſe expoſuit, ut ex Plutarcho docet. Hæc περικοπὴ igitur ſic refingenda: *Cum ille res in Aſia gerens eo præfectum miſiſſet Antonium, in aliena provincia irriſus fuit*; aut potius pro *Antonium* legendum *Octavium*, ſic enim a Dione

 voca-

vocatur, ut notavit Frienshemius, & a Plutarcho, niſi ipſe Florus eſt hallucinatus.

Ibid. *Laſthene & Panare Cydona ducibus*] Forte *Cydoneis ducibus*, inquit N. Heinſius. Sic *Cydonea pharetra*, *juvenca Cydonea* Naſoni, Maroni *Cydoneum cornu*. deinde pergit: inconcinnum illud *victis victor rediit*, ut expungenda videantur *victor rediit*. Sic totus locus conſtituendus. *In hoſtes jus victoria exercuit, victis Laſthene & Panare Cydoneis ducibus, nec quicquam amplius tamen de tam famoſa victoria, quam cognomen Creticum reportavit*.

CAPUT VIII.

Pag. 339. PEr *idem tempus*] Mallet Lipſius: *per id tempus.*

Subito impetu terruere] Ryck. *ſubito impetu terrere*. poſſis explicare, ſed vulgata vera eſt.

Pag. 340. *Ingenti lapidum ſaxorumque nimbo*] Ryck. *ingenti lapidum ſaxorum nimbo*. Videtur *lapidum* eſſe interpretatio τ῀ *ſaxorum*, & ex margine irrepſiſſe in contextum. Mox idem codex bene, *niſi quem ipſa monſtrante percuſſerit*.

Ibid. *Expertique roſtra, & ipſa venientia*] Τὸ *venientia* corruptum videtur, an *ſævientia* aut *ingruentia*? Sic Nicol. Heinſius.

Ibid. *Dilapſique in proximos tumulos*] Ryckianum codicem qui copulam omittit, hic quoque prætulerim vulgato. ſed & diſtinguendum cum illo. *Clamore ſublato petierunt fuga littora. Dilapſi in proximos tumulos quarendi fuerunt ut vincerentur.*

CAPUT IX.

Ibid. I*Nſulam veteribus divitiis abundantem*] Lipſius ingenioſe legendum conjiciebat, quod & doctiſſimæ fœminarum incidit, *inſulam veteribus deliciis abundantem*. Quia hoc videtur ratio poſcere, quam ſubnectit: *& ob hoc Veneri ſacram*. Nam hæc aſſertio annon claudicabit? *Dives eſt, ideo Veneri ſacra eſt*. Hoc etiam Freinshemius ille pereruditus animadvertit, qui conjicit legendum eſſe & *adhoc Veneri ſacram*. Cui aſſentior, non ſolum quia codicis Ryckiani veſtigia eo ducunt, in quo ſcribitur: *ab hoc Veneri ſacram*, ſed & quia quid *veteres delicia* ſibi velint non intelligo. Si Florus voluiſſet delicias inſulæ laudare, non addidiſſet *veteres*, id enim abſurdum eſt. Nec Romani tam delicias captabant, quam divitias, qui voluptarias poſſeſſiones ſociis relinquebant, utiles vero & fructuoſas ſibi vindicabant. De Romanorum avaritia non repeto querelas quæ apud ipſos Romanos ſcriptores paſſim reperiuntur, & dudum congeſſere belli homines. Non poſſum etiam Ruperti conjecturam hic præterire,

Digitized by Google

terire, qui putat verborum ordinem hujus loci librariorum vitio eſſe perturbatum, qui ſic debeat componi: *Inſulam Veneri ſacram, & ob hoc veteribus divitiis abundantem, Ptolemæus regebat*, quia divitias has Cyprias pepererint anathemata & dona Regum & gentium, quod cum ex Tacito tum aliis ſcriptoribus aſſerit. Non inepte hercle, nec invenuſte. Sed quia tamen a veterum codicum ſcriptura longius abit hæc ſuſpicio, Freinshemianam ſententiam magis probo. Non deliciis inſulæ, ſed divitiis fuiſſe ſollicitatos Romanos ſequentia clamant. Ideo enim divitiarum toties meminit Florus hoc perbrevi capite, ut oſtendat ſolas divitias cauſſam fuiſſe hujus belli. Sic enim rationem init. Quamvis Veneri eſſet ſacra Cyprus, quamvis a Ptolemæo ſocio regeretur, tanta tamen erat divitiarum ejus fama, ut victor gentium populus Romanus qui donare regna conſueverat, illam invaſerit ſine ulla juſta cauſſa, & propter has opes ſocii vivique Regis hereditatem contra jus faſque confiſcarit. Inde majores opes Romanum in ærarium ex hac inſula importatas eſſe ait, quam ullo alio triumpho. Florus hallucinatur. Verius enim Strabo lib. XIV. odio Clodii in Regem Ptolemæum hoc tribuit bellum, qui a piratis captum Clodium noluerit redimere. Quamvis faces populo ad hanc legem jubendam, qua confiſcatio bonorum Ptolemæi mandabatur, ſubdiderit divitiarum fama & cupiditas. Ptolemæus autem iſte fuit Ptolemæi Auletæ, qui & Dionyſius dictus eſt, frater, Ptolemæi Soteris, qui & Lathurus appellabatur, filius. Solebant autem filii natu minores a Regibus Ægypti mitti in Cyprum, ut illam inſulam regerent, cum natu majores Ægypto præeſſent.

Pag. 341. *Sed divitiarum tanta fama erat*] Multis exitio fuerunt nimiæ divitiæ. Philippus apud Stobæum a Byzantiis interrogatus, cur nulla injuria affectus ipſos obſideret, reſpondit ſtolidos eſſe, & ſimiles illis, qui formoſam alterius uxorem frequentius & laſcivius accedentes cur id facerent rogarent.

Ibid. *Victor gentium Populus*] Ryck. *Victor gentium populus Ro.*

Pag. 342. *Quæ res latius ærarium populi Romani, quam ullus triumphus implevit*] Pro *latius* Lipſius *lætius*, perperam. Sed malit Nic. Heinſius *cumulatius aut lautius*. Noſter tamen lib. IV, cap. 2: *ut latius vinceret Cæſar.* ſed ita & *late victor* dicitur.

CAPUT X.

Pag. 343. V*Enere ſedes petitum*] Ryck. cum aliis. *ſedem.* inferius idem quoque codex, *Edui de incurſionibus eorum querebantur*, pro *Hædui*, firmans veram lectionem a Salmaſio revocatam. Sed ejus codicis auctoritate delevi etiam τὸ *enim.*

Pag. 344. *Quaſi greges in ſtabula paſtor deduxit*] Præſtat *reduxit*, ut ſentit N. Heinſius.

Pag.

Pag. 345. *Conjuratione facta invenere legatos*] Lipſius conjecit: *conjuratione facta invaſere legatos*. Mox pro *Dolabella* idem vir magnus cenſet reponendum eſſe *Tito Labieno*, aut errorem ipſius Flori, quod Anna quoque monuit. Sed in loco præcedente N. Heinſius malebat: *circum venere legatos*.

Ibid. *Cottam cum Titurio Sabino legato ibi amiſimus*] Num ſolus Titurius fuit legatus? Nihil ſane aliud hæc verba præ ſe ferunt. Cotta tamen æque legatus fuit ac Titurius. Itaque olim monuit vir ſummus J. F. Gronovius, cujus memoria mihi ſemper erit ſanctiſſima, ut omnibus eſſe debet, quibus interiores litteræ ſunt curæ, legendum eſſe: *Cottam cum Titurio Sabino legatos ibi amiſimus*. Idem in mentem venit N. Heinſio. Ignorarunt interpolatores venuſtum loquendi genus, veteribus frequens; qui Cottam cum Titurio dixerunt pro Cotta & Titurius, ut apud Virg. 1. Æn:

Remo cum fratre Quirinus
Jura dabunt,

Hoc eſt Remus & Quirinus jura dabunt? In Codice Ryck. ſcribitur *Marcum Cottam*.

Ibid. *Nec ulla de rege mox ultio*] Lege: *nec ulla de rege noxa ultio*. *Mox* non poteſt ferri. Nam nulla ſubſecuta eſt unquam ultio, ne ſera quidem, cum *perpetua trans Rhenum fuga latuerit*, ut ſtatim Florus teſtatur. Tacit. XI. annal. 22. *Interea Romæ nullis palam neque cognitis noxa cauſſis Cn. Nonius* (ſic Mediceus liber non *Novius*) *eques Romanus ferro accinctus reperitur in cœtu ſalutantium principem. Nam poſtquam tormentis dilaniabatur de ſe noviſſime confeſſus conſcios non edidit*. Scripſi primo *noxa cauſſis* pro *mox cauſſis*. deinde *noviſſime*; perperam *Novius* iterabatur in vulgatis. *Confeſſus* e codice Rodolphi Agricolæ eſt, cum hiatum hic aliæ membranæ oſtentarent. Poteſt & abeſſe, ut *de ſe noviſſime* referatur ad τὸ *edidit*. Et eſt vocabulum *noxa* Tacito in frequenti uſu. Hanc etiam obſervationem de his Flori & Taciti locis, debes Viro Perilluſtri Nicolao Heinſio, quem & vide de vocabulo *noxa* ad Vell. lib. 1. cap. 10. ubi pluribus in locis eam in *mox* degeneraſſe oſtendit.

Pag. 346. *Num ego me interpono Romanis*] Ryck. *Non ego me interpono Romanis*. Mox idem: *tantus gentis terror in caſtris*, omiſſo *nova*.

Pag. 347. *Cum ſe veluti teſtudine barbarus tegeret*] Hæc quoque N. Heinſio ſuſpecta ſunt, qui ſcribendum judicat: *cum ſe veluti vallatum teſtudine barbarus tegeret*, quia revera teſtudo erat, qua ſe barbarus veluti vallaverat. non longe poſt idem cenſet excidiſſe *viſa* in illis verbis: *Tantum pavoris incuſſit intra ripam ſubito Romana vis viſa*. In libris enim *viſa* non extat abſorptum a præcedente vocula earundem litterarum.

Pag. 348. *Quaſi hic Romanus orbis non ſufficeret*] Sic repoſui

ex

ex codice Ryckiano, qui diſerte ſic ſcribit, ut ſcribendum eſſe vere & εὐστόχως conjecerat Salmaſius. *Romanus orbis* eſt Romanum imperium.

Pag. 349. *Claſſe igitur comparata Britanniam tranſit*] Multa hic reciderunt viri inſignes. Ryck. & ceteri Mſſ. *Britanniam petit. In Britanniam tranſit.* Non nego hic abundare voces, ſed nullas præter *in Britanniam.* Sic enim legendum & diſtinguendum. *Claſſe igitur comparata Britanniam petit. Tranſit mira celeritate.* Huic *tranſit* magiſter adjecerat, in Britanniam, hoc poſtea irrepſit in contextum.

Ibid. *Auctiſque admodum copiis*] delevi *admodum* auctoribus libris, quos Salmaſius vidit, quibus accedit Ryckianus. ſtatim in hoc ipſo quoque legitur *Cavelianis.* Optime Freinshemius: *e regibus Caſſivelauni*, aut *e regibus Caſſivelaunum.* Nam quamvis ipſum Caſſivelaunum non ceperit Cæſar, forte tamen intelligit Florus ducem aut regulum Caſſivelauni, qui Rex regum fuit, quendam. Aut Florus more ſuo hic oſcitavit.

Pag. 350. *Quaſi terrore*] N. Heinſius, ex codice Palatino qui præ ſe fert *nomine adque terrore etiam compoſito*, elicit hanc emendationem: *nomine ad æque in terrorem etiam compoſito*.

Pag. 351. *Conciliabulis*] Recepi hanc lectionem, quam Ryck. & omnes melioris notæ codices tuentur cum Salmaſio; rejecto correctorum *comitialibus* ſubſtituentium commento. Sed pro *frequentiſſimos* legendum *frequentiſſima.* Aut ſi *comitialibus* retineas, videtur ſcribendum: cum *frequentiſſimos in lucis ageret.* Nam *agere diem feſtum* frequens, non vero *habere diem feſtum.* Sic *agere conventum* inferius lib. IV, I.

Ibid. *Sed ille qualis erat ad nuncium rei feliciſſimæ temeritatis*] Hujus etiam loci reſtitutio veriſſima debetur magno doctori noſtro Gronovio, qui pulchre vidit legendum eſſe; *Sed ille qualis erat ad nuncium, (rem feliciſſimæ temeritatis!) per invios ad id tempus montium tumulos. Qualis erat ad nuncium*, eſt quo in habitu erat cum nuncius conjurationis Gallorum ad ſe perferretur. *Qualis erat* eodem ſenſu ponitur ac illud *ſicut erat*, *ut erat.* Sed *rem feliciſſimæ temeritatis!* interpoſuit Florus admirans, ut ſæpe ſolet in admiratione, omiſſis tamen exclamandi particulis, proh! o! Inferius cap. 21. *Nam Sulmonem vetus oppidum ſocium atque amicum (facinus indignum!) nondum expugnatum.* Et cap. 3. *quo (fidem numinum!) prælio oppreſſit.* Et I, II: *Sic expeditione finita rediit ad boves rurſus triumphalis agricola, (fidem numinum!) qua velocitate?* Exempla plura legenti hunc ſcriptorem occurrent paſſim. Nic. Heinſius præterea in ſequentibus *vias* delendum vidit, & legendum: *per invios montium tumulos; intactas nives expedita manu emenſus. vias* natum cenſet ex *invios* præcedenti: *intacta nives* ubique apud poëtas occurrere. Mart.

Et toga non tactas vincere juſſa nives.

Sic

Sic Heinſius. & recte. Nam *emetiri terras*, *montes* Latine ſcientes dicunt, *emetiri per loca* quid ſit nemo intelligit. Recte Palat. ſecundus: *per intactas nives expedita manu emerſus*, quod probat & pluribus vindicat Freinshemius, quem vide.

Pag. 353. *Habes inquit, fortem virum vir fortiſſime, viciſti*] Huic loco ſanitatem reddidit Rupertus. qui accurate hæc verba legit, facile deprehendet, valde frigere τὸ *habes*. Quis enim hac voce ſic poſita utitur, non addito quid habeat? Dein quam nullum acumen in hac ſententia habes meas phaleras & arma. Legendum itaque ut vir ille doctiſſimus præcepit, *Habet. Fortem virum vir fortiſſime viciſti.* Idem eſt *habet* τῷ victus eſt. Noſti illud Comici *Habet. captus eſt.* Proprie dicebatur de gladiatoribus, qui vulnerati erant. Ad τὸ *habet* enim intelligitur *vulnus*, quod elegantiores non ignorant, & pluribus docet Donatus ad Terentium. Transfertur deinde ad illos, qui aut ipſi fatebantur ſe periiſſe, & in grave malum incidiſſe, aut quibus exprobrabatur hæc calamitas ab aliis. Senec. Herc. *Habet, peractum eſt, quas petis, pœnas dedit.* Virg. XII. Æn.

At fervidus advolat haſta
Meſſapus, teloque orantem multa trabali
Deſuper altus equo graviter ferit, atque ita fatur:
Hoc habet, hæc melior magnis data victima divis.

Vide ibi Servium. Prudent.

Hoc habet, exclamat victrix Regina,

Quem locum perperam ſolicitant. N. Heinſius malebat: *Habe inquit*, ſcilicet arma projecta. ut apud Maronem:

Arma quibus lætatus habe tua.

CAPUT XI.

Pag. 354. T*Ribunus Metellus*] Hic aut denuo impegit Florus, aut ſcribendum *Ateius*, ut Freinshemius oſtendit.

Ibid. *Cum Zeugma tranſiſſet*] *Cum ad Zeugma tranſiſſet.* paullo poſt Ryck. *Maſſara Syro.*

Pag. 355. *Apud Nicephorum*] lege: *Nicephorium*, ut vidit Vinetus. Vide Plin. VI, 26. poſtea *Conſtantina* dicta teſte Stephano de Urbibus.

Pag. 356. *Undique hoſti exponeretur*] Cur non *exponitur* ſcripſit Florus? Sic ſane ſcribendum erat. ſed excidit particula, quam ex Ryck. repone, ut verba hæc integrentur: *ut undique hoſti exponeretur.* Sic enim ſcripſit Florus: *dum in mediam camporum vaſtitatem eodem duce ductus exercitus, ut undique hoſti exponeretur.*

Pag. 357. *Sic miſerabili ſtrage deletus exercitus*] Ryck. *Sic proh! miſerabili ſtrage deletur exercitus.* dein idem: *in Armeniam, Ciliciam, Syriam diſtracta*, ſine copula.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. *Caput ad Regem reportatum*] Quando fuit ablatum ut reportandum fuerit? Optime Ryck. *Caput ad Regem deportatum.* Sic *deportare victoriam* veteres dixerunt, pro quo vulgus nunc *reportare victoriam.* Ceterum cum hic de ludibrio capitis Craſſi reciſi loquatur Florus, nullus dubito quin verba, quæ paullo ante præceſſerunt, *ſic quoque relatum caput ludibrio hoſti fuit* a mala manu fuerint inſerta loco valde alieno, eaque ſint delenda.

Ibid. *In rictum oris infuſum eſt.*] Ryck. *in rictum oris effuſum eſt.* forte, *offuſum eſt.*

CAPUT XII.

Pag. 359. ARmenios & Britannos] Ryck. *Armenos & Britannos.*, ut a Germania Germanus, ſic ab Armenia Armenus.

Ibid. *Ac neſcio an ſatius fuerit populo Romano Sicilia & Africa contento fuiſſe*] Egregie in hanc ſententiam ipſa Roma apud Claud. de bello Gildonico:

Heu proſpera fata!
Quid mihi ſeptenos montes, turbamque dediſti
Quæ parvo non poſſet ali? felicior eſſem
Auguſtis opibus. mallem tolerare Sabinos
Et Vejos. brevior duxi ſecurius ævum.
Ipſa nocet moles. utinam remeare liceret
Ad veteres fines, & mœnia pauperis Anci.
Sufficerent Etruſca mihi, Campanaque culta,
Et Quincti Curiique ſeges, patriaque petenti
Ruſticus inferret proprias dictator ariſtas.

Hinc & Nazar. in Paneg: *Quo major Roma, eo miſerabilior.*

Pag. 360. *Quam luxu fecerat*] Sic in omnibus libris calamo exaratis & omnibus excuſis haberi Salmaſius prodit. Ryckianus tamen cum pleriſque editionibus: *quam luxus fecerat.* Nec tamen hunc librum tot aliis obduco; ſed hæc noto ut cognoſcatur vulgatam lectionem non tam ex editorum ingenio profectam eſſe, quam ex libris nonnullis vetuſtis, quos tamen illis non præfero.

Ibid. *Unde regnaret judiciariis legibus divulſus a Senatu eques*] Optime Freinshemius ex editione vetere repoſuit *regnaret*, cum in omnibus aliis editionibus, & Mſſ. ſicut & in Ryckiano, peſſime legeretur *regnare.* Reliqua ex veteribus membranis bene conſtituit Salmaſius, cui adſtipulantur Ryckianæ.

CAPUT XIII.

Pag. 363. R*Ecipere plebem jus ſuum*] Quodnam erat illud jus, quod eripuerant plebi nobiles? Agri & poſſeſſiones

nes qui jus poſſint dici, quamvis jure habeantur, equidem nullus video. Hoc & Fridericus Gronovius plurimos ante annos recte obſervavit, ac cenſuit ſcribendum eſſe: *recipere plebem rus ſuum*, hoc eſt ſuos agros. Agit enim de legibus agrariis. Inferius in hoc capite: *reduci plebs in agros unde poterat ſine poſſidentium everſione?* cap. ſequ. *quia depulſam agris ſuis plebem miſeratus eſt.* Nicolaus Heinſius ejuſdem eſt ſententiæ, ſed præterea recte vidit aliquid excidiſſe, ac forte Florum reliquiſſe: *rus ſuis poſſeſſum a patribus.* quod valde blanditur. Non enim ſoli patres tenebant avitas plebis poſſeſſiones, ſed & equites, & multi opulenti homines plebei. & *patribus* eſt a majoribus ſuis.

Pag. 364. *In exitium ſuum merces erat*] Cujus rei erat merces? Scribe: *in exitium ſuum ſui merces erat*, ut Petronius de eadem re: *Roma ipſa ſui merces erat.* Ipſa reſpublica præda erat illorum, qui eam diſtrahebant. Alterum *ſui* deglutierat quod præcedebat *ſuum.*

CAPUT XIV.

Pag. 367. N*E populus gentium victor*] Ryck. *ne populus Romanus gentium victor.* Inferius idem: *cum Capitolium profugiſſet.* & tandem in fine capitis: *quaſi jure occiſus eſt*, alii *oppreſſus eſt.*

Ibid. *Quacunque mente rem auſus ingentem*] Huic loco laboranti interpunctione vitioſa ſanitatem reddidimus.

CAPUT XV.

Pag. 369. J*Amque nimius & potens altero tribunatu*] Præclare Nicolaus Heinſius monuit legendum eſſe: *Jamque nimius & impotens altero tribunatu.* Vell. II, II. de Mario: *Immodicus gloriæ, inſatiabilis, impotens, ſemperque inquietus.* Apud noſtrum lib. I, 23. *Prima diſcordia ob impotentiam fœneratorum.*

CAPUT XVI.

Pag. 372. I*N familiam ipſe ſe adoptabat*] Lipſius malebat: *in familiam ipſe ſe adoptarat.*

Pag. 373. *Directa in foro acies*] Ryck. *directa in foro acie.* Paullo poſt: *Tum vero conſpiratione Senatus.* Sic Lipſius ſcribendum cenſuit deleto τὸ *jam.*

CAPUT XVII.

Pag. 375. P*Eculabantur ſuo jure rempublicam*] Hoc eſt corripiebant & furabantur pecuniam publicam, nemine impe-

impediente. Superius lib. 1, 17. *Captiſque ſuperioribus jugis in ſubjectos ſuo jure detonuit.* ubi vide quæ notavi.

Pag. 376. *Unde & nata Livio Druſo æmulatio acceſſerat*] Mirum hoc ulcus intactum reliquiſſe tot eruditos editores qui huic ſcriptori tantum olei operæque impenderunt. Sane ſi attendiſſent, non potuiſſent non improbare genus loquendi Latinis auribus inauditum. Quis enim conjungit hæc, *ex his rebus nata Livio Druſo æmulatio acceſſit.* Aut quis dicit *huic ex hac re nata acceſſit æmulatio?* Nullus dubito quin *acceſſerat* ſit interpretatio τ *nata*, quæ ex margine a magiſtro adſcripta intruſa eſt in contextum, ex quo, ſi ſalvum velimus Florum, ejicienda eſt, legendumque: *In hoc ſtatu rerum pares opibus, animis, dignitate (unde & nata Livio Druſo æmulatio) equitem Servilius Cæpio, Senatum Livius Druſus aſſerere.* Sæpius ſcioli & indocti voces quaſdam interpoſuerunt, ut & aliis in locis oſtendimus, & in hoc ipſo capite non unum exemplum occurrit. Nicolao Heinſio, quo cum de hoc loco egeram, commodius videbatur, ſi τὸ *acceſſerat* mutaremus in *exarſerat* interjecto τῷ *&*, nec tamen prorſus neceſſarie. Legebat igitur: *Unde & nata Livio Druſo æmulatio exarſerat. Tanta exarſit ambitio* apud Liv. III, 33.

Ibid. *Signa, aquilæ & vexilla aderant: Ceterum ſic urbe in una quaſi in binis caſtris diſſidebatur*] Quid hic *ceterum?* Hac vocula utuntur cum ad aliam narrationem tranſeunt, non in eadem periodo, de eadem re loquentes. Si illam expunxeris, Floro ſua conſtabit integritas. Ideo ſigna, *aquilæ, & vexilla aderant* ut in urbe pugnarent æque ac in campo de principatu. Equidem *ceterum* hic alienum eſt.

Ibid. *Reos ambitus Scaurum & Philippum principes nobilitatis elegit*] Nec hoc fert Latina lingua *reum eligere.* Rectius editiones nonnullæ: *reos egit.*

Pag. 377. *Plebem ad ſe Gracchanis legibus, eiſdem ſocios ad plebem ſpe civitatis erexit*] Pal. & Ryck. *Plebem ad ſe Gracchanis legibus evocavit, ſocios ad plebem ſpe civitatis erexit.* Damnat hanc lectionem maximus virorum Salmaſius, & vulgatam non eſſe ſollicitandam præcipit. Inviti diſſentimus ab eruditorum Principe. Sed lectio vulgata quid ſibi vult? Quid eſt *ad ſe plebem erigere*; & *ſocios ad plebem erigere?* quis ita loquitur? Vidit Lipſius etiam abſurditatem hujus ſcripturæ, qui olim in cathedra Leidenſi monuit in vetere ſuo libro pro *eiſdem* ſcribi *advocavit*, & pro *erexit* legendum eſſe conjicit *allexit.* Sed Ryckianus & Palatinus veram nobis ſcripturam ſervarunt, priorum dumtaxat verborum. *Evocare ad ſe plebem* eſt concitare ſeu perpellere plebem ad arma capienda nullo habito delectu. Nam hæc proprie dicitur evocatio, ut de tumultu, cum, ut notat Donatus ad Eunuchum Terentii, *Dux alloquitur cives: Qui rempublicam ſalvam eſſe vultis me ſequimini.* Veterani etiam, qui ſine

tumultu

Digitized by Google

tumultu ſollicitantur a ducibus, & ex agris ad arma vocantur, non conſcribuntur, evocati dicti ſunt. Suet. Aug. 56: *Adfuit & clientibus, ſicut ſcutario cuidam, evocato quondam ſuo, qui poſtulabatur injuriarum.* Sed evocatos quis ignorat? Cic. pro Rab. *De te ipſo, inquam, Labiene, quaero, cum ad arma Conſules ex ſenatusconſulto evocaſſent.* ſic enim recte ibi veteres libri. Hinc & ab hominibus ad res transfertur. Cic. de fin. *probitatem praemiorum mercedibus evocatam.* Id. x. ad Att. 8: *Sed ſuper hac re nimis; ne meam ipſe συμπάθειαν jam evocem.* Totum itaque locum ſic conſtituendum puto: *Plebem ad ſe Grachanis legibus evocavit, eiſdem ſocios ad ſpem civitatis erexit.* cap. ſequ. *ad quam ſpem eos cupidine dominationis Druſus erexerat.* Cum excidiſſet in nonnullis libris vox *evocavit*, labes illa ſecuta eſt, conjunxerant tum *erexit ad ſe plebem*, inde neceſſario inſerendam eſſe crediderunt vocem, ut poſteriora verba prioribus reſponderent, ad quam etiam ſocios erigerent; Nullam autem invenerunt aptiorem ut poſteriora verba prioribus reſponderent, quam quae in ſuperiore verſu legebatur, *plebem*. hoc ſenſu, niſi fallor, ad plebem aggregabat ſocios ſuis legibus Grachus, ſed inepte hercule, & perquam abſurde. *evocavit* probat quoque N. Heinſius, ſed ſequentia hoc modo refingit: *eiſdem ſocios ad plebem additos ſpe civitatis erexit.* τὸ *additos* nimirum vult inſeri, quod exciderit.

Ibid. *Aderat promulgandi dies*] Errat Florus. Non promulgandi, ſed rogandi ſeu ferendi legem dies aderat. Promulgata jam antea lex erat. Mox merito inſolentiae accuſant hoc loquendi genus *obrogare de legibus*, omnes enim ſcriptores idonei, & ipſe Florus alibi mavult *obrogare legibus.* Nam *obrogare legi* eſt & legem priori legi contrariam ferre, ut *obducere alicui alium.*

Pag. 378. *Socii flagitavere*] Ryck. ut optimae membranae aliae: *ſocii flagitare.*

CAPUT XVIII.

Pag. 379. S*I verum tamen volumus*] Aliquid deeſt, opinione N. Heinſii. Forte addendum *noſcere*, ut ſuperius cap. 7.

Ibid. *Itaque cum Tuſcia civitates quas viribus auxerant ſocii, juſtiſſime poſtularent.*] Haec in pleriſque editionibus ſic leguntur ſine ſenſu, etiam in recentiſſimis Amſterodamenſibus. Stadius bene reſtituit: *Itaque cum jus civitatis, quam viribus auxerant, ſocii juſtiſſime poſtularent.* quod merito in ſuam quoque recepit Freinshemius. N. Heinſius in *Tuſcia* praeterea latere putat *ejus*, ſcribitque: *Itaque cum jus ejus civitatis, quam viribus auxerant.* Viri illuſtris ſententiam firmat Vellejus de eadem re loquens II, 15: *Quorum ut fortuna atrox, ita cauſſa fuit juſtiſſima, petebant enim eam civitatem, cujus imperium armis tuebantur.*

Pag.

Pag. 380. *Contra matrem ac parentem ſuam urbem*] Ecquod diſcrimen inter *matrem ac parentem?* Perinde eſt ac ſi dixiſſet *contra patrem & parentem ſuum conſurrexit.* Non poſſum in animum inducere tam ineptæ ταυτολογίας Florum reum eſſe, & quidem in tanta brevitate. Ne dicam duram admodum ἐπεξήγησιν eſſe: *contra matrem ſuam urbem.* Fallor aut Florus ſcripſit: *contra matrem ſuarum urbium*, ut ſuperius, hoc eſt contra metropolin Italiæ, cap. 7. hujus libri: *urbium matrem Cydoniam.*

Ibid. *Umbros totus ſenatus & conſules*] Sic Ryck. & omnes Mſſ. poſſis explicare conſules & ſenatus ille, quem Corfinii ex ſuo corpore crearunt. Sed merito hunc locum mendi ſuſpectum habuerunt viri doctiſſimi, Joannes Freinshemius, Tanaquillus Faber, & ante utrumque Juſtus Lipſius. Faber conjecit legendum eſſe: *Vettius Cato Samnium:* Lipſius vero: *Titus Egnatius Etruſcos.* Hic quidem proxime libros. Sed unde exſculpſerit prænomen *Titi* non exputo. Nam ab aliis omnibus vocatur Marius Egnatius, qui Venafro per proditionem capto duas Romanorum cohortes delevit. Et ſic forte legendum: *Marius Egnatius Etruſcos.* Nobiliſſimum ſane hoſtium ducem vocat epitome Livii lib. xxv. quem non credibile eſt Florum præteriiſſe ſilentio, cum ignobiliorum nomina prodiderit. Etruſcos tamen ſunt qui civitate donata Romanorum a partibus ſtetiſſe tradant, ſed aliter ſenſit Florus. Hinc inferius: *Cato diſcutit Etruſcos.* Ceterum Faber vidit *ut* non ſuo loco poni in editis, recteque cenſuit ſcribendum: *ut cum regum & gentium arbiter populus ipſum ſe regere non poſſet, victrix Aſia Europaque a Corfinio Roma peteretur.* Aliter hunc locum etiam conſtituit Rupertus, ſed ſagax hic non fuit.

Pag. 383. *Ecce Carſeoli, reſerata, Nuceria, & Picentia*] Ryckianus liber firmat Salmaſii emendationem quam recepi. In eo enim ſcribitur: *Ecce Carſeoli, reſerare Nucerie, Picentia.* copula etiam in hoc libro, quæ præcedit in editis τῷ *Picentia* melius omittitur.

Ibid. *Miſerabili funere mediam etiam urbem perviam fecit*] Hæc eſt librorum veterum ſcriptura, niſi quod pro *funere* in Ryck. *fune* & pro *etiam*, *&* habeatur, unde non nemo ſuſpicetur legendum eſſe *fine* pro morte. Sed nihil novandum. Ingenium Lipſii laudo, Florum tamen ſcripſiſſe puto: *Miſerabili funere per mediam etiam urbem viam fecit*, hoc eſt ſuo funere per mediam urbem ſemitam fecit quaſi cruentam. Sanguinis in vias, per quas deportabatur, ex cadavere delapſi veſtigia, viam vocat, inepta quidem κακοζηλία, ſed quæ tamen ab ingenio Flori non eſt aliena. Germana huic κακοζηλία eſt in lib. 1, 14: *In confertiſſima ſe hoſtium tela jaculatus, novum ad victoriam iter ſanguinis ſui ſemita aperiret.*

Pag. 384. *Manibus tot exercituum conſularium, direptarum-*

que urbium diis litaretur] Ryck. *Manibus tot exercituum, conſulum, direptarumque urbium diis litaretur.* quod ex ſuis quoque libris probarant Salmaſius & Lipſius; qui præterea cenſet primam ſequentis capitis vocem huc revocandam eſſe, & ſcribendum: *direptarumque urbium diis litaretur utcunque.* εὐςόχως.

CAPUT XIX.

Pag. 385. U*Tcunque etſi cum ſociis, nefas! cum liberis tamen & ingenuis dimicatum eſt*] Ryck. *Et cunque & cum ſociis.* Sed æque hæc mendoſa ſunt ac edita. Quis hic locus eſt τῷ *utcunque?* Quid ſibi vult *utcunque dimicatum* eſt? Non ſane utcunque, ſed acerrime dimicatum eſt. Si ſcripſiſſet Florus, poſſet utcunque ferri bellum iſtud; quod etſi cum ſociis, nefas! cum liberis tamen geſtum eſt, non hæreremus. Sed hanc ſententiam ex his verbis nullis fidiculis extorqueas. Itaque Lipſio conſentio, qui hanc vocem ad finem præcedentis capitis rejicit, ut ibi notavi.

Pag. 386. *Civium Romanorum*] Firmat hanc lectionem Ryckianus. Mox vero Lipſius *Hinc ad cultum agri* pro vulgato *hic ad cultum agri.* hoc eſt, ideo in illa feraci terra multa habebant ergaſtula & mancipia Romani. Dein pro *mox jure belli* Ryck. *ex hoc jure belli.* quod non improbem. Primo collegit fanaticis illis ritibus duo millia hominum, ex illo tempore tanquam imperator exercitus jure belli refregit ergaſtula. Sibi arrogabat imperatoriam dignitatem ac jus belli. Eſt & hoc inter obtuſiora Flori acumina. ſed vulgata quoque ferri poteſt.

Pag. 387. *Caſtra prætorum, nec nominare ipſos pudebit, caſtra Manilii, Lentuli, Piſonis, Hypſæi*] Non opus eſſe ut *caſtra* poſteriore loco repetatur, jureque eam vocem perperam iteratam eſſe adſentior Nicolao Heinſio.

Ibid. *Per fugitivarios diſtrahi*] Sic Ryck. & omnes veteres libri & editiones ante Freinshemianam. Illa prima & recte quidem, ſive ex ingenio, ſive ex libro quodam, nam mutationis nulla in notis mentio, *retrahi* habet.

Pag. 388. *Tandem Perperna imperatore ſupplicium de eis ſumptum eſt*] Satis frigida periodus, inquit N. Heinſius. Aut fallor, aut Florus voluit, *ſupplicium, ut de reis* (vel *de reis*) *ſumptum eſt.* Sequentia id evincunt, & ſic ſub finem capitis forte reſcribendum putat idem, *circa deprehendendum reum multitudo contendit.* Claud. de Maximo & Eugenio tyrannis a Theodoſio Magno victis:

Damnat voce reos, petiit quos Marte tyrannos.

Ibid. *Quum fame quaſi peſtilentia conſumſiſſet*] Si Florus ita ſcripſit, putide ſcripſit. Sed malunt eruditi viri librariis hoc adſignare. Lipſius ſuſpicatur legendum eſſe: *qua fame, qua peſti-*

lentia

lentia conſumſiſſet. Tanaquillus Faber: *quum fame, ex qua peſtilentia, conſumſiſſet.* quod minus recedit a libris veteribus.

Ibid. *Reliquias compedibus & catenis religavit*] Copulam, quam recentiores edd. interpoſuerunt, ignorant omnes veteres libri tam editi quam manu ſcripti. Vereor ut compedibus ſit interpretatio ℣ *catenis*, & ex margine irrepſerit in contextum. Hinc *catenatos cultores*, ſuperius dixit mancipia, quæ in ergaſtulis cuſtodiuntur.

Pag. 389. *Cum ſtatim a ſervis & a Syro reditur ad Cilicem*] Non integrum eſſe hunc locum obſervavit N. Heinſius. Nulli enim hic exprimuntur, ad quos redibatur. A Syro quidem ad Cilicem reditur, ſed a ſervis ad quos reditum fuit? Opinatur inde vi ſententiæ adactum Florum ſcripſiſſe: *Cum ſtatim a ſervis ad ſervos, & a Syro reditur ad Cilicem.*

Pag, 390. *Suppliciorum metu*] Sic & Ryck. quod merito probavit Freinshemius. ſed quia in Nazar. *ac* interſeritur, Salmaſius & N. Heinſius collegerunt ſcriptum fuiſſe a Floro: *ſuppliciorum metu acti.*

Ibid. *Dum circa deprehendendum eum multitudo contendit*] Ryck. & alii Mſſ. *dum circa ad deprehendendum eum multitudo contendit.* Quod non fuit repudiandum. *Circa deprehendendum aut capiendum contendere* Latinis ignotum eſt. *Circa aliquem eſſe, circa ſe habere* bene dicitur, ut & *circa aliquem pugnare.* Sed *circa aliquem capiendum, occidendum contendere*, non admittit purior ætas Latinæ linguæ. Veterum itaque librorum ſcriptura retinenda eſt. *Circa* abſolute ponitur, pro circa eum, ad eum capiendum. Liv. IX. *Nam & circa omnia defecerunt unde ſubvehi commeatus poterat.* Inferius IV, cap. 12. ex emendatione noſtra, & Nicolai Heinſii: *Natura regionis circa omnis aurifera.* de quo loquendi genere plura notavit vir ſummus in notis ad Vellejum Paterculum. *Deprehendere* vero eſt ſubito & inopino aliquem opprimere, non capere in prælio, ut ſciunt Latine docti. Legendum itaque aut cum Lipſio *adprehendendum*, aut cum Tanaquillo Fabro, *prehendendum*, quod in membranis Lipſius invenerat.

CAPUT XX.

Pag. 391. N*Am & ipſi per fortunam in omnia obnoxii*] Lipſius *& ipſi* volebat expungi. T. Faber malebat: *Nam etſi ipſi*; ex utriuſque ſententia vera ſcriptura confi itur. *Etſi* ſcribendum, oſtendit quod ſequitur *tamen.* Sed offendit aures & ſententiam hoc *ipſi* iſto quidem in loco Sine ullis ſalebris fluet oratio ſi ſcripſeris: *Nam etſi per fortunam in omnia obnoxii, tamen quaſi ſecundum genus hominum ſunt.* Sic Florum ſcripſiſſe puto. *Per fortunam in omnia obnoxii* non eſt ſollicitandum. hoc

 enim

enim dicit Florus etſi fortuna eos addixit ſervituti, per quam omnia coguntur ferre, ac omnes pati injurias ac contumelias, ſunt tamen homines, licet deteriores. Phædrus:

Servitus obnoxia
Quia quæ volebat non audebat dicere,
Affectus proprios in fabellas tranſtulit.

Secundum genus hominum ſunt homines inferiores, & quaſi deterioris notæ. Sicut apud Heſiodum in ἥρωες δεύτεροι δαίμονες, quos Seneca ep. cx. vocat *inferioris notæ: Unicuique noſtrum pædagogum dari Deum, non quidem ordinarium, ſed hunc inferioris notæ, ex eorum numero, quos Ovidius ait de plebe Deos.* Idem Seneca ep. 92. hominem vocat animal pulcherrimum & *diis ſecundum.* vide quæ de hoc loquendi genere notavi in lectionibus Heſiodeis.

Ibid. *Hi peſſimam auxere ludibrio calamitatem*] Fatua eſt ſententia horum verborum. Recte monuerunt Freinshemius, Virdungus, T. Faber, legendum eſſe *hi peſſima, auxere ludibrio calamitatem.* Id quoque vidit olim J. Lipſius.

Pag. 391. 392. *Cum triginta amplius ejuſdem fortunæ viris*] N. Heinſio non placet *viris.* Mſſ. *ludis.* forte *propudiis*, quo vocabulo Plautus, Petronius, alii utuntur. Certe, addit, latet quid contumelioſæ vocis, quod ex præcedentibus ſatis liquet. Ne illud quidem mox ei placet: *prima velut ara viris mons Veſuvius.* Malit *ara juratis*, pro conjuratis, ut apud Naſonem:

Primaque juratis induis arma viris.

Pag. 392. *Serviſque ad vexillum vocatis*] Ryck. ut multi alii: *Serviſque ad vexillum & auxilium vocatis.* Unde Johannes Fridericus Gronovius perquam ſollerter colligebat Florum dediſſe: *ſerviſque ad vexillum & pileum vocatis*, hoc eſt ad libertatem. *Sueton. Tib. 4. ſerviſque ad pileum fruſtra vocatis in Siciliam fugit.*

Pag. 393. *Prima velut arena*] Sic contra librorum omnium fidem edidit Freinshemius conjecturæ ſuæ plus juſto tribuens. Non eſt codicum antiquorum & ſimul editorum lectio hic interpolanda. Eleganter Veſuvium, in quem ſervi fugitivi ſe receperant, vocat aram. ſolebant enim ſervi cum graviter deliquiſſent ad aras fugere. Plautus Rudente III, 3.

TR. *Ne, inquam, timete, aſſidete hic in ara:* AM.
Iſtæc quid ara
Prodeſſe nobis plus poteſt, &c.
TR. *Sedete hic modo: ego hinc vos tamen tutabor.*
aram habete hanc
Vobis pro caſtris.

Crebra exempla apud Comicos occurrunt. Hinc *aram ſibi parare* de ſervo apud Teren. Heaut. v. 2, 22. eſt ſuffugium. & ad alia quoque transfertur, ut quodvis ſit perfugium. Ovid. v. Triſt. el. 7.

Quæ

Qua patuit dextra firma ſit ara mea.

Cic. v. Verr. *Hic locus eſt igitur unus quo perfugiunt, hic portus, hæc arx, hæc ara ſociorum.* Florus dicit Veſuvium fuiſſe velut primam aram; primum locum perfugii, in quem ſe receperint illi ſervi fugitivi, ad pileum & vexillum vocati. Nic. Heinſius malit: *Prima velut arx furoris*, Liv. VII, 34: *Conſpicit unum editum in ſaltu collem, & videſne tu cacumen ſuper hoſtem? arx illa eſt ſpei ſalutiſque noſtra.*

Pag. 393. *Exitu invio*] Nazar. *exitu in uno.* Cur damnamus? τὸ *in* eleganter redundat. *exitu uno* una eruptione. *in unum exitum ſpectans.* Cic. de Orat. etſi diverſa non nihil ſententia.

Pag. 394. *Inde alia caſtra. Deinceps Coram totamque pervagantur Campaniam*] *Deinceps Coram* depravata eſſe pridem viderunt homines politi. Ryck. & alii cum multis edd. *Deinceps Thoram* J. Lipſius ſuſpicabatur. *Inde alia caſtra Varinii, totamque pervagantur Campaniam.* Cum *Cora* ſit Urbs Volſcorum in Latio, quo non pervenit Spartacus, ſcribendum *Deinceps Coſam.* Ea enim eſt Urbs Campaniæ, cujus meminit Vell. Paterc. II, 16. Strab. V. Recte vero, qui ex libris retinent *Luceriam.* Nam Nuceria eſt in Samnitibus, Luceria in Campania.

CAPUT XXI.

Pag. 397. UT *jam ipſe intra ſe parricidale bellum ſtringeret*] Mirificum loquendi genus *intra ſe bellum ſtringere*, quod dudum advertit doctos editores & interpretes. Aſſentior Lipſio qui Lugduni olim monuit legendum eſſe: *ut jam in ſe parricidale ferrum ſtringeret*, quod & N. Heinſio placebat. aut: *ut jam contra ſe parricidale ferrum ſtringeret.* Decus ſui ſexus Anna Tanaquilli filia vidit etiam *ferrum* eſſe legendum. Ryck. Mſ. *paricidiale*, ſed ſcribendum *parricidale* ut Salmaſius, Sirmondus aliique viderunt. Sicut enim a conjugium eſt conjugalis, a convivium convivalis, ſic a parricidium parricidalis. Mox *ſuis* παρέλκει & delendum eſt in his verbis, *cives cum civibus ſuis gladiatorio more concurrerent.* Multis multorum ſcriptorum locis hoc vocabulum infarſerunt ex idiotiſmo linguarum, quæ vernaculæ fuerant librariis Florum deſcribentibus. In lib. IV, cap. 5. legitur: *Lepidus L. Paullum fratrem ſuum proſcripſerit.* Ubi recte Nicolaus Heinſius vidit *ſuum* redundare.

Ibid. *Quum vero*] Pendet ſententia. Aut *tum* ſcribendum cum Anna & Lipſio, aut *jam* cum Freinshemio, aut cum editionibus antiquioribus, ſic diſtinguendum: *quum vero, pro facinus! qui viri! qui imperatores! decora & ornamenta ſeculi ſui, Marius & Sulla peſſimo facinori ſuam etiam dignitatem præbuerunt, tribus, ut ſic dixerim, ſideribus agitatum eſt.* Verum qui genium Flori novit, facilius credet aliquid hic excidiſſe librariorum culpa, cujus criminis jam ſæpius ſunt convicti.

Digitized by Google

Pag. 398. *Geminum agmen urbi infudit*] Ryck. ſuavius: *Geminum urbi infundit agmen.*

Pag. 399. *Objeciſſent catervas*] Ryck. *objeciſſent catenas.*

Ibid. *Qua Pœnos quoque, Gallos etiam Senones*] *Quoque* valde friget, & non eſt a Flori manu. Probo Palatini ſecundi ſcripturam, *qua Pœnos, quaque Gallos etiam Senones evaſerat.*

Ibid. *Quaſi captivam victor inſedit*] Lege ex Ryck. *Quaſi captivam victor incendit.* Nam Capitolium bello hoc civili Sullano incendio periiſſe, non tam juſſu Sullæ, quam cuſtodum negligentia conſtat ex monumentis antiquis, quamvis ſunt qui Sullæ culpam hujus incendii tribuerint.

Pag. 400. *Ni cauſſam ſuam ſævitia corrumperet*] Bene Ryck. *ni cauſſam ſuam ſævitia corrupiſſet.*

Pag. 401. *Cæſar & Fimbria in penatibus domorum ſuarum trucidantur*] Conjecerat Salmaſius: *Cæſar a Fimbria in penatibus domorum ſuarum trucidatur.* Et ſic clare Ryck. niſi quod retineat *trucidantur*, unde liquet ſcribendum: *Cæſares a Fimbria in penatibus domorum ſuarum trucidantur.* Nihil verius. id ſignificant etiam Palatini codd. in quibus pro *Cæſares a Fimbria* legitur *Cæſi a Fimbria.* Lipſius quoque in iſta fuit ſententia, ſcribendum *Cæſares a Fimbria. Cæſares* ſcribendum eſſe vidit & And. Schottus. Ceterum *in penatibus domorum ſuarum trucidari*, quam bene, & quam Latine dicatur viderint alii. *In penatium conſpectu aliquem necare, ante ſuos lares familiares alicui manus afferre*, ſcio ſcriptoribus ab idoneis dici. Sed *in penatibus occidi*, perinde eſt ac ſi dicerem *in Jove, in Junone* occidi, pro in cœlo aut aëre. Itaque ſcribendum cenſeo *in penetralibus domorum ſuarum.* Horat. IV, 4. *Senſere, quid mens rite, quid indoles Nutrita fauſtis ſub penetralibus poſſet.* Idem II, 13: *illum & parentis crediderim ſui Fregiſſe cervicem, & penetralia Sparſiſſe nocturno cruore Hoſpitis.*

Pag. 402. *Catulus ſe ignis hauſtu*] Non unum Jovianum, præter Catulum, ſed plures alios prunæ ſuffocarunt. Inſcriptio antiqua apud Gruterum: D. M. L. ÆMILI. VICTORIS. QUI. PRIDIE. NATALEM. SUUM. VICESIMUM. ET. SECUNDUM. PRUNA. IN. PENSILI. POSITA. URGUENTE. FATO. SANUM. IPSE. NECAVIT. SE. L. ÆMILIUS. VICTOR. PRINCIPALIS. ET. ÆLIA. VENERIA. FILIO. PIENTISSIMO. ET. SIBI.

Lucret. VI: *Carbonumque gravis vis, atque odor inſinuatur*
Quam facile in cerebrum, niſi aquam præcepimus ante.

Pag. 403. *Si annum conſularis impleſſet*] Rectius omnino libri nonnulli: *Si annum conſulatus impleſſet*, quod merito probat Freinshemius.

Ibid. *Scipione Norbanoque Conſulibus*] Firmat hanc lectionem Ryck.

Pag.

Digitized by Google

Pag. 405. *Sub ſpecie partium ſe vindicant*] Dum prætexunt partes Marianas, ſe ipſi ulciſcuntur. Non tam ut Marianas partes, quas ſecuti erant, tuerentur, quam ut ſuum animum explerent; & odium privatum effunderent in illos quibus erant offenſi; non ſtudio tum partium, ſed ſub illarum prætextu latrocinabantur, & ſe vindicabant. Hæc loci hujus eſt ſententia.

Pag. 406. *Iſti tot in pace non plures ſunt.*] Et hic peccarunt operæ, omiſſa interrogationis nota, quam non ſolum Salmaſius adjiciendam cenſuit, ſed & appoſuit Ryckianus. *Non* hic eſt *nonne*, quam vim hanc particulam in interrogationibus habere quis ignorat? L. Luccejus in epiſtola ad Cic. in lib. IV. ad fam. 14: *Tu ſolus aperta non videbis, qui propter acumen occultiſſima perſpicis? tu non intelliges te querelis quotidianis nihil proficere?*

Pag. 407. *Prætoris atque Venuleji*] Ryck. *Pretorios at Venulejos.* lege: *Pletorios ac Venulejos*, quod & Lipſio in mentem venit.

Ibid. *Marium ducis ipſius fratrem*] Quantopere laborent ingenia doctorum hominum in hoc loco, vide apud Perizonium Animadverſ. Hiſt. cap. 3. qui & erudite ibi multis docet ducem hunc Marium, cujus frater fuerit Marius Gratidianus, fuiſſe Marium juniorem VII. Conſulis filium. Patrem enim tunc aliquot annis ante jam deceſſiſſe, ejuſque Florum ab illo loco in hoc capite, ubi *Marium juvenem* primo nominarit, nullam amplius mentionem facere. Sed inſpice illam viri eximii diſſertationem ubi hoc multis diſcutit, & nodos, quos alii implicarunt, ſcienter expedit.

Pag. 408. *Oculis, manibus, cruribuſque defoſſis*] In his verbis multi hæſerunt. Magnus etiam Lipſius, qui legendum putat: *Oculis effoſſis, manibus, cruribuſque deſectis*; ſic Pighius quoque conjecit. Sed omnes codices ſtant pro vulgata, quorum conſenſus non eſt temere repudiandus. Frequenter enim duabus pluribuſque vocibus veteres addunt unum verbum quod ultimæ tantum reſpondet, omiſſis aliis quæ præcedentibus conveniunt. Cic. x. ad Att. 3: *Horum ego ſummorum Imperatorum non modo res geſtas non antepono meis, ſed ne fortunam ipſam, qua illi florentiſſima, nos duriore conflictati videmur.* Conflictari non poteſt jungi cum florentiſſima fortuna, ſed florentiſſima uti fortuna dicimus. Terent. And. III, 5:

Namque hocce tempus præcavere mihi me,
Non te ulciſci ſinit.

Præcavere mihi me jubet ſcilicet. Inferius noſter lib. IV, 12: *His oculos, aliis manus amputabant.* Effodiuntur oculi, non amputantur. Exempla in promptu ſunt alia, & a viris doctis pridem non pauca ſunt congeſta. Sic & hic locus explicandus, ac ſi ſcriptum eſſet oculis erutis, manibus deſectis, & cruribus defoſſis.

Ibid. *Poſitis ſingulorum hominum pœnis*] Et hoc mirum eſt loquendi genus *ponere pœnas* pro deſiſtere a puniendo. Sed nemo

 Latinæ

Digitized by Google

Latinæ linguæ peritus, & in veterum ſcriptorum lectione non hoſpes, hoc loquendi genus probarit. Suſpicor Florum ſcripſiſſe: *Deſitis ſingulorum hominum pœnis.* Deſinere pœnam, ut deſinere artem apud Ciceronem pro Milone; *Cum jam natu grandis artem athleticam deſiiſſet.* deſinere diſciplinam apud Gell. xv. 17: *Omnium tum diſciplina Athenienſium tibiis canendi deſita eſt.* Non nego *ponere* ſæpe accipi pro deponere, ut ponere bella, querelas, iram, ſpem, metum, invidiam: Sed *ponere* & *deponere pœnam*, pro deſinere punire contra legem recte loquentium ponitur. N. Heinſius conjiciebat *poſtpoſitis*, aut *poſthabitis ſingulorum hominum pœnis.*

Pag. 409. *Ut obſides jure belli*] Obſides annon ſancti erant, quos lædere & violare piaculum erat, niſi qui dederat obſides, fidem fregiſſet, & ſcelere ſe obligaſſet? Sane cum Juppiter apud Ovid. I. Metam. in conſeſſu Deorum exaggerat feritatem Lycaonis, commemorat quoque illius in obſides immanitatem: *miſſi de gente Moloſſa Obſidis unius jugulum mucrone reſolvit.* Itaque credo incomparabili doctori meo Joanni Frederico Gronovio, cenſenti reſcribendum eſſe: *ut hoſtes jure belli*, & modo *morte damnati duci jubentur.* Hoſtes jure belli interficiuntur impune.

CAPUT XXII.

Ibid. *Hoſtile potius an civile dixerim neſcio*] Ryck. *Hoſtile potius quam civile dixere. neſcio.* Sed alii melius.

Pag. 410. *Et jam Africa*] J. F. Gronovius & N. Heinſius conjecerunt: *Et jam in Africa.*

Ibid. *Miſſuſque in Oceanum fortunatas inſulas penetravit*] Ryck. *Miſſuſque in Oceanum fortunataſque inſulas penetravit.* Freinshemius legere malebat: *niſuſque in Oceanum fortunataſque inſulas penetrare.* Lipſius: *victuſque in Oceanum fortunataſque inſulas penetravit.* quod placet. Nam in Oceanum victus profugit, quamvis autem non penetraverit in inſulas fortunatas, conſilium tamen ejus fuit eo ſe recipiendi. Florus ſane in rebus his prodendis aut ſibi, aut aliorum parum certis narrationibus nimis nonnunquam indulſit, ut plurimis docuerunt exemplis eruditi viri.

Ibid. *Ad Mithridatem quoque Ponticoſque reſpexit, Regemque claſſe juvit*] Exorbitavit in hoc etiam loco Florus, Mithridatem enim non claſſe juvit Sertorius, ſed contraria plane conditione fœdus fuit initum inter Sertorium & Mithridatem, nimirum ut ille Regi e ſuis ducem & milites, & contra Rex Sertorio mitteret claſſem 40. navium & pecuniam; teſte Plutarcho, ut obſervavit Cl. & amiciſſimus Perizonius animadverſionum Hiſtoricarum cap. 2. idque firmat auctoritate Ciceronis in orat.

pro

pro leg. Manil. ubi ait: *ab eodem imperatore* (L. Lucullo) *claſſem magnam & ornatam, quæ ducibus Sertorianis ad Italiam ſtudio inflammato raperetur* (ex regno Mithridatis) *ſuperatam eſſe atque depreſſam.* Quin Mithridates claſſe inſtructiſſimus erat, antequam ad Sertorium legatos ſuos mitteret, ut patet ex eadem oratione c. 4: *Mithridates omne tempus non ad oblivionem veteris belli, ſed ad comparationem novi contulit, qui poſteaquam maximas ædificaſſet ornaſſetque claſſes, exercitus permagnos comparaſſet &c. uſque in Hiſpaniam legatos Ecbatanis miſit ad eos duces, quibuſcum tum bellum gerebamus:* hoc eſt ad Sertorium, qui in ſequentibus nominatur, ut recte laudatus amicus noſter.

Pag. 411. *Diu & ancipiti ſemper acie domuerunt*] Hæc verba delenda eſſe dudum ſubodoratus ſum. Quis enim ſibi perſuadeat in tanta brevitate Florum bis & quidem ineptiſſime ſententiam eandem poſuiſſe, iiſdem verbis conceptam. Nam quod præcedit: *Hi copias viri diu & ancipiti ſemper acie detrivere,* quid aliud ſignificat, quam quod paucis verbis interpoſitis ſequitur: *Copias ejus prope tota Hiſpania perſecuti diu & ancipiti ſemper acie domuerunt.* Vidit hoc etiam, Anna Tanaquilli Fabri filia elegantiſſima. Fontem erroris videor deprehendiſſe. Hæc verba *prope tota Hiſpania perſecuti* ſuo loco fuerunt deturbata; dein margini adſcripta, ut & interpretatio ꝟ *detrivere,* quod magiſter quidam expoſuit per *domuerunt,* hoc enim plures libri pro *dimicaverunt* oſtentant. Hæc cum ab imperito & ſupino librario poſtea in contextum eſſent poſita, ſed non ſuo loco, alius ut ſententiam quandam efficerent allevit ex præcedente periodo: *copias ejus diu & ancipiti ſemper acie,* perquam abſurde. Manum autem Flori hanc eſſe facile mihi credo adſtipulabuntur emunctæ naris homines: *Hi copias viri prope tota Hiſpania perſecuti diu & ancipiti ſemper acie detrivere: nec tamen prius bello, quam ſuorum ſcelere & inſidiis extinctus eſt. Prima per legatos certamina habita.*

Pag. 412. *Terme*] Ryck. etiam *Termes,* ut legendum ex ſuis præcepit Salmaſius, & quondam monuerat Lipſius. Nec non Gerhardus G. F. Voſſius: qui & *Uxuma* ſcribi juſſit. Ut & *in fame nihil non experta,* non *infame* ut omnes editi.

CAPUT XXIII.

Pag. 413. *Sed quantum, lateque fax illius motus*] Inepte: *quantum lateque fax exarſit.* Recte Nic. Heinſius: *quantum quamque late fax illius motus ab ipſo Sulla rogo exarſit.*

Pag. 415. *Incruenta fuga Etruriam*] Ryck. & edd. *incruenta fuga in Etruriam.* Cur deleverint Palatini & eos ſecuti Gruterus & Freinſhemius particulam *in,* viderint. cauſſa eſt nulla. imo

lex

lex loquendi eam poſcit. Non ignoro quidem nonnunquam regionum nomina quadam ellipſi poni ad exemplum urbium. ſed hic nihil loci eſt iſti ellipſi. Caput hoc in elegantibus Flori eſt numerandum.

LIBER IV.

CAPUT I.

Pag. 416. C*Atilinam*] Hoc caput Ryck. & multi alii libri rejiciunt in præcedentem librum, & merito. Pag. 417. *Conſules trucidare*] Ryck. *conſule trucidare*. leg. *conſulem trucidare*. Solum enim Ciceronem e medio tollere decreratı Catilina. Antonius dicebatur clam ejus conſiliis favere.

Pag. 419. *Parricidii innocens*] Ryck. *parricidiis innocens*. Al. *patriciis innocens*. Nihil moveo. Nazar. qui præ ſe fert *ſed patriciis innocens* N. Heinſio perſuaſit Florum dediſſe : *ſed præ patriciis ſuis innocens*, hoc ſenſu, viliſſimum quidem ſcortum fuiſſe Fulviam, ſed multo viliores & ſceleratiores fuiſſe patricios, quibus ſe proſtituebat. Sin hoc diſpliceat, malebat ſcribi, propius inſiſtendo veſtigiis veterrimi codicis : *ſed patricii auſi innocens*. *Patricium nefas* vocat hanc conjurationem Severus in carmine apud Senecam patrem de morte Ciceronis.

Ibid. *In præſentem reum Cicero peroravit*] *Cicero* videtur hic ex gloſſa irrepſiſſe, aut ſaltem alieno loco poni, ſicut ante irrepſerat *in præſentem parricidam*, quod merito delevit Freinshemius.

Pag. 420. *Seque palam profeſſo incendium ſuum*] Anna doctiſſima recte hunc locum depravatum eſſe obſervavit. Verum non *profeſſo*, ſed *palam* delendum cenſeo, legendumque : *ſeque ex profeſſo incendium ſuum reſtincturum ruina minaretur*. Sueton. Veſpaſ. *Fratrem inſidiari ſibi non deſinentem, ſed pœne ex profeſſo ſollicitantem exercitus, meditantem fugam, nec occidere, nec ſeponere, ac ne minore quidem honore habere ſuſtinuit. pœne ex profeſſo* eſt pœne palam. Sic *profeſſus Græciæ Dux* apud Juſtin. eſt qui palam ducatum Græciæ ſuſcepit. *Profeſſa mortis via* apud Phædrum. *Palam* eſt τῦ *ex profeſſo* interpretatio, quæ ex margine irrepſit. Malebat tamen N. Heinſius : *ſeque palam & e profeſſo*. J. F. Gronovius conjiciebat, *ſeque palam profeſſus incendium ſuum reſtincturum minaretur*. palam profeſſus eſt ſe reſtincturum, palam dixit.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT II.

Pag. 422. J*Am pene toto orbe pacato*] Ryck. *jam pene orbe pacato*. Mox ex eodem recepi, *quam ut ullis externis viribus opprimi poſſet* Nam ſic in omnibus libris extare Salmaſius auctor eſt. Cur pro eo ſuppoſuerint editores *extingui* equidem neſcio.

Pag. 423. *Quodam quaſi diluvio & inflammatione corripuit*] Non bene duæ contrariæ tanquam amicæ & ejuſdem generis res copulantur. Regio quam diluvium obruit, non inflammatione corripietur. Florum ſcripſiſſe puto, *quodam quaſi diluvio aut inflammatione corripuit*. Alludit ad veterum Philoſophorum ſententiam, quorum multi credebant certis ſeculorum periodis orbem iſtum aut undis obrui, aut incendio quodam univerſali exuri: dein poſt decurſum aliquot ævorum novos homines, novaque animalia e terra prorepere. Nota hæc ſunt iis, qui Ariſtotelem triverunt, vetereſque alios Philiſophos.

Ibid. *Commune quoddam ex omnibus*] Palatinus, notante Salmaſio, *commune ex omnibus gentibus*, quam lectionem immerito a Salmaſio damnari exiſtimat N. Heinſius, quia tot gentes huic bello interfuerint, quas & paullo poſt recenſeat ipſe Florus, ac longo ordine Lucanus in deſcriptione pugnæ Pharſalicæ.

Pag. 424. *Et pluſquam bellum*] Non hoc bellum fuit crudelius & ſævius, quam alia bella civilia, ſed plures gentes implicavit, & in Europa, Aſia, & Africa fuit geſtum. Ideoque dubitat Florus quo nomine appellet, num civile, num ſociale, num externum, & addit commune quoddam fuiſſe ex omnibus bellis, & *plus quam civile*. Sic enim legendum cenſet Lipſius, ut hæc hauſerit ex Lucano Florus, ut multa alia. Sed non recedendum a vulgata, quæ ex libris bonis eſt depromta. *Ex omnibus* nimirum bellis, civilibus, ſocialibus, externis, ſed commune ex omnibus, non tam bellum vocandum, quam immanitas quædam & vaſtitas orbis terrarum.

Ibid. *Inde Dejotarus, Ariobarzanes, Tarchondimotus, Cothus*] Mire hic locus ſcribitur in Ryckiano: *Inde Dejotarus rex Gallatia, Ariobarzanes Rex Cappadociaque Cilicia Tarebon: Dimotus Corinthus, omnis ratio Cappadociaque Cicilia, Macedonia, Græcia, Italia, totiuſque robur trientis*. Mendoſe quidem, ſed quia tantum abeunt ab aliorum librorum ſcriptura, libuit hæc annotare.

Pag. 425. *Quatuor anni, & pro clade rerum*] Perilluſtris vir, Nicolaus Heinſius, legendum monuit: *quatuor anni, ſed pro clade rerum breve tempus*.

Ibid. *Inde reſpexit Aſiam, inde Africa incubuit*] Ryck. ut Salmaſius

maſius conjiciebat : *inde reſpexit Aſiam , Africa incubuit.* Sed Nicolaus Heinſius malebat *inde reſpexit Aſiam , dein Africa incubuit.*

Pag. 426. *Hinc dolor tranſverſum egit*] Veriſſime idem Heinſius me docuit ſcribendum eſſe : *Hunc dolor tranſverſum egit.* J. F. Gronovius tamen malebat: *Hic dolor tranſverſum egit.* Hæc res ei dolori fuit & ad prava conſilia capienda perpulit. Mox & pro *vellet tamen auctiores opes* reponendum cenſebat N. Heinſius: *vellet tamen auctos honores & opes*, præfatus, Florum culpare in Craſſo , quod cum & dignitate & divitiis floreret , tamen adſpiraret ad majora. Non de ſolis opibus augendis Craſſum cogitaſſe ſequentia oſtendere : *Sic igitur Cæſare dignitatem comparare , Craſſo augere , Pompejo retinere cupientibus.* Dein ait ſibi non arridere *auctiores opes*, Florum potius *ampliores opes* aut *lautiores* fuiſſe dicturum, ſi hoc voluiſſet.

Pag. 427. *Et jam ſic orbis imperium ſocietate trium principum occupatur*] Ryck. *jam* non agnoſcit. Et ſane delendum eſt , ut ante conjectura ducta vidit Anna politiſſima. Verum verba quæ præcedunt plus negotii faceſſunt. Quo enim pertinent, *tres maximos exercitus ?* Unde pendent ? Quis invaſit illos tres exercitus ? Nec conjectura doctiſſimi Freinshemii legentis *tres maximi exercitus , & jam ſic*, nodum ſolvit. Excidit *ac* copula , quam abſorpſerat ultima ſyllaba præcedentis vocis. Scribo : *Galliam Cæſar invadit, Craſſus Aſiam, Pompejus Hiſpaniam, ac tres maximos exercitus , & ſic orbis imperium ſocietate trium principum occupatur.* ac tres maximos exercitus ſcilicet invadunt tres principes. Quod ſi ne ſic complanata tibi videbitur hujus loci aſperitas, non reclamabo. Nam nec meis auribus reſpondet. Videtur potius aut aliquid excidiſſe, ut *habuere tres maximos exercitus* , aut forte hæc verba irrepſerunt ex margine , ex interpretatione magiſtri qui oſtenderit fuiſſe tres maximos exercitus, quibus orbis imperium occuparint triumviri. Nicolaus Heinſius legebat : *Galliam Cæſar invadit , Craſſus Aſiam , Pompejus Hiſpaniam, jam tres maximos exercitus, & ſic orbis imperium ſocietate trium principum occupatur.* Exiſtimat enim ultimas tres litteras τὸ *Hiſpaniam* iterandas eſſe, & mox non ſuo inculcatas loco inde tollendas.

Pag. 429. *Quem decem tribuni plebis*] Ryck. ut alii *quem decem tribus.* Nimirum *plebis* delendum eſt , quod plerique libri non agnoſcunt , & monuit jam Freinshemius. Quin & in editione Stadii non habetur. J. Lipſius vero pro *quem* cenſebat reponendum *quod*, legendumque *quod decem tribuni favente Pompejo nuper decreverant.*

Ibid. *Remittere exercitum*] Nicol. Heinſius malebat : *dimittere exercitum.* Sic ſane Latini loquuntur , & Lipſio quoque placuit.

Ibid.

Ibid. *Sed omnia ſubito Cæſaris impetu oppreſſa ſunt*] Ryck. *Sed omnia ſubito impetu oppreſſa ſunt.*

Ibid. *Prima Arimino ſigna cecinerunt*] Ratio & uſus recte loquentium poſtulat ut invitis licet omnibus libris ſcribatur: *Prima Arimini ſigna cecinerunt.* dein recte Ryck. *Tum pulſus ab Etruria Libo.*

Pag. 430. *Opprimere potuiſſet. & cœperat*] Jam olim conjeci legendum eſſe *opprimere potuiſſet, ut cœperat.* Gaudeo ſententiam meam firmari calculo viri magni, Nicolai Heinſii, cui id ipſum quoque in mentem incidiſſe cognovi ex ejus litteris ad me datis.

Pag. 431. *Per legatos habet*] Sic & Ryck. nec eſt ſollicitandum. *Habet* eſt tenet, regit. In cap. VIII. hujus libri: *Contractiſque infelicis belli reliquiis, cum inſuper ergaſtula armaſſet, Siciliam Sardiniamque habebat.* Tac. II. ann. cap. 70: *Feſtinare & urgere, ut provincias & legiones ſolus habeat.* Jupiter apud Ovid. I. Metam. ad Deos:

Cum mihi qui fulmen, qui vos habeoque regoque
Struxerit inſidias.

Salluſt: *Animum rectorem humani generis habere cuncta, nec ipſum haberi.*

Pag. 432. *Et cruentum in Hiſpania bellum*] Ryck. ut alii *& incruentum in Hiſpania bellum.* unde Lipſius conjiciebat: *ſe* (pro *ſed*) *incruentum in Hiſpania bellum.* At Hiſtoriæ fides repugnat. Vide Cæſar. I. de bello civili c. 47. & ſequ. Itaque nihil muto quamvis & Freinshemius *ſed incruentum* defendat.

Ibid. *Sed ubi pax fluminis rediit populationibus & pugna campos aperuit*] Lipſius conjiciebat: *Sed ubi pax flumini rediit, pabulationibus & pugna campos aperuit:* N. Heinſio videbatur *rediit* eſſe a mala manu, & Florum ſcripſiſſe: *Ubi pax fluminis populationibus & pugna campos aperuit*, quod valdè blanditur, ut & Lipſii *pabulationibus.* Mox idem Lipſius malebat: *cedentes in Celtiberiam conſecutus.* quod non probo. *Ad Celtiberiam* eſt non longe a finibus Celtiberiæ.

Pag. 433. *Quaſi de induſtria proſpera ejus adverſis radiarentur*] Belle mihi videtur hunc locum conſtituiſſe Anna belliſſima, quæ ſic juſſit interpungi & legi: *Aliquid tamen adverſus abſentem ducem auſa fortuna eſt circa Illyricum & Africam, quaſi de induſtria, ut proſpera ejus adverſis radiarentur.* Semper Cæſari favens fortuna ejus abſentis legatis plagam aliquam levem impoſuit, quaſi ſtudio & dedita opera, ut ejus felicitas hac quaſi calamitate & offenſa illuſtraretur.

Ibid. *Curictico littore*] Sic optime Salmaſius emendavit. adſtipulante Ryckiano in quo clare *Curictico littore.* Vidit etiam Lipſius.

Pag. 434. *Legatus ejus Octavius Libo*] MSſ. omnes *Octavius Libo,*

Libo, & non aliter Florum ſcripſiſſe verborum contextus oſtendit. Nam in eo eſt *legatus ejus circumvenit utrumque*, ſi ſcripſiſſet *Octavius & Libo*, ſcribendum quoque fuiſſet *legati circumveniſſent utrumque*. Eſt igitur Flori error qui ex duobus unum hominem conflavit. Non audiendi hic ſunt Stadius & Freinshemius.

Ibid. *Actis ſub mare funibus*] Optime Freinshemius: *jactis ſub mare funibus*. ſic olim quoque Lipſius conjecerat.

Ibid. *Memorandumque poſteris exitum dedit*] Ryck. *memorandumque potis exm. dedit*. Unde ſcribendum exiſtimo: *memorandumque poſteris exemplum dedit*. quod & Freinshemio ſuccurriſſe video. Ex ſequentibus verſibus *exitum* hic irrepſit.

Pag. 435. *Cum exitum virtus non haberet*] Nic. Heinſius conjiciebat: *cum exitum virtus non daret*. Superius lib. 1. cap. 18: *Exitum, quem datura virtus fuit, caſus dedit*.

Pag. 436. *Cum hiems media prohiberet tempeſtate, ad bellum navigavit*] Locum iſtum corrumpit prava diſtinctio, quam tollit Ryckianus liber, ex quo ſic reſcribo: *cum hiems media prohiberet, tempeſtate ad bellum navigavit*. tempeſtate navigavit eſt tempeſtate exiſtente, ardente ventis mari, ut mox dicit, in media hieme, cum nemo clauſo mari ſolet navigare, navigavit tamen Cæſar. In media hieme, tempeſtate præterea exiſtente.

Ibid. *Contractis in unum undique copiis*] Ryckian. adſtipulatur Nazarian. & edd. Vett. in quibus: *contractis in unum omnibus undique copiis*, quod cur rejiciatur non video.

Ibid. *Laceſſere, nunc obſidione caſtrorum*] Ryck. *Provocare, nunc laceſſere obſidione caſtrorum*.

Ibid. *Expugnatione Dyrrachii irrita*] Quæ expugnatio poteſt irrita eſſe aut dici? Lege cum J. F. Gronovio: *oppugnatione Dyrrachii irrita*.

Pag. 437. *In eruptionem hoſtium præliis*] Lipſius perinde ut Salmaſius: *in eruptione hoſtium*. Sic omnino legendum.

Ibid. *Egregia virtus Scævæ centurionis emicuit*] Ryckianus: *enituit*. hoc non ex cerebro librarii manavit, ſed potius illud tritius *emicuit*, quod obſidet editiones. Cic. pro Muræna: *Quo quidem in bello virtus enituit egregia M. Catonis*. Exempla quantumvis multa facile congeras.

Ibid. *Caſtella Theſſaliæ vaſtaret*] Nazar. *vaſtarent*. Ryck. *vaſtarentur*. hoc ſi probes, legendum *Oricum, & Gomphi, & alia caſtella Theſſaliæ vaſtarentur*.

Pag. 438. *Milites ocium*] Ryck. *miles ocium*, ut recte conjecerat Freinshemius. Mox idem codex: *prælio Theſſalia ſumpta eſt*.

Ibid. *Nunquam ullo loco tantum virium populi Romani, tantum dignitatis fortuna vidit*] Sic & Ryck. niſi quod ut Nazar. pro *ullo* ſcribat etiam *uno*, quod reponendum. Ceterum hunc lo-

cum

Digitized by Google

cum ex Palatino codice ſic primus recte correxit Gruterus Salmaſio poſtea probante. Omiſſam tamen puto eſſe copulam. Non enim ἀσύνδετον iſtud eſt ad genium Flori. Totum itaque locum ſic eſſe ſcribendum cenſeo: *Nunquam uno loco tantum virium populi Romani, & tantum dignitatis fortuna vidit.* Fortuna, inquit, nunquam in uno loco vidit tantas vires populi Romani, & tantam dignitatem, hoc eſt tantos exercitus civium Romanorum, & tot viros magna dignitate præditos, quod verum eſt. *Vires* ſunt exercitus. cap. ſequente: *Sparſæ magis quam oppreſſæ vires erunt*, hoc eſt exercitus Pompejani. Et cap. 12. hujus libri: *Difficilius eſt provincias obtinere, quam facere. Viribus parantur, jure retinentur.* Juſtin. XI,9. *Nec inventas illis toto orbe pares vires.* ubi vide quæ notavi.

Pag. 439. *Trecenta amplius millia hinc vel illinc*] *Vel*, eſt ex ingenio Salmaſii. MSſ. & edd. *hinc & illinc*. Sed Ryckian. *trecenta amplius millia bellatorum hinc illinc præter auxilia regum & ſenatus*. Non longe abit Nazar. *trecenta amplius millia hinc belli illinc*. Probo Ryckiani libri ſcripturam. Hæ ſunt illæ vires Populi Romani, ſequuntur auxiliares copiæ. Sed male poſt *vidit* πλεία στιγμὴ locatur. Totum locum ſic refingo ſecutus fidem codicis Ryckiani: *Nunquam uno loco tantum virium Populi Romani, tantum dignitatis fortuna vidit, trecenta amplius millia bellatorum hinc illinc, præter auxilia Regum & ſociorum. Sociorum* debetur ſollertiæ Annæ illius eruditæ. Nam *ſenatus*, quod omnes præ ſe ferunt libri hic non poſſe ferri vel tyrones viderint. *Hinc illinc* ſæpe ἀσυνδέτως ponitur. Terent. Adelph. II, 5:

An ſedere oportuit
Domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc
Illinc veniret.

Sic recte Donatus, qui notavit proverbium eſſe *hinc illinc*; editiones peſſimæ *huc illinc*. Lucret. lib. V. de Centauris:

Hinc illinc parvis ut non ſic eſſe potis ſit.

Pag. 440. *Cum pullo nefas apud principia*] Ed. Vineti *cum pallo amiculo*, ſed invitis libris, quorum non nulli *cum pulla*, ſcilicet veſte. Sed *pullo* retinendum. Liv. XLV, 7: *Pullo amictus cum filio Perſeus ingreſſus eſt caſtra.* Sic legendum. Valer. Max. I, 6: *Pullum ei traditum eſt paludamentum, cum in prælium exeuntibus album, aut purpureum dari ſolet.* Hæc loca Nicolao Heinſio feres accepta.

Ibid. *Nunquam acrior neque alacrior exercitus Cæſaris fuit*] Expungendum alterutrum cenſet N. Heinſius *acrior* aut *alacrior* cum *neque*.

Pag. 441. *Fuſus a cornu*] Lipſius emendat: *effuſus a cornu*, probant ſequentia: *tantum in effuſos equites fecere impetum.*

Pag. 443. *Ut cum majore dedecore per Theſſalica Tempe equo fugeret, ut una navicula Lesbon applicaretur*] In Ryck. in initio

horum

Digitized by Google

horum verborum non legitur *ut*. Videtur *ut* excidiſſe, & poſtea bis perperam fuiſſe inculcatum. Scribendum enim: *Superſtes dignitatis ſuæ vixit, ut, cum majore dedecore per Theſſalica Tempe equo fugeret, una navicula Lesbon applicaretur.* Lipſius malebat: *ut cum majore dedecore per Theſſalica Tempe equo fugeret uno, & una navicula.*

Ibid. *Pulſus Syedris.*] Inſignem hujus perditiſſimi loci emendationem debemus ingenio maximi Salmaſii, quam ſtabilit Ryckianus codex in quo ſcribitur: *Pulſus Synedris*, uti apud Lucanum lib. VIII. quoque ſcribi in Mſſ.

Ad profugum collecta ducem parviſque Synedris,

idem Salmaſius notavit. in antiquis edd. Flori legitur *pulſus Hedris*, in aliis *pulſus Lariſſa*. Mox optimo codice reſtituit Salmaſius *in Peluſio littore*. Vide quam nec hic longe ab illo recedat Ryck. in quo ſcribitur *in pulſo littore*.

Pag. 446. *In peninſulam Pharon*] Al. *in inſulam Pharon*.

Ibid. *De imbelli ac perfida gente*] Sic Ryckian. ut & ex Nazariani veſtigiis legendum vere cenſuit Salmaſius, cujus ſententia non fuit repudianda. Quin & Vinetus ex ſuis libris olim ſic edidit. Male ex deterioribus codicibus pro his ſubſtituit Gruterus: *debellata perfida gente*.

Pag. 448. *Multo atrocius quam in Pharſalia*] Ryck. *multo acrius quam in Pharſalia*.

Pag. 449. *Niſi quod amplior eoque acrior Cæſarianorum impetus fuit*] Ryck. *niſi quod amplior eo acriorque Cæſarianorum impetus fuit*. inepte alii *eoque acrior*, quod eſt ideoque *acrior*. Si res mei eſſet arbitrii *amplior* delerem. Quid enim eſt amplus impetus? quis ſic loquitur? aut forte legendum: *niſi quod ardentior eo, acriorque Cæſarianorum impetus fuit.* eo ſcilicet impetu, quo apud Pharſalum fuerunt uſi. Superius de Pharſalica pugna: *Nunquam acrior neque alacrior Cæſaris exercitus fuit.*

Ibid. *Strages a Juba cœpit*] Rectius Ryck. *Strages in Juba cœpit.* Mox egregie Nicolaus Heinſius: *ejus elephanti bellorum rudes, & nuperi a ſilva.* Male omnes libri: *ejus elephanti bellorum rudes, & nuper a ſilva.* non longe poſt idem malebat: *ſtatim & exercitus in fugam agi.* Vidit & Lipſius hiulcam eſſe orationem, qui legendum cenſebat: *ſtatim exercitus in fugam datus*: & in verbis *conſternati ſubito clangore*, quæ præcedunt, aliquid quoque deſiderari, hinc reſcribebat: *conſternati ſubito clangore tubarum.* Sed N. Heinſius conjiciebat: *conſternari ſubito clangore, ſtatim & exercitus in fugam agi.* In Ryckiano habetur: *ſtatim & in fugam exercitus.* dein probo Salmaſii correctionem: *nec duces fortius, quam ut fugerent.*

Pag. 450. *Magnifice epulatus poſtero die*] Ryck. *magnifice epulatus eſt. Poſtero die.* Idem cum aliis veteribus: *ſuperque menſas & pocula.* Non fruſtra hæc copula in omnibus codicibus vetuſtioribus

ſtioribus hic reperitur. Nimirum totus locus ſic diſtinguendus & ſcribendus eſt: *Juba cum ſe recepiſſet in regiam, magnifice epulatus eſt poſtero die cum Petreio fuga comite, ſuperque menſas & pocula interficiendum ſe ei præbuit.* Vides illud *ſuperque*, quod in omnibus libris antiquis conſpicitur, requirere in præcedentibus *eſt*, quod in pleriſque intercidit; & pravam interpunctionem nebulas huic loco offudiſſe.

Pag. 451. *In nocte lecto ad lucernam Platonis libro*] Nicolaus Heinſius: *In noctem lecto ad lucernam Platonis libro.* Mox Ryck. *qui immortalitatem animæ docuit quievit.* Editi, *paullulum quievit.*

Pag. 452. *Utramque claſſem naufragio cecidit*] Ryck. *Utrumque claſſe naufragio cecidit.* forte: *utrumque claſſis naufragio cecidit.* Utrumque nimirum legatum Cæſaris & Pompeji: ſed malim, ſi per libros liceret, *utraque claſſis naufragio intercidit.* hoc eſt periit, ut in illo verſu apud Ciceronem: *Pereant amici, dum una inimici intercidant.* Nam *cadere claſſem naufragio* inſolens eſt & a caſtigate loquentium uſu remotum. *Caſtigare claſſem naufragio*, ut ſuperius locutus eſt recte & eleganter dicitur, ſed, *cadere claſſem naufragio* quis ferat? Si cui tamen magis arridet vulgata, eamque locutionem putat Flori ætati & ingenio acumina ſæpe frigida captanti, aut potius ejus cacozeliæ adſcribendam, non multum refragabor.

Ibid. *Viri, naves, armamenta confligerent.*] Non poſſum aſſentiri magno Lipſio reſcribenti: *viri, naves, elementa confligerent,* cum in ſuo libro inveniſſet *ſcementa.* Ryck. *armamenta* cum optimis quibuſque. Nec vox magis propria potuit a Floro hic adhiberi. Sic enim dicuntur, vela, remi, rudentes, & omne inſtrumentum nauticum, quod propter tempeſtatem non minus negotii faceſſebat quam procellæ, & hoſtes. Sueton. Octav: *Tempeſtate in trajectu bis conflictatus,* &c. *utrobique parte Liburnicarum demerſa: ſimulque ejus in qua vehebatur fuſis armamentis, & gubernaculo diffracto.* Liv. XXXVIII: *Tradito & naves longas armamentaque earum.* Hinc *exarmata navis* apud Senecam præfat. lib. III. Controv. eſt, in qua nulla ſunt armamenta: navis ſine velis, remis, ancoris: *Cum dixiſſet Albutius in illo, qui fratrem parricidii damnatum exarmata nave dimiſit, impoſuit fratrem in culeum ligneum.*

Pag. 453. *Vergentia in unum hinc Hiſpania*] Ryck. rotundius: *Vergentia hinc in unum Hiſpania.*

Ibid. *Omnium poſtrema certaminum Munda*] Lipſius emendat: *Omnium poſtremum certamen Munda.* Sic ſane Livius ſcripſiſſet, aut Cæſar. Verum nunc vereor ne hæc, quæ circumfertur, Flori ſit ſcriptura, cujus memoriæ obverſatus fuit ſui Lucani locus de hoc prælio:

Ultima funeſta concurrent prælia Munda.

Vides ſententiam eandem eſſe, ſed longe diſcrepare verba utriuſque ſcriptoris. Sed hoc Flori eſt ingenium, ut enim paullo ante: *Nihil inter Pharſaliam & Thapſon.* hoc eſt inter Pharſalicum prælium, & id quod ad Thapſon fuit commiſſum, ſic hic omnium certaminum poſtremum fuit Munda, hoc eſt Mundenſe. Mox idem vir magnus malebat: *ſed anceps diu, & triſte prælium.* Verum non video cur librorum ſcriptura repudianda ſit.

Pag. 454. *Hic omnium ſenſus erat*] Ryck. *& hic omnium ſenſus erat.* Freinshemius cenſet hæc verba gloſſema eſſe præcedentis *conveniſſet.* Verum hic aliter ſentio. Florus iis ſignificat, hoc ſilentio omnes ſenſum ſuum, ſive quid ſentiant teſtatum feciſſe, ſe nimirum velle ut bellis civilibus modus tandem & finis imponatur. Eſt & hoc ex acuminibus Flori, & illius temporis.

Ibid. *Poſt quatuordecim annos probata veteranorum manus*] Vere Nicolaus Heinſius corrigit: *Per quatuordecim annos probata veteranorum manus.*

Ibid. *Quod etſi nondum fugerat*] Lipſius: *qua etſi nondum fugerat.* Nic. Heinſius: *quos, etſi nondum fugerat.* Vulgatam poſſis tueri. Nam *quod* ſæpe παρέλκει. Liv. XXVII, 7. ex emendatione Gronovii: *quod mihi minus ſimile veri viſum eſt, annum integrum Scipionem nihil gerundo in Hiſpania conſumſiſſe.* Vide quæ ad illum locum notavit vir ſummus. paullo ante pro *inuſitatum Cæſaris oculis* ſcribendum videtur: *inviſitatum Cæſaris oculis.* Nam hoc vocabulum in plurimis locis in *inuſitatum* refinxerunt imperiti librarii, quia uſu illis temporibus minus tritum fuit, ut dudum oſtenderunt Salmaſius, Lipſius, Gronovius, aliique viri doctiſſimi.

Pag. 455. *In illa perturbatione & de extremis agitaſſe*] Ryck. *in illa perturbatione & cede extremis agitaſſe.* forte: *in illa perturbatione & cæde de extremis agitaſſe.* Cæde nimirum ſui exercitus. Eſt enim cædis initium gradum retro dare.

Ibid. *Et ita manifeſto vultu fuiſſe, quaſi occupare manu mortem vellet*] Ryck. *& manifeſto vultu fuiſſe quaſi occupare manu mortem volet.* Sed altius vulnus hic latere puto. Nemo credo intelligit quid Latine ſignificet *manifeſto vultu eſſe.* Voluit Florus ſigna manifeſta in ejus vultu fuiſſe voluntatis conſciſcendæ ſibi necis. Sed ex his verbis, quæ in omnibus libris habentur, hunc ſenſum quis colligat? Videtur autem Florus ſcripſiſſe: *& manifeſte vultu prætuliſſe quaſi occupare manu mortem voluiſſet.* Vell. Paterc. II, 118: *Ardorem animi vultu oculiſque præferens.* Vide quæ de hac voce notavit N. Heinſius ad Vell. II, 116. Exciderat *præ*; *fuiſſe* frequenter Mſſ. pro *tuliſſe* ſuppoſuerunt, & vice verſa. Poſſit etiam *manifeſto* retineri pro *manifeſte.* Cic. *cum manifeſto venenum deprehendiſſet.* ſtatim Ryckian. *quas Labienus periclitantibus caſtris præſidio miſerat.*

Pag.

Pag. 456. *Ex congeſtis cadaveribus agger effectus eſt*] Delendum eſt *ex*, quod in Ryck. non invenitur. Præcepit hoc olim Salmaſius auctoritatem ſecutus Nazariani codicis. In Ryck. præterea pro *effectus eſt*, ſcribitur *confectus eſt*. idem ante *obſideri imperaſſet*.

Pag. 457. *In Celtiberiam interim abſcondit*] J. Lipſius conjiciebat: *In Celtiberiam iterum abſcondit*.

Pag. 458. *Tunc in ferculis Nilus, Arſinoë*] Nic. Heinſio placebat legendum eſſe: *Juncti in Ferculis Nilus, Arſinoë*. dein Ryck. *ad ſimulacrum ignis ardens Pharus*.

Pag. 459. *Nemo caſus imperio*] Scribe, ut monuit idem vir & amicus ſummus Nic. Heinſius: *nemo caſus ejus imperio*. Manifeſta ratio eſt. ſtatim ſequitur: *ſatis ignoverat ſemel*. Satis ignoſcere non ſatis Latinum eſt. Exiſtimabat itaque Heinſius huic incommodo inventum eſſe remedium, ſi legamus: *Satis ſi ignoverat ſemel*. Satis ſcilicet erat.

Ibid. *Didicerat generos timere, filiamque Pompeii cum patruelibus ex Sulla: hic poſteris cavebatur*] Fauſtus Sulla duxerat Pompeji M. filiam. Itaque gener erat Sulla, ut Pompejus Magnus fuerat gener Cæſaris. Hinc Florus dixit, *generos timuiſſe Cæſarem*. Fallitur vero Florus, cum cæſos ſcribit à Cæſare Sullæ liberos cum Pompeii filia; vivos cepit, & incolumes præſtitit, quamvis Afranium & liberorum horum parentem juſſerit interfici, ut vere docet ſcriptor belli Africani c. 95. & Appianus. Sed cum filiæ Pompeji patrueles ex Sulla tribuuntur, ferri non poteſt. Nulla fuit Pompeji filia, quæ habuerit, aut habere potuerit patrueles ex Sulla. Itaque præſtantiſſimus Perizonius in polita diſſertatione de hoc & alio loco Flori, cui hæc debes, cenſet ſcribendum eſſe: *filiamque Pompeii cum parvulis ex Sulla*. Cum duobus enim filiolis Pompejam Sullæ uxorem dimiſſam eſſe ſcribit Appianus. Veteres vero *parvulos* dixerunt pro infantibus & puerulis. Plin. Paneg. *Te parvuli noſcere, oſtentare juvenes, mirari ſenes*. Auctor de cauſſis corruptæ eloquentiæ, c. 29. *Quando etiam ipſi parentes nec probitati, nec modeſtiæ parvulos adſueſaciunt*. Juſtin. 32, 3. & 43, 2. multa alia loca congeſſit Perizonius, & multis refellit opinionem Ruperti, qui *patrueles* pro *conſobrinis* hic accipi poſſe putat.

Pag. 460. *Circa templa imagines*] In mendo cubare hunc locum animadvertit Freinshemius & vere. Nam virorum clarorum imagines circa templa collocare fuit olim uſitatum. vide Plinii Paneg. c. 52. ubi id vocat *prætexi templorum poſtibus*. Sanitatem autem ei reddi poſſe arbitratur N. Heinſius ſi ſcribas: *In circo tenſa, imagines in theatro, diſtincta radiis corona*. Primo omnium Julio Cæſari tenſa in Circenſibus a ſenatu decreta. Vide Sueton. in Julio cap. 76. theatrum non poteſt intelligi, niſi de Pompeji theatro, quod tunc Romæ unicum, ubi & imagines virorum illuſtrium, de quibus Tacitus non uno loco. Malim: *in circo templa, imagi-*

nes; ut per templa intelligat tenſas, in quibus ſtatua circumfe-rebatur Cæſaris, ſicut in actis Apoſtolicis c. 19. ναοὺς ἀργυρέους Ἀρτέμιδος. argentea templa Minervæ, ſunt, ut recte animadvertit Iſ. Caſaub. ædiculæ argenteæ, in quibus ponebantur ſigilla Minervæ, quas vendebant, qui dicebantur ναόποιοι Ariſtoteli 1. Rhetor. Qui illi fuerint docet Græcus Anonymus Scholiaſtes in illum locum: ναόποιοι λέγονται, οἵτινες ποιοῦσι ναοὺς, ἤτοι εἰς εἰκονο-στάσια μικρὰ ξύλινα, καὶ πωλοῦσι ταῦτα. *templorum factores dicuntur, qui ædiculas ligneas faciunt, quas vendunt.* potuiſſet addere argenteas, ut ex Luca patet. Hinc vides errare, qui ναοὺς putant apud eum fuiſſe nummos, In Floro vero cum dixit *in circo templa, imagines*; per *templa*, ut dicebam intelligit *thenſas*, per *imagines* vero *fercula* quæ in perticis circumferebantur. Nam hæc illi decreta eſſe Suetonius eſt auctor.

Pag. 462. *Caſſius aliique patricii*] Recte Palat. Secund. *aliique patres*, quod merito probarunt Lipſius & Rupertus quamvis hic mallet: *aliique patrum.* Plerique enim erant ſenatores. Inde paullo poſt ait: *Ibi in curuli ſedentem eum ſenatus invaſit*, quod & Rupertus obſervavit.

CAPUT III.

Pag. 465. D*Eſciſcit in regem. Nam aliter ſalvus eſſe non potuit*] Hiulcam orationem eſſe & ſenſum pendere vidit Freinshemius, qui putat aliquid excidiſſe, quod ſic ſit ſupplendum: *Deſciſcit in Regem. Populus Romanus aliter ſalvus eſſe non potuit, niſi confugiſſet ad ſervitutem.* Sed tantum abeſt ut aliquid ſit inculcandum, ut potius *nam*, quod ex prava diſtinctione natum & interpoſitum eſt a pravo correctore, ſit delendum, & ſic interpungendum: *Dum Antonius varius ingenio, aut ſucceſſorem Cæſaris indignatur Octavium, aut amore Cleopatræ deſciſcit in regem, aliter ſalvus eſſe non potuit, niſi confugiſſet ad ſervitutem.* Populus Romanus ἀπὸ κοινοῦ eſt repetendum, ex præcedente nimirum periodo. Qui utramque periodum accuratius inſpexerit, cognoſcet nihil eſſe verius. Prima enim vox *quippe* oſtendit & hanc periodum loqui de populo Romano, & velle Florum liquidius docere, cur populus ille Romanus occiſo Cæſare, non redierit in priſtinæ libertatis ſtatum. Dein niſi ſic diſtinguas ultima periodi verba plane ſuſpenſa ſunt. Non ſequitur enim quid factum ſit, dum Antonius deſciſcit in regem, ut in præcedentibus. Nam *dum Sextus paterna repetit*, toto mari trepidatur; *dum Octavius patrem ulciſcitur*, fuit iterum movenda Theſſalia. *Dum Antonius deſciſcit in regem.* Vides non finiri ſententiam. Commode vero finietur, ſi meam ſecutus fueris ſententiam, quam & Lipſio & Gronovio placuiſſe gaudeo. Cum vero dixit movendam fuiſſe Theſſaliam errat, non Theſſalia, ſed Macedo-

nia

Digitized by Google

nia fuit movenda. Nam Philippi hi fuerunt Philippi Macedonici, apud quos Brutus & Caſſius cæſus, ut jam alii viderunt.

Pag. 466. *Gratulandum tamen in tanta perturbatione eſt*] Cur non additur cui ſit gratulandum? lege: *Gratulandum tamen ei in tanta perturbatione eſt*; ei, ſcilicet populo Romano.

CAPUT IV.

Pag. 468. *Tenerum & obnoxium, & opportunum injuriæ*] Non hæc interpolanda ſunt cum viris doctiſſimis qui malebant *temere hunc obnoxium & opportunum injuriæ videret*, inducti hac ratione, quod quia paullo ante vocetur *acerrimus juvenis*, non poſſit hic *tener* dici. Præterea *teneros pueros* plerumque in malam accipi partem, pro mollibus, impudicis, ut Orpheus apud Ovid. XI. Metam.

Ille etiam Thracum populis fuit auctor amorem
In teneros transferre mares.

Sed *teneri* dicuntur etiam qui ſunt tenerioris ætatis, ut apud Suet. Aug. 64: *Cajum & Lucium adoptavit domi per aſſem & libram emtos a patre Agrippa: tenerosque adhuc ad curam reip. admovit.* Et quia quæ tenera ſunt facile poſſunt lædi, hinc *tener* eſt injuriæ opportunus. Cic. VI. ad Att. 2: *quid tandem iſti mali in tam tenera provincia feciſſent?* Cyprum vocat teneram provinciam, quæ non munita, ſed injuriis erat opportuna. Hinc & *tener*. & *obnoxius* ſæpe junguntur. Senec. Conſol. ad Marciam 21: *Labuntur humana & fluunt, neque pars vitæ noſtræ tam obnoxia aut tenera eſt, quam quæ maxime placet.* Si quid hic mutandum eſſet invitis libris, delerem *opportunum injuriæ*. Nam quid eſt *obnoxius*, niſi opportunus & expoſitus injuriæ? ut ſuperius lib. III. 20: *Nam & ipſi per fortunam in omnia obnoxii*: ubi vide quæ notavi. Senec. Nat. Quæſt. III, 27: *quam diligenti nutrimento obnoxium corpus adoleſcit*. hoc eſt mille caſibus, & injuriis expoſitum, & opportunum, quod eandem ob rationem ep. 66. vocat *obnoxium animi domicilium*, ipſeque quid ſit explicat, nimirum, quod injuriam pati poteſt: *Quicquid in me poteſt injuriam pati, hoc eſt: in obnoxio hoc domicilio animus liber habitat.* Sæpiuſcule hac utitur voce Seneca & pervenuſte, ut ad eum oſtendit, cui plurimum debet ὁ μακαρίτης Gronovius. In loco tamen Flori nihil novo.

Pag. 469. *Cunctis artibus cooptationem Juliæ gentis inhibere non deſineret: denique ad opprimendum juvenem palam arma moliri, & jam parato exercitu in Ciſalpina Gallia reſiſtentem motibus ſuis Decimum Brutum obſidebat*] In hoc loco eſt aliquid ὕπουλον & ſuppuratum ulcus. Aut legendum eſt: *denique ad opprimendum juvenem palam arma* moliebatur, *& jam* &c. *obſidebat*. Aut *arma moliri* & *obſidere*. Verum altius latet hoc malum. In præcedentibus

bus verbis videntur ex imperiti hominis additione irrepſiſſe hæc verba *cum non deſineret*. Quæ ubi ſuſtuleris, omnia erunt planiſſima: *Cum videret ſe plena ex commilitio Cæſaris dignitatis, & furtis hereditatem lacerare, ipſum inſectari probris, & cunctis artibus adoptionem Juliæ gentis inhibere, denique ad opprimendum juvenem palam arma moliri*, & *jam parato exercitu in Ciſalpina Gallia reſiſtentem motibus ſuis Decimum Brutum obſidere*. Sane in antiquioribus editionibus legitur *obſidere*, in aliis *obſideret*. Nimirum qui neſciebant apud Latinos hiſtoricos ſibi familiari ellipſi infinitum poni pro finito modo hæc inſulſa inculcarunt *cum non deſineret*. In Camertis exemplaribus graſſati ſunt atrocius ſemipagani. In iis enim ſcriptum reperiebatur, *& furtis hereditatem laceraret*, ſed hæc jam Vinetus vidit & emendavit. Denique ſi *obſidebat* omnino tuentur meliores libri, ponenda πλήν στιγμὴ poſt *arma moliri* cum τῷ πάνυ Salmaſio. Per commilitium autem Cæſaris non tam conſulatus intelligitur, quam quod diu fuerat legatus Cæſaris, & propter rei militaris peritiam in magna apud Cæſarem & exercitum dignitate. vide Plutarchum in vita Antonii.

CAPUT V.

Pag. 470. V*Eteranis in caſtris*] Suſpicatur Nicolaus Heinſius *in*, a ſciolo inſertum importune, delendum eſſe. Caſtra enim veterana accipi a Floro pro veterano milite. Lucan. *caſtra fremunt confuſa*. Poëticum hoc quidem eſt, ſed poëticarum locutionum plenus eſt Florus. Lipſius non ſolum τὸ *in* ſed & *caſtris* cenſet eſſe νόθον. Sed Heinſii ſententiam amplector, ne nimis ab antiquis codicibus recedamus. Illam caſtrorum ſignificationem, quam vir illuſtris oſtendit, ſi repudiemus hic loci, nihil verius opinione Lipſii. Nam nulla in caſtris præmia veteranis ſunt data, ſed in conventu triumvirorum ad Confluentem coloniæ iis ſunt decretæ.

Pag. 472. *Gladio cincta virilis militiæ uxor*] Dudum hic locus ſuſpectus fuit eruditis hominibus. Nam *gladius virilis militiæ* aut, ut alii volunt, *virilis militiæ uxor* ſunt nihili. Lipſius emendabat: *Fulvia gladio cincta militiæ, virilis uxor agitabat*. Sed hæc non ſunt editis meliora. Ingenioſior fuit Anna, Tanaquilli filia, quæ ſcribit: *virilis audaciæ uxor*. idque firmat exemplo Salluſtii de Sempronia ſcribentis: *Quæ multa ſæpe virilis audaciæ facinora commiſerat*. Mox Nic. Heinſius *iterum in arma ire* aut *ruere* malebat, pro *iterum in arma ierat*.

CAPUT VI.

Pag. 473. Q*Uid contra duos exercitus neceſſe fuit venire in cruentiſſimi fœderis ſocietatem?*] Locus contaminatiſſimus, & in quo purgando laborarunt omnes, qui Floro caſtigando manus

Digitized by Google

manus admoverunt. Nolo illorum, qui in manibus omnium verſantur, ſuſpiciones enarrare. J. Lipſius in ſcholis, quas olim Lugduni Batavicæ habuit, hunc ſcriptorem exponens, putabat verba quædam excidiſſe, & ſic poſſe redintegrari, ſi legatur: *Quid contra duos exercitus? neceſſe fuit venire incruentiſſimo duci in cruentiſſimi fœderis ſocietatem.* Sed excedit medicina modum. N. Heinſius monuit, quia nonnulli Mſſ. pro *quid* præ ſe ferant *quod*, & *ut cruentiſſimi viri fœderis*, ſcribendum eſſe: *Quo contra duos exercitus neceſſe fuit venire in cruentiſſimi viro fœderis neceſſitatem. Quo* hoc eſt *quare*, *quapropter* neceſſe fuit Auguſto venire in cruentiſſimi fœderis neceſſitatem, quod ſolus binis exercitibus in unum conjunctis non poſſet reſiſtere, eoque modo factum ejus excuſat. *quo* ut *eo* quod paſſim apud Hiſtoricos occurrit. *Viro* eleganter additum ut apud Maronem Eclog. 1. de Cornelio Gallo:

Utque viro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis.

τὸ *Viro* uſitatum Maroni, Naſonique cum loquuntur de Auguſto. Hæc vir excellentiſſimus in litteris ad me datis de hoc loco. quæ proxime ſane accedunt ad veterum codicum ſcripturam. Ryck. *Quia contra duos exercitus neceſſe fuit venire in cruentiſſimi viri fœderis neceſſitatem.* Sed parum in hoc codice hic eſt ſubſidii. Nunquam potui in animum inducere omiſſum eſſe illius nomen, cui contra duos in neceſſitatem fœderis veniendum erat, hoc eſt tertii triumviri. Quis enim hiſtoriæ illius temporis ignarus hoc divinando poſſet aſſequi? Antonium & Lepidum nominavit. Cur præterit Cæſarem Octavium, in principio capitis, cum non longe poſt ſingulorum nomina repetat? Cenſeo Florum reliquiſſe: *Quid contra duos exercitus Cæſar? neceſſe fuit venire in cruentiſſimi fœderis ſocietatem. Neceſſe* ſequentem voculam *Cæſar* abſorpſit. Alluſit forte ad tritum vulgo dictum, Ne Hercules adverſus duos. Diſtinctio hæc, ut vidimus, Lipſio quoque probatur, & politiſſimæ Tanaquilli Fabri filiæ.

Pag. 474. *Diverſa omnium nota incendia. Lepidum divitiarum cupido*] Ryck. *diverſa omnium tota incendia. Lepidum divitiarum cupido.* J. Lipſius: *diverſa omnium vota, ac incendia.* aut: *diverſa omnium vota ac ingenia.* Sed nihil verius eſt emendatione doctiſſimi Freinſhemii: *diverſa omnium vota. Incendit Lepidum divitiarum cupido.* quod & N. Heinſio in mentem venerat.

Ibid. *Antonium ultiones*] Lege ſine mora ex Ryckiano: *Antonium ultionis* ſcilicet cupido. Vulgatam reſpuit Latina lingua. Sic tamen & J. Lipſius & Nic. Heinſius conjecerant ſcribendum eſſe valde εὐστόχως, cum alii caſtigatores hunc ſcopulum intactum præteriiſſent.

Pag. 475. *Apud Confluentes inter Peruſiam & Bononiam*] Hallucinatur hic Florus. Confluentes hi, plus quam nongentia millia paſſuum abſunt Peruſia, quod & Gerh. Voſſius animadvertit ad Vell. II, 65. Rectius Appianus & Dio inter Bononiam & Mutinam.

tinam. Sed pro *Peruſiam* legendum *Petruſiam*, docuit V. cl. Cæſar Malvaſia in Marmora Felſinea. Nam Petruſa, vulgo *la Pietroſa*, ruſticis *Zola Prodoſa*, Lavini fluminis ponti eſt contermina, ubi fuit Triumvirorum ſtatio. Vide Dionem lib. 47. ubi narrat illos congreſſos eſſe ad colloquium in quadam inſula ejus fluvii, qui præterfluit Bononiam.

Ibid. *Exercitus conſalutant*] Videtur hic aliquid excidiſſe. Nam *conſalutant* non addito qui conſalutentur non memini legere. Puto Florum reliquiſſe: *exercitus conſalutant inter ſe*. Cic. 2. de Orat. *Qui cum inter ſe, ut ipſorum uſus ferebat, amiciſſime conſalutaſſent.* Mox N. Heinſius: *Lepidus L. Paullum fratrem proſcripſerit*, deleto *ſuum*, quod ſupervacuum ſit, & in præcedente verſu legatur. Paullo poſt malebat Lipſius: *proponere roſtris jam viſitatum erat.* hoc eſt jam ante viderant, tempore nimirum Sullæ. dein idem *videret*, *concurreret*. pro *videretur*, *concurreretur*. Sed non opus mutatione.

CAPUT VII.

Pag. 478. B*Rutus & Caſſius ſic Cæſarem quaſi Tarquinium regem depuliſſe regno videbantur*] Pulchre vidit Nic. Heinſius ſuperfluum eſſe *regem*, & expungendum. non longe poſt idem cenſet Florum dediſſe: *ſed libertatem, quam maxime reſtitutam voluerunt, illo ipſo parricidio prodiderunt.* Sic ſane cultiores ſcriptores malunt loqui, quam quod circumfertur, *perdiderunt*. Sic equus *prodit* rectorem cum dat præcipitem in pugna. Sed nec deſunt exempla, quibus vulgata ſcriptura defendi poſſit.

Ibid. *Nec illis ad ultionem deerat animus ſed ducem non habebant*] In hoc loco tricatur vir χαριέστατος, &, mihi, dum fata ſinebant, amiciſſimus. Non ſunt Caſſius & Brutus, quibus ad ultionem animus non deerat, ſed veterani Cæſariani, qui in urbem confluxerant, ultionem ſpirantes Cæſaris, ſed tum nondum ducem habebant, non longe poſt nacti ſunt Octavianum Cæſarem.

Pag. 478. 479. *Diſplicuit ultio cum conſulis abolitione decreta*] Ex his verbis nullam ſententiam elicias. Quid enim ſibi velint nemo intelligit, ut pridem Freinshemius animadvertit. Non libet aliorum emendationes hic recoquere. Ex vetuſtis membranis nihil opis expectes. Forte ſic locus conſtituetur bene, ſi ſcripſeris: *Diſplicuit ultio Senatuſconſulto abolitione decreta diſcordia.* τὸ *diſcordia* vitio librariorum ſomnolentorum propter affinitatem litterarum præcedentis vocis *decreta* videtur intercidiſſe. Quis enim, ſi alii hiſtorici intercidiſſent, intelligeret, cujus rei abolitio eſſet decreta, niſi addatur. *Abolitio* enim ſimpliciter pro ἀμνηστίᾳ nemo dixerit, aut intellexerit. *Senatuſconſulto* debetur ingenio litteratiſſimæ fœminarum Annæ Fabri. Non tantum cædis, ſed omnis injuriæ ac diſcordiæ abolitio decernebatur. Cic.

Phi-

Digitized by Google

Philipp. *Omnem memoriam diſcordiarum oblivione ſempiterna delendam cenſui.* Si *conſenſu conſulis*, quod in Stadii extat editione, veteris codicis auctoritate ſtabiliretur, non rejicerem ſed legerem. *Diſplicuit ultio, conſenſu conſulis abolitio decreta diſcordiæ.* Conſul eſt Antonius, qui Ciceroni ἀμνηστίαν ſuadenti aſſenſus eſt metu Lepidi, & ut ea S C ſanciretur operam navavit. vide Dionis lib. XLIX.

Pag. 479. *Ne tamen publici doloris oculos ferrent*] Prærupta hæc & depravata. Modo locutus eſt de Antonio. Nunc ad Caſſium & Brutum tranſit, nulla eorum mentione facta, ut de quibus agat in hac periodo hiſtoriæ illorum temporum ignarus non poſſit videre, peritus difficulter divinare. Nullus dubito quin hic non pauca verba deſcriptorum vitio perierint. Dein qui ſunt *publici doloris oculi? Dolores oculorum* nemo paulo humanior ignorat. Sed *oculi doloris* Latinis quid ſint fateor me ignorare. Nec enim ſic dici poſſunt homines dolentes, vultuque ac fronte dolorem præ ſe ferentes. Sententia loci hæc eſt. Caſſius & Brutus quamvis decreta eſſet injuriarum abolitio & oblivio, non poterant tamen ferre luctum illum Romani populi morte Cæſaris dolentis, & percuſſores ejus deteſtantis, itaque in provincias ſibi a Cæſare datas projecti ſunt. De populi dolore & indignatione Dio lib. XLIV. & Sueton. in Julio. Provincias Cæſarem dediſſe Bruto & Caſſio non ſolum ex aliis, ſed & ex Ciceronis conſtat epiſtolis. Verba quomodo conſtituenda ſint certo non liquet. Cogitabam: *ne tamen publici doloris vis oculos ureret.* ut ſuperius lib. 2: *urebat nobilem populum ablatum mare.* Horat. *Urit me Glyceræ nitor.* Mallem niſi longius recederet a libris, *ne tamen publicum dolorem horum oculi ferrent; Horum* nimirum Caſſii & Bruti. Cic. lib. IX. ad fam. ep. 2: *Denique, leviſſime qui ſuſpicaretur, & qui fortaſſe me noviſſet optime, putaret me idcirco diſcedere, quod quoſdam homines oculi mei ferre non poſſent.* Aliud eſt in eadem epiſtola: *Tibi autem idem conſilii do, quod mihimet ipſi, ut vitemus oculos hominum, ſi linguas non poſſumus.* Nic. Heinſius tamen de hoc loco ad me his verbis ſcripſit: legebam olim: *ne tamen publici doloris aculeos ferrent.* pungebat, inquit, dolor publicus Brutum Caſſiumque, quod ſe ſcirent auctores & cauſſam eſſe hujus doloris. Plautus Trinummo: *Jam dudum meum ille pectus pungit aculeus, quid illi nogotii fuerit ante meas ædes.* Cic. *maledicti & contumeliarum aculeos* dixit ad Q. Fratrem: *Fuerunt nonnulli aculei in C. Cæſarem, contumeliarum in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompejo.* & ſic ille paſſim; vide Gronovium ad Livii lib. XXIII, cap. 42. Sed poſtea prætulit vulgatum, putatque dictum ut apud Naſonem *oculos non feret ille tuos.* Verum ſi libere mihi de hoc loco ſententiam ferre licet, omnino exiſtimo eum mutilum eſſe, & quaſdam voces, ſi non verſus intercidiſſe. Nam ultima præcedentis periodi verba, ut circumferuntur, nullius ſunt ſenſus, & hæc ſeabra ſunt & cum prioribus non cohærent.

Ibid.

tinam. Sed pro *Peruſiam* legendum *Petruſiam*, docuit V. cl. Cæſar Malvaſia in Marmora Felſinea. Nam Petruſa, vulgo *la Pietroſa*, ruſticis *Zola Prodoſa*, Lavini fluminis ponti eſt contermina, ubi fuit Triumvirorum ſtatio. Vide Dionem lib. 47. ubi narrat illos congreſſos eſſe ad colloquium in quadam inſula ejus fluvii, qui præterfluit Bononiam.

Ibid. *Exercitus conſalutant*] Videtur hic aliquid excidiſſe. Nam *conſalutant* non addito qui conſalutentur non memini legere. Puto Florum reliquiſſe: *exercitus conſalutant inter ſe*. Cic. 2. de Orat. *Qui cum inter ſe, ut ipſorum uſus ferebat, amiciſſime conſalutaſſent*. Mox N. Heinſius: *Lepidus L. Paullum fratrem proſcripſerit*, deleto *ſuum*, quod ſupervacuum ſit, & in præcedente verſu legatur. Paullo poſt malebat Lipſius: *proponere roſtris jam viſitatum erat*. hoc eſt jam ante viderant, tempore nimirum Sullæ. dein idem *videret*, *concurreret*. pro *videretur*, *concurreretur*. Sed non opus mutatione.

CAPUT VII.

Pag. 478. B*Rutus & Caſſius ſic Cæſarem quaſi Tarquinium regem depuliſſe regno videbantur*] Pulchre vidit Nic. Heinſius ſuperfluum eſſe *regem*, & expungendum. non longe poſt idem cenſet Florum dediſſe: *ſed libertatem, quam maxime reſtitutam voluerunt, illo ipſo parricidio prodiderunt*. Sic ſane cultiores ſcriptores malunt loqui, quam quod circumfertur, *perdiderunt*. Sic equus *prodit* rectorem cum dat præcipitem in pugna. Sed nec deſunt exempla, quibus vulgata ſcriptura defendi poſſit.

Ibid. *Nec illis ad ultionem deerat animus ſed ducem non habebant*] In hoc loco tricatur vir χαριέστατος, &, mihi, dum fata ſinebant, amiciſſimus. Non ſunt Caſſius & Brutus, quibus ad ultionem animus non deerat, ſed veterani Cæſariani, qui in urbem confluxerant, ultionem ſpirantes Cæſaris, ſed tum nondum ducem habebant, non longe poſt nacti ſunt Octavianum Cæſarem.

Pag. 478. 479. *Diſplicuit ultio cum conſulis abolitione decreta*] Ex his verbis nullam ſententiam elicias. Quid enim ſibi velint nemo intelligit, ut pridem Freinshemius animadvertit. Non libet aliorum emendationes hic recoquere. Ex vetuſtis membranis nihil opis expectes. Forte ſic locus conſtituetur bene, ſi ſcripſeris: *Diſplicuit ultio Senatuſconſulto abolitione decreta diſcordiæ*. τὸ *diſcordiæ* vitio librariorum ſomnolentorum propter affinitatem litterarum præcedentis vocis *decreta* videtur intercidiſſe. Quis enim, ſi alii hiſtorici intercidiſſent, intelligeret, cujus rei abolitio eſſet decreta, niſi addatur. *Abolitio* enim ſimpliciter pro ἀμνηστίας nemo dixerit, aut intellexerit. *Senatuſconſulto* debetur ingenio litteratiſſimæ fœminarum Annæ Fabri. Non tantum cædis, ſed omnis injuriæ ac diſcordiæ abolitio decernebatur. Cic.

Phi-

Digitized by Google

Philipp. *Omnem memoriam diſcordiarum oblivione ſempiterna delendam cenſui.* Si *conſenſu conſulis*, quod in Stadii extat editione, veteris codicis auctoritate ſtabiliretur, non rejicerem ſed legerem. *Diſplicuit ultio, conſenſu conſulis abolitio decreta diſcordia.* Conſul eſt Antonius, qui Ciceroni ἀμνηστίαν ſuadenti aſſenſus eſt metu Lepidi, & ut ea S C ſanciretur operam navavit. vide Dionis lib. XLIX.

Pag. 479. *Ne tamen publici doloris oculos ferrent*] Prærupta hæc & depravata. Modo locutus eſt de Antonio. Nunc ad Caſſium & Brutum tranſit, nulla eorum mentione facta, ut de quibus agat in hac periodo hiſtoriæ illorum temporum ignarus non poſſit videre, peritus difficulter divinare. Nullus dubito quin hic non pauca verba deſcriptorum vitio perierint. Dein qui ſunt *publici doloris oculi? Dolores oculorum* nemo paulo humanior ignorat. Sed *oculi doloris* Latinis quid ſint fateor me ignorare. Nec enim ſic dici poſſunt homines dolentes, vultuque ac fronte dolorem præ ſe ferentes. Sententia loci hæc eſt. Caſſius & Brutus quamvis decreta eſſet injuriarum abolitio & oblivio, non poterant tamen ferre luctum illum Romani populi morte Cæſaris dolentis, & percuſſores ejus deteſtantis, itaque in provincias ſibi a Cæſare datas projecti ſunt. De populi dolore & indignatione Dio lib. XLIV. & Sueton. in Julio. Provincias Cæſarem dediſſe Bruto & Caſſio non ſolum ex aliis, ſed & ex Ciceronis conſtat epiſtolis. Verba quomodo conſtituenda ſint certo non liquet. Cogitabam: *ne tamen publici doloris vis oculos ureret.* ut ſuperius lib. 2: *urebat nobilem populum ablatum mare.* Horat. *Urit me Glyceræ nitor.* Mallem niſi longius recederet a libris, *ne tamen publicum dolorem horum oculi ferrent; Horum* nimirum Caſſii & Bruti. Cic. lib. IX. ad fam. ep. 2: *Denique, leviſſime qui ſuſpicaretur, & qui fortaſſe me noviſſet optime, putaret me idcirco diſcedere, quod quoſdam homines oculi mei ferre non poſſent.* Aliud eſt in eadem epiſtola: *Tibi autem idem conſilii do, quod mihimet ipſi, ut vitemus oculos hominum, ſi linguas non poſſumus.* Nic. Heinſius tamen de hoc loco ad me his verbis ſcripſit: legebam olim: *ne tamen publici doloris aculeos ferrent.* pungebat, inquit, dolor publicus Brutum Caſſiumque, quod ſe ſcirent auctores & cauſſam eſſe hujus doloris. Plautus Trinummo: *Jam dudum meum ille pectus pungit aculeus, quid illi negotii fuerit ante meas ædes.* Cic. *maledicti & contumeliarum aculeos* dixit ad Q. Fratrem: *Fuerunt nonnulli aculei in C. Cæſarem, contumeliarum in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompejo.* & ſic ille paſſim; vide Gronovium ad Livii lib. XXIII, cap. 42. Sed poſtea prætulit vulgatum, putatque dictum ut apud Naſonem *oculos non feret ille tuos.* Verum ſi libere mihi de hoc loco ſententiam ferre licet, omnino exiſtimo eum mutilum eſſe, & quaſdam voces, ſi non verſus intercidiſſe. Nam ultima præcedentis periodi verba, ut circumferuntur, nullius ſunt ſenſus, & hæc ſcabra ſunt & cum prioribus non cohærent.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. *Igitur ordinata magis ut poterat, quam ut debebat in Triumviros republica*] Ryck. *Igitur ordinata magis ut poterat, quam ut decebat inter triumviros reſpublica.* Sed quia in Nazar. aliiſque melioribus libris non habetur *in triumviros* cauſſæ nihil eſt ut hæc verba non pro ſpuriis ducantur, & *reſpublica* ex iiſdem cum Salmaſio recipiatur.

Ibid. *Eandem illam, qua fatalis Cn. Pompejo fuit, arenam inſederant*] Ryck. *eadem illa, qua fatalis Cn. Pompejo fuit, arena inſederant.* Poſſunt ferri. Virg.

Qui nunc lenti conſedimus arvis.

Sed nihil muto. Nam & *inſidendi* verbum paſſim Livium, Salluſtium, alioſque Hiſtoricos, ac poëtas, atque in his Silium, jungere cum caſu quarto Nic. Heinſius oſtendit. Sil. XII, v. 48.

Arduus ipſe
Tiſata inſedit propior.

Sic enim ſcripti, vel *inſidit*, ut Colonienſis. & ſic etiam ex vetuſtis editionibus pro *inſederant* Freinshemius hic loci notat *inſiderant.* Veteres enim *inſidere* potius dixiſſe quam *inſedere* copioſe ad Maronem eſt oſtenſurus Heinſius. Vulgati apud Silium *Tiſata invadit.* Idem Silius lib. V. e Colonienſi:

Silvarum anfractus cœcis inſiderat armis.

Sic & ipſe Florus *inſidere arcem* III, 21. *collem* IV, 2. *mare* IV, 8.

Ibid. *Sed nec tuum imminentia cladis deſtinata ſigna latuere*] Ryck. *ſed nec tum imminentia cladis deſtinata ſigna latuere.* Bene Salmaſius, & olim Lipſius: *Sed nec tum imminentis cladis deſtinata ſigna latuere.* forte melius: *imminenti cladi deſtinata ſigna.* Imminens clades, quæ illi exercitui impendebat. deſtinata ſigna, nimirum a fatis. Sic mox *excedens caſtris quibus capi imminebat.*

Pag. 481. *Pari in meliora præſagio in Cæſaris caſtris.*] Ryck. *Dari in meliora præſagio in Cæſaris caſtris.* Quid hic ſibi vult *par præſagium*, cum potius diſpar præſagium eſſet? Nec video quam Latine dicatur *promittere pari præſagio in melius* vel *meliora.* Forte: *At meliore præſagio in Cæſaris caſtris omnia aves victimæque promiſerant.* natum eſt *in* & *ri* in *dari* ex repetitione litteræ *in* ſequentis vocis. & pro *at* ſcriptum fuit *ad* & dein inverſis litteris *da.* Acutiores ſi quid probabilius poſſit extricari cogitent. Nic. Heinſius poſt has notas litteris mandatas ſcribit, ſibi legendum videri. *Diſpari & in meliora præſagio*, ut ſubintelligatur *converſo*, ut alibi: *In Ciliciam Pompejus, Cæſar in Oceanum, exercitus in fugam*, ſcilicet convertitur; aut ſi hoc durius ſit, legendum, *diſpari meliora præſagio*, nimirum meliora promittebant.

Ibid. *At, quamvis duces non eſſent præſentes*] copula non extat in Ryckiano. dein pro *quorum alterum*, idem *cum hinc alterum.* præterea verba mox ſequentia *primum adeo anceps fuit & par utrimque diſcrimen, ut exitus prælii docuit*, ſunt turbata, & loco, in quo a Floro fuerant poſita, exciderunt. Non enim exitus

Digitized by Google

tus prælii docuit par utrimque diſcrimen, & primum prælium anceps fuiſſe, ſed id docuit, ſtetiſſe abſentibus ducibus fortunam & ultoris, & qui vindicabatur, hoc eſt Octavii & Julii, pro partibus. Totus locus ſic eſt refingendus, ſi ſuam illi conſtare velis integritatem. *Acie namque commiſſa, cum pari ardore aliquandiu dimicatum foret, quamvis duces non eſſent præſentes, cum hunc corporis ægritudo, illum metus & ignavia ſubduxiſſent, ſtabat tamen pro partibus invicta fortuna & ultoris, & qui vindicabatur, ut exitus prælii docuit. Primum adeo anceps fuit, & par utrimque diſcrimen. Capta ſunt hinc Cæſaris caſtra, inde Caſſii.* Spero hanc emendationem me probaturum eruditis; qui συνέχειαν iſtius loci recte perpenderint. Nihil immutavi invitis libris, niſi quod pro *ſtaret*, ſcripſerim *ſtabat*, ſententia flagitante. Quia perperam copulam intruſerant interpolatores, quam fide Ryckiani expunxi, crediderunt id verbum pendere a præcedente *cum*, indeque in *ſtaret* verterunt. *Primum adeo anceps*, ſi relinquitur in hoc, in quo in libris extat, loco, nullum eſt ſubſtantivum ad quod accommodetur. Sin reponas in ſuum, quem oſtendi, ordinem, pendebit a præcedenti voce *prælii*.

Pag. 482. *Caſſius inclinato cornu ſuorum*] Melius Ryck. *Caſſius inclinato cornu ſuo.* ſtatim idem: *& captis caſtris rapido impetu recipientes ſe videre equites.* ſcribe: *& captis caſtris rapido impetu recipientes ſi videris equites.* alii libri tam editi quam exarati manu: *cum captis caſtris rapido impetu recipientes ſe videret equites.* quod tamen non damno. dein idem codex cum Nazar. *tardius enunciaret:* & paullo poſt *uni ex proximis.*

Ibid. *Ita enim par ſupereſſe bello convenerat*] Ryck. *ita enim ſupereſſe bello convenerat*, ut & non nulli alii libri. Nic. Heinſius vulneri huic medicas quoque manus admovet, Florumque ſcripſiſſe ſciſcit: *ita enim, impares ne ſupereſſent bello, convenerat.* & hoc quidem ex fide hiſtoriæ, quæ videnda ſit apud Plutarchum in Bruto. *impares* ut lib. II, cap. X: *Ipſo Oceano tranquillo magis, quaſi ſe imparem fateretur.* & II, 17: *Cum interim imparem Druſum, ægrumque rerum temere motarum mors abſtulit.* Convenerat Brutum inter Caſſiumque, ſi prælio ſuccumberent, ſibi manus inferre, aut ſaltem non ſupereſſe bello. Mutatio autem hic non eſt magna ſi veſtigia corruptionis inſpiciantur. *Im* & *enim* eſt iterandum, ſic habebimus *impar*, deinde mutandum *es* e ſubſequenti *ſupereſſe* ita fiet *impares*, ſed & *ne* excidit quod paullo ante habuimus.

Pag. 483. *Ad ultimum non ſuis manibus uſos*] Lipſius malebat: *ad ultima non ſuis manibus uſos.* Mox bene Gruterus delevit negantem particulam, firmante Ryckiano: *Niſi hoc quoque ex perſuaſione defuit.*

CAPUT

CAPUT VIII.

Pag. 485. H*Ic ſecum piratas navales agitabat*] Eſt & hic locus inter conclamatos. Lipſius conjiciebat, *hic ſemi-pirata navales pugnas agitabat.* quod indignum tanto viro. Nic. Heinſius exiſtimat perperam omiſſam a librariis eſſe vocem *prædas*, quæ ſi reponatur, omnia eſſe expedita. *Hicce pirata prædas navalis* (pro *navales* antiquo more) *agitare.* Eſſe autem Salluſtianum *prædas agitare*, pro quo alii *prædas agere* dicant. Reſpexiſſe Florum ad illa Lucani, qui eodem modo de hoc ipſo Sexto:

Polluit æquoreos Siculus pirata triumphos,

ut ſuperius jam notavimus. Sed cum ſequentia conſidero non unam hic vocem ſed plures verſus intercidiſſe perſuaſum habeo, quod & Gronovius ὁ μακαρίτης ſentiebat. Copiarum navalium magnitudinem deſcripſerat. Verba ſequentia oſtendunt. *Tanta mole belli penitus in Siculo freto juvenis oppreſſus eſt.* Hæc cum præcedentibus non cohærent.

Ibid. *Tanta mole belli penitus in Siculo freto juvenis oppreſſus eſt*] Ingratiis genii Latinæ linguæ *penitus opprimi*, pro *funditus deleri* dicitur: ſcripſiſſe Florum exiſtimo: *Tanta mole belli petitus in Siculo freto juvenis oppreſſus eſt. petitus* eſt infeſtatus.

Pag. 486. *Aſiamque velis petit*] Lipſius. *petiit. Tandem &*

Ibid. *Sub percuſſore*] Ryck. cum Pall. *ſub percuſſoribus.*

CAPUT IX.

Pag. 487. T*Errore ſui ſeculum liberavit*] Hoc ex Stadii editione recepit Freinshemius. Alii *terra ſeculum liberavit.* ſed Ryck. *tandem & totum terre ſeculum liberavit.* lege: *tandem & totum terrore ſeculum liberavit.*

Pag. 488. *Diſſipant Antoniana præſidia*] Nazar. *diſputant Antoniana præſidia.* Sed excidit ſyllaba, quam integram ſervavit Ryckianus, in quo recte ſcribitur: *diſpulerunt Antoniana præſidia.*

Pag. 489. *Equitatum toto inter Orontem & Euphratem ſinu late cecidiſſet*] Ryck. *Equitatum inter Orontem & Euphratem Atum late cecidiſſet.* Nihil muto. Eſt enim hoc loquendi genus Floro familiare. Sic ſuperius II, 16: *Critolai manum Metellus Conſul per patentes Elidis campos toto cecidit Alpheo.* & ſic alibi quoque.

CAPUT X.

Pag. 491. V*Irium mutuarum documenta feciſſent*] Alii dicerent *virium mutuarum documenta dediſſent.* forte ſic Florus ſcripſit.

Pag. 492. *Cum ſubito nec magna hoſtium manus*] Quomodo non

Digitized by Google

non magna hoſtium manus tanquam nimbus potuit erumpere, & duas legiones operire telis? lege: *cum ſubitanea & magna hoſtium manus.* Hoc & Lipſio ſuccurriſſe poſtea deprehendi, cum olim ſic emendandum eſſe dixerit. Dein Lipſius malebat: *cum fidem eo ipſo feciſſet.* Eſt hoc ſane Latinius.

Pag. 493. *Quadam forte*] Sic recte Ryck. & alii libri meliores. *Quadam forte* eſt quodam caſu. Suet. Tib. XI: *Forte quadam in diſponendo die.* Sic enim ibi legendum oſtendi.

Pag. 494. *Qui Parthorum tela fugiſtis*] Ryck. *qui Parthorum tela fugitis.* Unde vitio librariorum in aliis membranis *fudiſtis*, ſeu *fuditis.* Hinc correctores formarunt *fertis.*

Ibid. *Tum quibuſdam Salmacidis fluvius infeſtior*] Sic & Ryck. Sed legendum cum Salmaſio *quibuſdam ſalinacidis fluvius infeſtior.* Salinacidis ſcilicet aquis, quæ ſalſæ erant & acidæ. Salinacida Latinis dicuntur quæ Græcis dicuntur ὀξαλυκαί, ὀξαλμυραί. legitur hæc vox & apud Plinium tam Veronenſem, quam Valerianum, nec non Gariopontum alioſque. de ea vide Viros Magnos Salmaſium in Exercitationibus Plinianis. & Reineſium, III. Variarum Lectionum c. 4.

Ibid. *Cum noxiæ etiam dulcis fieret*] Hic etiam correctores graſſati ſunt. Nam & triviales litterionum canones dictitant dicendum fuiſſe: *cum noxiæ etiam dulces fierent.* Ryck. *cum maxime quoque dulces fere.* Sed totus locus ex illius codicis veſtigiis ſic eſt reſcribendus: *noviſſime, quia ab invalidis & avide hauriebantur, noxiæ quoque dulces fuere.* & ſic fere Freinshemius.

CAPUT XI.

Pag. 496. F*Uror Antonii quatenus ambitu Antonii non interiret*] Ryck. *Furor Antonii quum ambitu Antonii non interiret.* Sane videtur hanc vocem poſtulare *interiret.* Hinc & Acidalius ad Vell. II, 68. notavit *interibat* legendum eſſe.

Pag. 499, 500. *Tabulis allevatæ*] Ryck. *elevatæ.* dein: *adhac ignibus jactis.*

Pag. 501. *Toto mari ferebatur. Arabumque & Sabæorum ſpolia.*] Ryck. *toto mari ferebat Arabumque.* Diſtingue: *toto mari ferebat Arabumque & Sabæorum & mille aliarum gentium Aſiæ ſpolia. Purpuram, aurumque.* vidit & Salmaſ. Nam & Naz. & Pal. hanc lectionem oſtendunt. Circumferebant toto mari in prælio fractæ naves Antonii res pretioſas, quas ex Arabia & Sabæis Ægypto vicinis ſecum Antonii milites portarant. Mallem tamen pro *ferebant* ſcribere *ſpargebant* ſi libri ſuffragarentur.

Ibid. *Se in altum dedit*] Ryck. *ſe in altum tulit.* non male. Terent. *huc te fer.* & ſimilia alia. *Dare in altum*, quod Salmaſius vult non legitur apud ſcriptores antiquos, ſi recte memini: *Dare vela in altum* ſæpe.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XII.

Pag. 504. *AD Septentrionem converſa plaga ferocius ferme agebat; Norici, Illyrii; Pannonii*] Nic. Heinſius: *Ad Septentrionem converſa plaga ferocius fere agebant Norici, Illyrii, Pannonii.* pro in plaga ad Septentrionem converſa ferocius agebant illi populi.

Ibid. *Brennos, Semnones*] *Brennus* nobilis eſt; ſed *Brenni* nulli ſunt in orbe terrarum. legendum *Breuni*, Hi ſunt in Vindelico, Horatio, Straboni, Plinio commemorati; *Senones* fruſtra quoque in Germania aut apud Vindelicos quæras. legendum: *Semnones*, quos tamen Tiberius ſubegiſſe narrat Vell. Paterc. II, 106. Vide de his Cluverium III. de Germania antiqua c. 24. H. Valleſius tamen, vir ſummus, ad Dionis Coccejani excerpta, malit legere *Cennos*, quia Gruterus in MSS. Palatinis invenit *Seonnes*, & quia Jornandes, qui Florum compilarit, ſcripſerit *Cennos*, id retinendum putat. Verum ego nullus dubito *Seonnes* corruptum eſſe, & *Semnones*, ut oſtendi, tranſpoſitis litteris, & *m* mutato in *n* ut ſæpe factum.

Pag. 505. *Quæ fuerit callidarum gentium feritas*] Salmaſius multis diſputat has gentes barbaras fuiſſe & incultas non callidas. Naz. & Ryck. *albidarum gentium.* Hinc Nic. Heinſ. *validarum gentium.* Sic infra hoc capite, *duæ validiſſimæ gentes Cantabri, & Aſtures.* & ſæpius alias. hoc & Lipſio placebat. Salmaſius *Alpicarum gentium* reſcribendum cenſet. Quæ vox non ſolum in notis Tyronis reperitur, ſed & in elegantiſſima inſcriptione antiqua in Allobrogibus inventa, quam mecum communicavit amicus.

SYLVANE. SACRA. SEMILCUSE. FRA-
XINO.
ET. HUJUS. ALTI. SUMME. CUSTOS
HORTULI.
TIBI. HASCE. GRATES. DEDICAMUS.
MUSICAS.
QUOD. NOS. PER. ARVA. PERQUE. MONTES.
ALPICOS.
TUIQUE. LUCI. SUAVEOLENTIS. HO-
SPITES.
DUM. JUS. GUBERNO. REMQUE. FUNGOR.
CAESARUM.
TUO. FAVORE. PROPERANTI. SOS-
PITAS.
TU. ME. MEOSQUE. REDUCES. ROMAM.
SISTITO.
DAQUE. ITALA. RURA. TE. COLAMUS
PRAESIDE.

EGO.

Digitized by Google

EGO. JAM. DICABO. MILLE. MAGNAS. ARBORES.
T. POMPONII. VICTORIS. PROC. AUGUSTO. T.

In verſu ſeptimo neſcio deſcriptoris, an marmorarii culpa ſcriptum ſit, *tuo favore properanti* pro *tuo favore proſperanti.*

Pag. 506. *Infantes ipſos adflictos humo in ora militum*] Nic. Heinſius: *adflictos humi* dicerent melioris ævi ſcriptores. Nazarian. *adflictos humano.* Puto *adflictos humi (immane!) in ora militum adverſa miſerunt.* & ſane pro genio Flori.

Ibid. *Ad quadam quaſi clauſtra cuſtodiunt*] Ryck. & Pal. Prim. *& quadam quaſi clauſtra cuſtodiunt.* Pal. Tert. *ad quadam clauſtra cuſtodiunt.* Scribendum videtur: *imaſque valles earum, quadam quaſi clauſtra, cuſtodiunt.*

Ibid. *Fierique pontes imperavit*] Mſſ. *fierique pontem & aquis imperavit.* an, *fierique pontem e cratibus imperavit.* de tali ponte videndus inter alios Lucanus lib. v, v. 111. E cratibus enim naves quandoque texebantur. Hæc viri Illuſtris Nic. Heinſii de hoc loco eſt ſententia.

Pag. 507. *Cum Illyricus multitudine pontem ſuccidiſſet*] Hæc nullius eſſe ſententiæ & adverſari hiſtoriæ dudum notavit Salmaſius, qui ex codice Nazar. legit *cum lubricus pons multitudine ſuccidiſſet.* Sed cur *lubricus*? Verior eſt ſcriptura Jornandis probata quoque Grutero & Lipſio: *cum ſubruptus multitudine pons ſuccidiſſet.* Mox Ryck. etiam *ſpecioſiore ſanguine*, ubi non male Salmaſ. *ſpecioſior e ſanguine.* Dein idem Ryck. tuetur *tribus fluviis.* Verius tamen alii *duobus fluviis.* ut pluribus oſtendit Salmaſius.

Ibid. *Pannonii duobus ſaltibus, ac tribus fluviis Dravo Savo Hiſtroque vallantur*] *Hiſtro* non invenitur in optimis codicibus Nazarian. duobus Palatinis, & antiquiſſima editione, nec in Jornande. nec τὸ *tribus* eſt apud Jornandem. Præterea omnibus ignoti ſunt illi duo ſaltus, quibus vallata dicitur eſſe Pannonia. Unde celeberrimus Perizonius in perdocta diatriba de hoc loco, cenſet Florum ſcripſiſſe: *Pannonii duobus ſatis acribus fluviis Dravo Savoque vallantur.* Hanc veram Flori manum ait ſe deprehendiſſe apud Iſidorum, qui Florum & Salluſtium diligenter legerit, & ad verbum exſcripſerit nonnunquam: In hac ſane Pannoniæ deſcriptione manifeſte ſecutus ſit Florum, cum lib. XIV, 4. aiat: *Pannonia regio fortis & ſolida, duobus ſatis acribus fluviis Dravo Savoque vallata.* Jornandem quoque addit, qui pene integrum Florum deſcripſerit, hic loci in Mſſ. teſte Grutero, præ ſe ferre: *duobus acribus fluviis Dravo Savoque.* Eſſe autem acres fluvios, vehementes, rapidos. Horat. lib. 1. Sat. *Aufidus acer.* Curtius: v, 1:

Qui

Qui retentus acrius, quam ſi libero curſu mearet, illiditur. alia Vir doctiſſimus ibi congeſſit hujus notionis exempla.

Pag. 508. *Vibium miſit*] Lipſius mallet: *Fuſium miſit* de quo Dio lib. XLIX. Ryck. *Virinium miſit.* Corrupte. Nihil certius emendatione Pighii, reſcribentis *Tiberium.*

Ibid. *Sed capta ſunt & in profluentem data*] Inepte *capta* dicuntur, cum præceſſerit *non cremata* fuiſſe. Qui cremari poterant non capta? lege *ſed jacta, & in profluentem data.*

Pag. 509. *Quod alioqui gens omnium cupidiſſima*] Sic quidem fateor, omnes libri. Mihi tamen ſuſpectus eſt hic locus, partim quia nuſquam legitur Dalmatas auri tam cupidos fuiſſe, aut magis cupidos quam alios populos, dein, quia *cupidus* ſine ſuo caſu nunquam poſitum me legere memini, niſi apud Poëtas, quibus *cupidus vir, ſponſus, puella* dicitur, & tandem quod totius loci ſententia ſit perabſurda, quod & eximius ille Freinshemius vidit & annotavit. Omnes vero hi ſcrupuli e medio tollentur, ſi levi immutatione ſcripſeris pro *cupidiſſima, ſtupidiſſima.* Hoc, inquit, aurum gens in omnibus aliis negotiis ſtupidiſſima, tanta diligentia ac ſtudio quærit, tota in metallis ſuis quaſi defoſſa, ut videatur id ſibi quærere, & ſuis uſibus eruere, ac repurgare, cum tamen omnis hic labor in gratiam & uſum Romanorum perferatur.

Ibid. *Et illi, ita, inquiunt*] Atqui unus tantum erat, qui ante aciem Romanos adloquebatur. Crediderim itaque Lipſio, qui olim in prælectionibus ſuis Leidæ habitis monuit legendum eſſe: *Et ille, ita, inquit, ſi nos viceritis.* Niſi malueris totum exercitum oblocutum eſſe Romanorum reſponſo ſuperbo.

Pag. 510. *Non minimum terroris*] non male Ryck. *Nec minimum terroris.* Melius cohærebit ſic præcedentibus. Mox idem codex: *Conidius* æque ut Lipſian. & Pall.

Ibid. *Ante hos Thracum maxime populus deſciverat.*] Hunc locum corruptiſſimum eſſe viderunt omnes, ſed qui reſtitui poſſit nondum potuerunt pervidere. Pall. Lipſ. Ryck. *Apud hos Thracum maxime populus deſciverat.* Lipſium notat Nanſius hinc finxiſſe: *Sub hos*, hoc eſt poſt hos. Sed hoc non eſt Lipſianum. Salmaſius ſcribit in Nazar. *Ante ASSE REGUM maxime deſciverat. ille barbarus*, præfatus aliquot populorum Thraciæ nomina ſub iſta latere balbutie, quæ excluſus anguſtiis temporis nunc non poſſit e latebris eruere. Vide tamen an mihi Apollo fuerit propitius & bona mens in vera lectione hujus loci e veſtigiis veterum codicum reſtituenda. Non multorum Thraciæ populorum nomina ſed unius tantum populi nomen intercidiſſe oſtendit *populus deſciverat.* Si de omnibus Thraciæ populis locutus eſſet, dixiſſet *Thraces*, ut paullo poſt, *Daci*, ante *Dalmatæ*, aut Thracum populi. Certum utique eſt latere populi Thracici, qui tum deſciverat, nomen. Legendum itaque cenſeo: *Beſſi*

Thra-

Thracum maximus populus deſciverat. Dio Caſſius lib. LIV. ubi de hoc bello agit, & narravit Vologæſum Thracem Beſſum ſacerdotem Bacchi hujus belli auctorem eſſe, ſubjicit non longe poſt: Λούκιος Πείσων ἐκ Παμφυλίας, ἧς ἦρχε, προσετάχθη σφίσι. καὶ προσυναχωρησάντων οἴκαδε τῶν Βησσῶν, ἐπειδὰν ἐπυνθάνοντο αὐτὸς προσιόντα, ἔς τε τὴν γῆν αὐτῶν ἀφίκετο, καὶ ἡττηθεὶς τὸ πρῶτον, ἀντεπεκράτησε, καὶ ἐκείνην τε καὶ τῶν προσχώρων τῶν συνεπαναστάντων σφίσιν ἐπόρθησε. *Contra hos L. Piſo, qui tum Pamphyliæ præerat, bellum gerere juſſus eſt. Cujus adventu præcognito cum receſſiſſent Beſſi, ipſe in eorum regionem exercitu adducto, primo prælium ſiniſtrum fecit, deinde recuperata victoria Beſſorum & circumjacentes agros eorum, qui defectionis ſocii fuerant, vaſtavit.* Corruptionis vulgatorum librorum hæc videtur origo. Ex præcedente vocula *fundebat* ultima ſyllaba a ſcriba fuit geminata, & vocabulum gentis Thracicæ ignotum deſcriptoribus cœpit quoque vitiari, ex *fundebat at beſſi* natum eſt *fundebat. a te ſe* & *a te aſſe*, quod cum nullius eſſet ſententiæ natum eſt illud vulgatum *fundebat ante hos*, & in aliis, *fundebat apud hos.* Pro *maxime* jam in aliis editionibus *maximus* legitur rectius, quod & Anna Tanaquilli Filia probat. Quam prodigioſe vitiata ſint nomina gentium, montium, oppidorum, non ignorant ii qui veteres codices inſpexerunt. Sic paullo poſt in Ryck. & aliis Mſſ. legitur: *inde ceteros percurrit etiam factos,* pro *inde Tencteros percucurrit & Cattos.*

Pag. 511. *Decurrere*] Malebat Lipſius *diſcurrere*, quomodo & in Nazarian. ſcribi notavit Salmaſius. Sed cum in montibus Dacos hærere paullo ante dixerit Florus, aliorum codicum lectio non eſt removenda, *decurrere* enim eſt ex montibus deſcendere & planas terras infeſtare.

Pag. 512. *Cæſarem bis trajecto ponte Rheno quæſiſſe bellum*] Ryck. *Cæſarem bis tranſuetum pontem Renum quæſiſſe bellum.* forte Florus ſcripſit *Cæſarem bis tranſvectum ponte Rhenum quæſiſſe bellum*, hoc eſt *Cæſarem* bis per pontem trans Rhenum quæſiſſe bellum. Sic apud Claud. *Tranſvehitur Tuſcos.* Sed expectandus aliorum bonorum librorum conſenſus.

Ibid. *Et factum erat*] Recte Gronovius: *& facta erat* ſcilicet provincia.

Pag. 513. *Nam Marcomannorum ſpoliis inſignibus quendam editum tumulum in tropæi modum excoluit*] *Nam* quid hoc loco faciat non exputo. Nihil enim præceſſit, cujus hic ratio redditur. Scribendum *jam*, qua vocula ſolent uti in connexionibus, ut ſuperius, & pluribus ad Juſtinum oſtendi. *Jam* frequenter in *nam* degeneravit. Dein non concoquo *inſignia ſpolia*, nec qui Latine ſcit feret hanc locutionem. Scripſit Florus: *Jam Marcomannorum ſpoliis inſignem quendam editum tumulum in tropæi modum excoluit.* ut ſuperius 11, 17: *inſignia trabeis & faſcibus noſtris, quæ ceperat, in montibus ſuis tropæa*

 fixit.

fixit. Juſt. v. 8. *nec poſtea virtutibus, ſed cladibus inſignes fuere.*

Pag. 514. *Ipſoſque præda diviſit*] Num quis eſt, qui nos docere poſſit, quid ſit *præda dividere & vendere?* Nugæ. Ante multos annos docui legendum eſſe *prædam diviſit.* quod etiam Lipſius & Nic. Heinſius viderunt. Hic ſi mavis, inquit, ſcribi poſſit *poſtea in prædam.* Sed ego præfero *ipſos prædam diviſit.* ut apud Juſtin. *redemtionis pretium arma regina popoſcit.* Hac [illegible] quid eſt apud Florum frequentius?

Ibid. *Albim*] Ryck. *Albium.* Sic & aliorum ſcriptorum libri veteres.

Pag. 514, 515. *Bonnam & Geſoriacum cum pontibus junxit*] Hanc ſcripturam quamvis contaminatam retinet quoque cum multis aliis Ryck. Sed nullus dubito quin recte viderit Cluverius ille eruditus legendum eſſe *Moguntiacum.* Geſſoriacum, Icius portus, qui poſtea Bononia dicta, in ultimorum Morinorum littoribus ſunt, & longe a Rheno remota.

Pag. 515. *Defuncto ibi fortiſſimo juvene, ipſi, quod nunquam alias, Senatus cognomen ex provincia dedit*] Cogitaram olim *ipſi* delendum eſſe, & ſcribendum *defuncto juveni.* ſed poſtea meliora doctus a viro doctiſſimo & mihi, dum ſupererat, amiciſſimo, Franciſco Vavaſſore, cujus ego judicium ac nitorem ſemper ſum admiratus, ut emendatæ dictionis Latinæ candore & ſubtilitate neminem noſtræ memoriæ illi præferam, ſententiam mutavi. Is enim in libello poſtumo de vi & uſu quorundam verborum, docuit non nunquam abſoluto ablativo caſus alios jungi, exemplo Ciceronis pro Sextio: *Conſules ſtatim, me perculſo, ad meum ſanguinem hauriendum, & ſpirante etiam republica, ad ejus ſpolia detrahenda advolarunt.*

Pag. 516. *Libidinem ac ſuperbiam haud ſecus quam ſævitiam*] Nemo ſævitiam objecit Varo. Quin ſic deſcribitur a Vellejo Paterculo ejus ingenium, ut quam longiſſime ab hoc crimine videatur eſſe remotum. *Varus Quinctilius*, inquit, *illuſtri magis quam nobili ortus familia, vir ingenio mitis, moribus quietus, ut corpore & animo immobilior, otio magis caſtrorum, quam bellicæ adſuetus militiæ.* Itaque legendum cenſeo, *libidinem ac ſuperbiam haud ſecus quam ſegnitiam.* Et ſane ſequentia hoc comprobant. Nam ſecuritatem ejus & ſegnitiem redarguit, & clarius Vellejus eodem loco: *ſimulantes fictas litium*, &c. *in ſummam ſocordiam perduxere Quinctilium, uſque eo, ut ſe prætorem urbanum in foro jus dicere, non in mediis Germaniæ finibus exercitui præeſſe crederet.*

Pag. 517. *Rubigine oblitos enſes*] Nic. Heinſius ſcribi jubet ex Palatino: *rubigine obſitos enſes.* Sic enim loquuntur Latini. Mox idem ex Nazarian. in quo habetur. *Inerteſque ererent equos* legendum vidit: *inerteſque quererent equos. que* ſcilicet iterandum erat.

Pag. 518. *Unius os ſutum*] Optime Nicolaus Heinſius [illegible]

μέγα κλέος in notis ad Ovidium legendum cenſuit: *uni os obſutum*. *Uni* ſane quædam editiones oſtendunt, *obſuere* vero verbum rarius ſæpiuſque corruptum multis ſcriptoribus vir ſummus reſtituit. *Obſuere* enim eſt os acu & filo conſtringere, & connectere.

Ibid. *Tandem vipera ſibilare deſiſte*] At jam deſierat. Credo Florum ſcripſiſſe: *tandem vipera ſibilare deſiſti*, pro deſiviſti.

Pag. 519. *Hac clade factum, ut imperium; quod in littore Oceani non ſteterat, in ripa Rheni fluminis ſtaret*] Ubi ergo ſteterat imperium, ſi non ſtabat in Oceani littore? Num extendebatur ultra hujus Oceani Septentrionalis littora? Dele negandi particulam, perperam ab inepto homine intruſam. Florus exaravit: *Imperium quod in littore Oceani ſteterat, in ripa Rheni fluminis ſtaret*, Prolati erant fines imperii ad Albin & littora Oceani, ſed cæſis legionibus Quintilii Vari, retracti ſunt ad ripas Rheni. Ripas Rheni opponit littori Oceani.

Pag. 522. *In hoc unum ſervitutis genus adſueverat*] *Genus* ignorat Ryck.

Ibid. *Non incruento, nec inulto tamen certamine*] Scribendum cenſuit Lipſius: *nec multo tamen certamine*.

Pag. 523. *Strictus ac recreatus ex vulnere in tempus*] Monſtrum lectionis præfert Nazarian. *ſtricto farre creatus*, aut *ſtricto ferre*. Nec recedunt longe codices alii, qui omnes *ſtricto* aut *ſtrictos*. Hæc cum expendiſſet Nic. Heinſius, ſic huic loco medicinam faciendam eſſe cenſet: *ſtricto Cæſar recreatur e vulnere in tempus*. Iſtius emendationis has ſubjecit rationes vir eruditiſſimus: *In tempus* pro ad tempus, ut ſolet Florus. Sic lib. 1, cap. 6. *quaſi in tempus*, ut e codicum veſtigiis Salmaſius. alibi *in Cæſarem* pro ad Cæſarem. *Stricto vulnere*, ut apud Livium XXII, 51: *aſſurgentes quidam ex ſtrage, quos ſtricta matutino frigore excitaverant vulnera*. Eleganter etiam *recreari e vulnere* dictum. Idem Livius XXIX, 18: *Recreatus deinde legatus ex vulneribus tribunos militum in vincula conjectos trucidando occidit*. Valer. Maxim. IX, 11: *quem poſtquam ex vulnere recreatum conſpexit, accuſare ad populum inſtituit*.

Pag. 524. *Segiſamam*] Sic emendavit recte Salmaſius. Ryck. *Secus Samam*. Mallet autem Lipſius. *ipſe venit, apud Segiſamam caſtra poſuit*. Sed liberalitatem hanc refutant libri. Nic. Heinſius e contrario rectius habiturum hunc locum putat, ſi ſublato τῷ *venit*, ſcribamus: *Ipſe ad Segiſamam caſtra poſuit*.

Ibid. *Totam indiem amplexus Cantabriam*] Hoc *indiem* quid ſibi velit nemo exputabit. Jam olim Freinshemio merito ſuſpectum eſt. Lipſius & Gronovius conjecerunt, *Totam amplexus Cantabriam*. Nic. Heinſ. *unde partito exercitu totam indidem amplexus Cantabriam*; *indidem* inquit notum Ciceroni vocabulum. Sic & Freinshemius legendum eſſe dudum cenſuit.

Pag. 525. *Sub mœnibus Belgica*] Belgica nulla eſt in Hiſpania. Non male Stadii editio: *ſub mœnibus Vellica*. Nimirum pro *Vellica* ſcripſerunt librarii *Bellica*, infinitis in locis pro V. veteres libri & inſcriptiones habent B. hinc ſcioli *Belgicam* finxerunt. Vellica vero fuit Cantabriæ civitas, quod docti non ignorant, a qua videtur etiam dictus *Deus Endovellicus* in antiquis inſcriptionibus notus, de quo extat erudita diatribe Thomæ Reineſii.

Ibid. *Medulii montis obſidio*] Videtur ſcribendum: *Inde Edulii montis obſidio*. mox pro *qua videbatur* legendum *quæ videbatur*, hoc eſt qua via ſeu ratione cuilibet videbatur. & non longe poſt *per id tempus* præſtat ſcribi pro *per idem tempus*.

Pag. 526. *Major pars a captivitate, qua videbatur*] Hæc ſuſpecta ſunt N. Heinſio, qui malit, *qua prævidebatur*. paullo inferius reſcribendum idem cenſet: *fuiſſet & anceps, & cruentum, & utinam mutua clade certamen, cunctis tam fortibus*. Male vulgo: *tunc tam fortibus*.

Pag. 527. *Ægre dux impetravit veniam*] Omnino ſcribendum: *ægre dux impetrarit veniam*, ut recte vidit Nic. Heinſius. Si vulgatam retines, dicam tibi ſcribet Priſcianus.

Pag. 528. *In pacis partes promtiore*] Legit Lipſius *in pacis partes proniore*. Nic. Heinſio magis placebat: *in pacis artes promtiore*.

Ibid. *Ingentis eſſe conſilii illud obſervari cœpit*] Nazar. *in gentis eſſe conſilium illud obſervari caput conſilio*. Quid ex his Salmaſius conficiat in ejus notis poteſt legi. Sed hominibus eruditis non probavit hanc emendationem. Lipſius ſic reſcribi hunc locum præcepit in acroaterio Lugdunenſi: *Ingentis arbitratus eſſe conſilii illud, obſerari caput conſilii*. hoc eſt, ut puto, celare rationem conſilii. Sed nec hæc poſſunt placere, nimis ab hoc loco aliena, ne dicam de illa locutione inuſitata *obſerare conſilium*. N. Heinſius animum etiam appulit ad hunc locum ſanandum, qui vetuſtiſſimi libri ductum ſecutus, exiſtimat Flori hanc eſſe manum: *Ibi ingentis uſus eſſe conſilium illud obſervari. Caput conſilio natura regionis circa omnis aurifera. Ingentis uſus* eſt ingentis utilitatis. *Ingens Conſilium* ſibi haud lectum ait in Latinis ſcriptoribus, quod ſciat. Sed vulgatam non rejicio lectionem, quam alii codices afferunt. Apud Ciceronem eſt *magnum conſilium*. In epiſt. ad Att. VI. *Quid ætati ſit credendum, magni conſilii eſt*. Idem in iiſdem epiſtolis: *Nihil mihi adhuc accidit, quod majoris conſilii ſit*. Alibi ſic etiam loquitur. Cur repudiem *ingentis conſilii?* Florus ſcripſit, ut eſt acuminum affectator. *Ingentis eſſe conſilii conſilium illud obſervari cœpit*. Iſtud conſilium Auguſti, quod verbis præcedentibus expoſuit, cum ex montanis terris juſſit Aſtures in planos campos migrare, ne fiducia montium rebellarent, obſervabatur eſſe prudentiſſimum. Hoc conſilio enim in officio & obſequio retentus eſt contumax populus. Luſit Florus in voce *conſilium*, quod modo accepit pro ratione

agendi

agendi quam excogitarat Auguſtus, ut in fide manerent ſubacti, modo pro prudentia, ita ut *conſilium magni ſeu ingentis conſilii* ei ſit conſilium plenum prudentiæ, conſilium ſapientiſſimum. *Obſervari cœpit*, eſt obſervatum tum eſt. Sed nihil hic novi conſilii, quod ante ignorarit reſpublica. Idem conſilium ſecutus erat ante Pompejus in piratis coercendis & perdomandis, quod ipſe Florus prædicavit III, 6. *Nec fidelior in poſterum reperta gens ulla eſt. Idque proſpectum ſingulari conſilio ducis, qui maritimum genus a conſpectu longe removit maris, & mediterraneis agris quaſi obligavit.*

Pag. 529. *Regio circa ſe omnis aurifera*] *Se* intruſum eſſe a barbaris ante multos annos vidi & docui. Latini enim dicunt *regio circa omnis aurifera*. Liv. I, 4: *Lupam ſitientem ex montibus, qui circa ſunt, ad puerilem vagitum curſum flexiſſe.* Hoc Heinſius etiam vidit, & ſupra de hac locutione non nihil notavi. Mox Ryckianus: *Igitur exerceri ſolum juſſit.*

Ibid. *In Taurum & Euphratem*] Intra Taurum dudum ante Auguſtum omnia fuerunt pacata. Igitur Lipſius conjiciebat: *intra Euxinum & Euphratem*, ſed verius Salmaſius *intra Cyrum & Euphratem.* Totidem litteris ſic in Ryckiano ſcriptum legitur.

Pag. 531. *Rapta clade Craſſiana ſigna*] Nic. Heinſius legit: *Capta clade Craſſiana ſigna.*

Ibid. *Cuncta atque continua pax*] *Cuncta pax* quid ſibi velit nec ego ſcio nec alius quiſquam Latine doctus intellexerit. Non id fugit aciem ingenii magni Lipſii, qui reſcribi volebat: *juncta atque continua pax.* Non nego *junctos ac continuos agros* legi in veterum ſcriptis: ſed quid ſit *juncta pax*, neque intelligo, ac quid ſit *cuncta pax*. Florus videtur uſus eſſe recondito vocabulo quod correctores interpolarunt, ut fit. Puto autem eum ſcripſiſſe, quod & Gronovium doctorem noſtrum audio obſervaſſe, *una atque continua pax. Una pax* eſt, quæ per omnes gentes & terras eodem tempore eſt diffuſa; ut e contrario ſuperius lib. III, 17. *unum bellum: Poſt illa duo clariſſima urbium incendia late atque paſſim, neque per vices, ſed ſimul pariter & quaſi unum undique bellum fuit.* Statio *una mors* de peſtilentia: *populis mors una venit*, quæ multos eodem tempore tollit e medio. Hæc exquiſitior hujus vocis notio, magiſtris ignota & deſcriptoribus cauſſa fuit vitii, quo hic locus contaminabatur.

Digitized by Google

COLUMNA ROSTRATA
A
CIACCONIO SUPPLETA,
EXPLICATA.

Literis rotundis ſive Italicis expreſſa explicationis gratia adjecta ſunt.

CAjus Duilius Marci filius Conſul adverſus Carthaginienſes in Sicilia
rem gerens, Egeſtanos *ſocios atque* cognatos populi Romani artiſſima
obſidione exemit. Legiones *enim* omnes Carthaginienſium *qui Egeſiam obſidebant*, *&* *Amilcar*
maximus *eorum* magiſtratus *feſtinandi ſtudio* elephantis relictis novem, caſtris effugerunt. Macellam *deinde* munitam *validamque* urbem
pugnando cepit. Atque in eodem magiſtratu proſpere
rem navibus mari Conſul primus geſſit: remiges
claſſeſque navales primus ornavit atque paravit diebus ſexaginta.
& cum his navibus, claſſes Punicas omnes, paratas *ornataſque*
ſummas copias Carthaginienſium, præſente *Annibale* maximo
dictatore illorum, in alto mari pugnando ſuperavit;
trigintaque naves cum ſociis, *hoc eſt cum ipſis hominibus*, cepit, & ſeptiremem prætoriam,
quinque remes *præterea* ac triremes naves xx. depreſſit.
Aurum captum in præda nummi III. M. DCC.
Argentum captum in præda nummi C. M.
Æs grave captum vicies ſemel centena millia pondo
atque in triumpho navali prædam *omnem in ærarium* Popul. Rom. intulit.
captivos *etiam* Carthaginienſes ingenuos, *hoc eſt*, *nobiles aliquot*, ante currum duxit:
primuſque Conſul, de Siculis, & claſſe Carthaginienſium
triumphavit. Earum rerum ergo S. P. Q. R. ei hancce columnam poſuit.
vel
triumphavit. Earum rerum ergo Marti donum dedit atque dicavit.

EX-

Digitized by Google

EXCERPTIONES
CHRONOLOGICÆ,
AD
L. A. FLORUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCERPTIONES CHRONOLOGICÆ AD FLORUM;

Ita concinnatæ, ut prior cifra librum, altera caput, tertia verſum, tibi oſtendat.

Anni ante natum Chriſtum.	*Italiæ cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus: poſt hunc tertio loco Faunus, ſub quo*	Anni ante Urbem Conditam.	
1230	*Evander in Italiam venit,* 1. 1. 9.	480	*Gedeon Iſraëlis judex moritur.*
1221		471	*Æetas Ponticis gentibus imperat.* 3. 5. 1.
1181		431	*Troja capta.*
1179	*Æneas in Italiam venit,* 1. 1. 9. *Lavinium conditur,* 1. 1. 4.	429	*Agamemnon occiditur.* *Jeptha, Ebzan, Elon, Abdon, Iſraëlem judicant.*
1149	*Alba condita,* 1. 1. 4.	399	
882		132	*Dido Carthaginem condit,* 2. 15. 17.
793	*Amulius Numitorem regno pellit,* 1. 1. 4.	43	
776	*Romulus naſcitur,* 1. 1. 1.	26	*Uſias rex Judæ.* *Zacharias, Sallum, Menahem, reges Iſraëlis.*
752	*Amulium deturbat,* 1. 1. 5.	2	*Ezechias rex naſcitur.* *Micha Propheta.*
750	*Roma condita,* 1. 1. 7. *cujus ita primus rex* ROMULUS *regnat per annos* XXXVII.	Anni ab Urbe condita.	

Digitized by Google

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
747	*Raptus Sabinarum*, l. 1. 10.	3	
746	*Spolia opima prima*, l. 1. 11.	4	
743	*Sabini, ex hoſtibus, Romæ cives fiunt*, l. 1. 14.	7	*Pekah rex Iſraëlis, incurrit in Judæam. Hieroſolyma obſidetur.*
721	*Romulus Veientes vincit*, l. 1. 11.	29	*Salmanaſſar expugnat Samariam.*
713	*Romulus moritur*, l. 1. 16.	37	
	NUMA POMPILIUS, ſecundus rex Romanorum, pacifice regnat per annos XLIII, l. 2.	38	*Nahum Propheta. Ezechias, Manaſſes, reges Juda.*
669	*TULLUS HOSTILIUS, tertius rex Romanorum, regnat per annos XXXII*, l. 3. 1.	81	
664	*Pugna Tergeminorum*, l. 3. 5.	86	
662	*Alba diruitur* l. 3. 9.	88	
		106	*Tarentum conditur*, l. 18. 2.
644			*Ammon rex Judæ.*
637	*ANCUS MARCIUS, quartus rex Romanorum, regnat per annos XXIV.*	113	
624	*Oſtia condita.*	126	
			Joſias rex Judæ.
613	*TARQUINIUS PRISCUS, quintus rex Romanorum, regnat per annos XXXVIII.*	137	*Joſias moritur, ſuccedunt filii. Nebucadnezar Hieroſolymam venit.*

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
599	*Tuſci vincuntur*, 1.5.5.	151	*Daniel interpretatur Nebucadnezaris ſomnium. Jeremias vaticinatur.*
588		162	*Galli in Italiam veniunt*, 1.13.5.
575	SERVIUS TULLIUS, *ſextus rex Romanorum, regnat per annos* XLIV, 1.6.	175	*Ezechiel vaticinatur.*
563	*Cenſus inſtituitur*, 1.6.3.	187	*Jechonias olim rex Judæ carcere liberatur.*
531	*TARQUINIUS SUPERBUS, rex Romanorum ultimus, regnat per annos XXV*, 1.7.1.	219	*Cyrus Judæos reſtituit.*
524	*Sueſſa Pometia capitur*, 1.7.5.	226	*Templum reficitur.*
519		231	*Septem Perſæ regnum Magis eripiunt*, 3.5.1.
515	*Gabii urbs capitur*, 1.7.7.	235	*Darius rex Perſarum. Haggæus & Zacharias vaticinantur.*
514	*Capitolium conditum*, 1.7.8.	236	*Babylon opera Zopyri capitur.*
506	*Imperium regibus abrogatur, quum duraſſet annos* CCXLIV.	244	*Bellum Ionicum geritur.*
	Conſulatus origo, 1.9.1. *Brutus filios ſecuri percutit*, 1.9.5. *Porſena Romam obſidet*, 1.10.1.		

Hora-

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
	Horatius, *Mucius*, *Clœlia*, *clarent* 1.10.3. *Brutus & Aruns Tarquinius mutuis vulneribus cadunt*, 1.10.8.		*Pythagoras moritur.*
493	*Poſthumius dictator Latinos vincit*, 1.11.2.	257	
491	*Plebs ſecedit in ſacrum montem*, 1.23.1.	259	
490	*Corioli capiuntur. unde Coriolanus*, 1.11.9.	260	
489		261	*Darius exercitum mittit contra Athenienſes*, 2.8.2.
488	*Coriolanus exulat*, 1.22.3.	262	
482	*Spurius Caſſius interficitur ob affectatum regnum*, 1.26.4.	268	
481		269	*Xerxes montem Athon perfodit*, 2.8.2.
476	*Fabii privatum bellum cum Veientibus gerunt*, 1.12.1.	274	
470	*Volerone duce fracti Coſ. faſces*, 1.22.2.	280	
468	*Appii exercitus non vult vincere*, 1.22.2.	281	*Artaxerxes rex Perſarum.* *Eſras Hieroſolymam venit.*
448	*Decemviri creantur*, 1.24.1.	302	
446	*Decemviratus tollitur*, 1.24.3.	304	*Nehemias Hieroſolymam venit.*

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
			Herodotus hiſtoriam ſcribit.
425	Spolia opima ſecunda, 1. 12. 9.	325	Thucydides hiſtoriam ſcribit.
410	P. Poſthumius Albus trib. mil. conſulari poteſtate, lapidatur a militibus, 1. 22. 2.	340	Bellum Siculum cum Athenienſibus. Dionyſius major, Siciliæ tyrannus.
401	Veii obſeſſi, 1. 12. 8. Stipendia incipiunt, ibidem.	349	
399	Hiematur ſub pellibus, ibidem.	351	Artaxerxes Mnemon, rex Perſarum.
392	Faliſci Camillo ſe dedunt, 1. 12. 3. Fidenæ conflagrant, ibidem.	358	
391	Veii capti, 1. 12. 9.	359	Plato philoſophatur.
386	Camillus exulat, 1. 22. 4.	364	
385	Roma CAPTA, 1. 13. 14.	365	Pax tota Græciæ.
384	Camillus finitimos vincit, 1. 13. 19.	366	Xenophon hiſtoriam ſcribit.
379	M. Manlius de ſaxo Tarpeio dejicitur, 1. 26. 8.	371	Ariſtoteles naſcitur.
		388	
362	C. Licinius Stolo, ſenatui conſortium conſulatus extorquet, 1. 26. 4.	395	Philippus M., rex Macedoniæ.
357	Galli vincuntur ad Anienem, 1. 13. 20. inde Torquatus.	407	Templum Dianæ Epheſi conflagrat, dum Alexander naſcitur.
343	Galli vincuntur in agro Pomtino, ibid. inde Corvini.		

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
			Dionyſius Corinthi.
337	*Campani concedunt in ditionem Romanorum,* 1. 16.2. *Unde natum bellum Samniticum, quod duravit annis circiter L.*	413	
334	*Manlius filium contra imperium pugnantem occidit,* 1.14.2.	416	*Alexander M. rex Macedoniæ.*
332	*Roſtra nomen accipiunt ex ſpoliis Antiatibus,* 1.11.10.	418	
			Darius Perſarum rex interficitur. Hieroſolyma capitur a Ptolemæo. Agathocles Siciliæ tyrannus.
317	*Clades Caudina,* 1. 16.9.	433	*Theophraſtus Philoſophatur.*
316	*Papirius Samnitibus jugum reponit,* 1.16.12.	434	
307		443	*Lyſimachia condita,* 2. 8.7.
305	*Saltus Ciminius penetratus,* 1.17.4.	445	*Demetrius Poliorcetes, rex Aſiæ.*
303	*Decius Mus ſe devovet,* 1.17.7.	457	
			Demetrius Poliorcetes, rex Macedoniæ.
288	*Curius Sabinos vincit,* 1.15.2. *Hoc anno bello Samnitico finis impoſitus, cum duraſſet annis L,* 1.16.8.	462	*Pyrrhus, rex Macedoniæ.*

284 *Plebs*

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
284	*Plebs ſecedit in Janiculum*, 1.25.1.	466	*Ptolemaus Philadelphus, rex Ægypti.*
281	*Dolabella Gallos vincit*, 1.13.21.	469	*Regnum Tuſcorum finitum.*
279	*Bellum Tarentinum*, 1.18.	471	
278	*Pyrrhus Tarentinis auxilio venit*, 1.18.6.	472	*Ptolemaus Ceraunus, rex Macedonia.*
	Pugnat cum Romanis ad Heracleam, 1.18.7.		
276	*Iterum ad Aſculum*, 1.18,9.	474	*Galli in Aſiam veniunt, unde Gallogracia*, 2.11.3.
273	*Poſtremo in Aruſinis campis*, 1.18.11.	477	*Aratus Phænomena ſcribit.*
	Fabricius cenſor Rufinum notat, 1.18.22.		*Sacra Biblia tranſlata per LXX interpretes.*
266	*Picentes vincuntur*, 1,19.2.	484	
264	*Sallentini vincuntur*, 1.20.1.	486	
263	*Volſinienſium ſervi puniuntur*, 1.21.3.	487	
	Hoc modo Italia facta Romanorum, 2.1.2.		
262	*Romani in Siciliam navigant*, 2.2.5.	488	*Antigonus rex Macedonia, Gallos vincit. Nicomedia conditur. Zeno Stoicus moritur.*
	Unde natum bellum Punicum primum, quod duravit annis circiter XXIV.		

Digitized by Google

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
			Dionyſius Corinthi.
337	*Campani concedunt in ditionem Romanorum,* 1. 16.2. *Unde natum bellum Samniticum, quod duravit annis circiter L.*	413	
334	*Manlius filium contra imperium pugnantem occidit,* 1. 14. 2.	416	*Alexander M. rex Macedoniæ.*
332	*Roſtra nomen accipiunt ex ſpoliis Antiatibus,* 1. 11. 10.	418	
			Darius Perſarum rex interficitur. Hieroſolyma capitur a Ptolemæo. Agathocles Siciliæ tyrannus.
317	*Clades Caudina,* 1. 16.9.	433	
			Theophraſtus Philoſophatur.
316	*Papirius Samnitibus jugum reponit,* 1. 16.12.	434	
307		443	*Lyſimachia condita,* 2. 8. 7.
305	*Saltus Ciminius penetratus,* 1. 17. 4.	445	*Demetrius Poliorcetes, rex Aſiæ.*
303	*Decius Mus ſe devovet,* 1. 17. 7.	457	
			Demetrius Poliorcetes, rex Macedoniæ.
288	*Curius Sabinos vincit,* 1. 15. 2. *Hoc anno bello Samnitico finis impoſitus, cum duraſſet annis L,* 1. 16.8.	462	
			Pyrrhus, rex Macedoniæ.

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
284	*Plebs ſecedit in Janiculum,* 1. 25. 1.	466	*Ptolemæus Philadelphus, rex Ægypti.*
281	*Dolabella Gallos vincit,* 1. 13. 21.	469	*Regnum Tuſcorum finitum.*
279	*Bellum Tarentinum,* 1. 18.	471	
278	*Pyrrhus Tarentinis auxilio venit,* 1. 18. 6.	472	*Ptolemæus Ceraunus, rex Macedoniæ.*
	Pugnat cum Romanis ad Heracleam, 1. 18. 7.		
276	*Iterum ad Aſculum,* 1. 18, 9.	474	*Galli in Aſiam veniunt, unde Gallogræcia,* 2. 11. 3.
273	*Poſtremo in Aruſinis campis,* 1. 18. 11.	477	*Aratus Phænomena ſcribit.*
	Fabricius cenſor Rufinum notat, 1. 18. 22.		*Sacra Biblia tranſlata per LXX interpretes.*
266	*Picentes vincuntur,* 1, 19. 2.	484	
264	*Sallentini vincuntur,* 1. 20. 1.	486	
263	*Volſinienſium ſervi puniuntur,* 1. 21. 3.	487	
	Hoc modo Italia facta Romanorum, 2. 1. 2.		
262	*Romani in Siciliam navigant,* 2. 2. 5. *Unde natum bellum Punicum primum, quod duravit annis circiter XXIV.*	488	*Antigonus rex Macedoniæ, Gallos vincit. Nicomedia conditur. Zeno Stoïcus moritur.*

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
258	*C. Duillius Nepos Coſ. Pœnos navali prælio ſuperat, 2, 2. 7. Cn. Cornelius Scipio Aſina cos. capitur a Pœnis, 2. 2, 11.*	492	*Antiochus Theos, rex Syriæ.*
257	*L. Cornelius Scipio Coſ. in Sardinia & Corſica Pœnos vincit, 2. 2. 15.*	493	*Ptolemæus Philadelphus cum Antiocho bellum gerit.*
256	*A. Atilius Calatinus cos. in Sicilia Pœnos vincit, 2. 2. 12.*	494	
254	*M. Atilius Regulus cos. bellum in Africam tranſfert, 2. 2. 17.*	496	
253	*Xantippus Regulum vincit, 2. 2. 23.*	497	*Antigonus Athenas capit.*
248	*L. Cæcilius Metellus procos. Pœnos cædit, 2. 2. 27.*	502	*Aratus Sicyonius, dux Achæorum.*
	Regulus pacem cum Pœnis diſſuadet, 2. 2. 24.		
247	*P. Claudius Pulcer Cos. claſſem amittit, 2. 2. 29.*	503	*Ptolemæus Evergetes, rex Ægypti.*
243	*M. Fabius Buteo Cos. Pœnos cædit, 2. 2. 30.*	507	
239	*C. Lutatius Catulus Cos. primo bello Punico finem imponit, 2. 2. 33. Duravit autem annis XXIV.*	511	*Attalus Pergamenum regnum conſtituit.* *Arſaces Parthorum regnum conſtituit.*
235	*Q. Fulvius Flaccus Cos. Ligures vincit, 2. 3. 5.*	515	

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
235		515	*Annibal patri jurat ad aram ſe hoſtem pop. Rom. futurum*, 2. 6. 2.
233	*Janus clauſus*, 2. 3. 1.	517	
232	*Ligures Romanis bellum faciunt*, 2. 3. 2.	518	
228	*Teutana legationem Rom. violat*, 2. 5. 3.	522	
227	*Illyrii vincuntur*, 2. 5. 4.	523	*Demetrius, rex Macedoniæ, Philippi pater, moritur.*
226		524	*Carthago Hiſpana conditur. de qua*, 2. 6. 39.
225	*Saguntus fœdere Romanorum & Pœnorum in libertatem excipitur*, 2. 6. 4.	525	
223	*L. Æmilius Pappus cos. Gallos vincit*, 2. 4. 3.	527	*Seleucus & Antiochus fratres, Syriæ reges, moriuntur.*
221	*C. Flaminius Nepos cos. Gallos vincit*, 2. 4. 4.	529	*Antigonus Tutor, Macedoniæ rex, Spartam occupat.*
220	*M. Claudius Marcellus cos. de Viridomaro Gallo opima refert*, 2. 4. 5.	530	*Philippus rex Macedoniæ penultimus.*
217	*Saguntus deleta*, 2. 6. 12. *Romani legatione Carthaginem miſſa, dedi poſcunt Annibalem*, 2. 6. 7.	533	*Philippus cum Ætolis bellum gerit. Antiochus cum Ptolemao. Philippus Peloponneſum occupat.*
216	*Annibal Alpes tranſit*, 2. 6. 9. *unde bellum Punicum ſecundum, quod duravit annis*	534	*Attalus cum Gallis contra Achæum pugnat. Carthaginienſium claſſis*

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
	circiter XVI.		*ſis ad reciperandam Siciliam miſſa, vincitur.*
	Cn. Scipio in Hiſpaniam mittitur, 2. 6. 36: 2. 17, 6.		*Hiero, rex Syracuſanus, Romanos juvat.*
	P. Cornelius Scipio poſt Africanus, prætextatus adhuc, patrem ſervat, 2. 6. 10.		
215	*Annibal Sempronium vincit,* 2. 6. 12.	535	*Cn. Scipio in Hiſpania claſſem Carthaginienſium capit. & Mandonium Hiſpaniæ regulum vincit.*
	Et C. Flaminium Nepotem cos. II; 2. 6. 13.		
	P. Scipio procos. in Hiſpaniam venit, 2. 6. 36: 2. 17. 6.		*Antiochus vincitur a Ptolemæo.*
	Q. Fabius Maximus dictator Annibalem cunctando macerat, 2. 6. 27.		*Philippus urbes aliquot Pæonum occupat, & cum Illyriis bellum gerit.*
214	*Clades Cannenſis,* 2. 6. 15.	536	*Antiochus Achæum bello perſequitur.*
	Annibal Capuam occupat, 2. 6. 21.		*Aſdrubal in Hiſpania Carpeſios vincit.*
	Ad Nolam vincitur a Marcello, 2. 6. 29.		*Pruſias, rex Bithyniæ, Gallos cadit.*
213	*Iterum.*	537	*Antiochus Achæum Sardibus obſidet.*
	Sardi vincuntur a T. Manlio, ut alii, ſive, ut noſter, a Graccho, 2. 6. 35.		*Hiero, rex Siciliæ, moritur.*

Phi-

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
	Philippus legatos de ſocietate mittit ad Annibalem, 2. 7. 4.		*Hieronymus, rex Siciliæ, cum Carthaginienſibus fœdus init.*
	Scipiones Aſdrubalem vincunt, 2. 17. 7.		
212	*Tib. Sempronius Gracchus procos. Pœnos in Lucania cædit*, 2. 6. 30.	538	*Hieronymus, rex Siciliæ, interficitur. Saguntus reſtituitur.*
	Marcellus Annibalem ad Nolam tertio vincit, 2. 6. 29.		*Philippus Aratum veneno tollit.*
			Achæus occiditur ab Antiocho.
	Marcellus in Siciliam mittitur, 2. 6. 33.		
210	*Syracuſæ captæ*, 2. 6. 33.	540	*Annibal Tarentum occupat. Centenium & Fulvium vincit.*
	Scipiones cæſi, 2, 6. 36.		
209	*Annibal cum exercitu Romam contendit*, 2. 6. 42.	541	*Antiochus Ptolemæi præfectos ex Syria pellit.*
	Capua recipitur. Ibidem.		*Valerius Lævinus contra Philippum res gerit*, 2. 7. 6.
	P. Cornelius Scipio, mox Africanus, cum proconſulari imperio in Hiſpaniam mittitur, 2. 6. 37.		
208	*Ærario deficiente privati opes ſuas reip. conferunt*, 2. 6. 24.	542	*Lævinus cos. Siciliam provinciam facit.*
			Scipio Carthaginem novam una die expugnat, 2. 6. 39; 2. 17. 7.

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
207	*Fabius Tarentum recipit,* 2.6.42.	543	*Philippus cum Romanis varia fortuna bellum gerit.*
206	*Attalus cum Romanis contra Philippum bellum gerit,* 2.2.8.	544	*Marcellus cos. inſidiis Annibalis interficitur.*
			Philopœmen Machanidam Lacedæmoniorum tyrannum occidit.
205	*Aſdrubal occiditur,* 2.6.49.	545	*Scipio Hannonem Pœnorum ducem capit.*
202	*Scipio in Africam trajicit,* 2.6.55.	548	*Ptolemæus Epiphanes rex Ægypti.*
			Scipio Syphacis caſtra incendit.
200	*Annibal Italia decedit,* 2.6.56.	550	*Vermina Syphacis filius vincitur.*
	Vincitur a Scipione, 2.6.61. *& ita finitur bellum Punicum ſecundum, poſtquam duraverat annis circiter XVI.*		*Carthaginienſes pacem petunt, & impetrant a Scipione.*
199	*Scipio vocatur Africanus,* 2.6.11, & 37.	551	*Philippus navali prælio vincitur ab Attalo & Rhodiis,* 2.7.8.
	Athenienſes a Romanis auxilium petunt adverſus Philippum, 2.7.4.		
198	*Philippus in ſepulcra & templa Athenienſium ſævit,* ibidem.	552	*Plautus poëta moritur.*
196	*T. Quinctius Flaminius cos. Aoum penetrat,* 2.7.10.	554	*Cato prætor ſortitus provinciam Sardiniam, ab Ennio ibidem Græcis lite-*

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
			ris inſtituitur.
195	*Philippus vincitur ad Cynocephalas*, 2. 7. 11.	555	*Attalus rex Pergamenus moritur. Succedit Eumenes.*
194	*Quinctius Bœotos compeſcit*, 2. 7. 12.	556	*Antiochus Lyſimachiam inſtaurat.*
193	*M. Porcius Cato Celtiberos vincit*, 2. 17. 9.	557	*Annibal ad Antiochum venit*, 2. 8. 5.
	Quinctius Nabin vincit, 2. 7. 12.		*Græcorum libertas in Nemeis proclamatur*, 2. 7. 14.
190	*Antiochus in Græciam trajicit*, 2. 8. 8.	560	*Philopœmen cum Nabide bellum gerit.*
189	*Man. Acilius Glabrio cos. Antiochum pellit*, 2. 8. 12.	561	*P. Cornelius Scipio Naſica cos. Boios vincit.*
188	*Æmilius Regillus prætor claſſem Antiochi vincit*, 2. 8. 12.	562	*Antiochus vincitur a Scipione*, 2. 8. 14.
187	*M. Fulvius Nobilior cos. Ambraciam obſidet*, 1. 9. 2.	563	*Cn. Manlius Vulſo cos. Gallogræcos vincit*, 2. 11.
			Bononia colonia deducta.
185	*Cn. Manlio negatur triumphus*, 2. 11. 2.	565	*Africanus accuſatur Romæ.*
			Antiochus occiditur. Succedit Seleucus.
179	*Perſeus cum Philippo patre in Hæmum montem aſcendit*, 2. 12. 4.	571	*Fulvius Flaccus prætor Celtiberos vincit.*
178	*A. Poſthumius Albinus cos. Ligures ex-*	572	*Ptolemæus Epiphanes moritur. Succedit Ptole-*

Anni ante N. C.	
	armat, 2. 3. 5.
177	*Tib. Sempronius Gracchus Celtiberos vincit*, 2. 17. 9.
176	*M. Manlius Vulſo. cos. Caſtris exuitur ab Hiſtris*, 2. 10. 2.
175	*C. Claudius Pulcer cos. rem gerit contra Hiſtros*, 2. 10. 4.
168	*Africani filius Africanum minorem adoptat*, 2. 15. 12.
167	*Q. Marcius Philippus cos. II. Macedoniam irrumpit*, 2. 12. 5.
166	*Anicius prætor Gentium vincit*, 2. 13.
	L. Æmilius Paullus cos. II. Perſen vincit, 2. 12. 7.
164	*L. Æmilius Perſen in triumpho ducit*, 2. 12. 12.
157	*M. Fulvius Nobilior procos. Ligures domat*, 2. 3. 5.

Anni ab U. C.	
	Ptolemæus Philometor.
573	*Philippus, rex Macedoniæ, moritur. Succedit Perſes.*
574	*Veſtæ ignis extinctus.*
575	*Gracchus Sardos vincit. Seleucus moritur. Succedit Antiochus Epiphanes.*
582	*Salondicus, belli Hiſpanici concitor, opprimitur*, 2. 17. 13.
	Antiochus Ægypto inhiat.
583	*Ennius poëta moritur.*
	Antiochus Alexandriam obſidet.
584	*Popilius legatus ad Antiochum.*
	Antiochus Hieroſolymam occupat.
	Polybius in Italiam venit.
586	*Judas Maccabæus legem defendit.*
	Antiochus moritur. Succedit Antiochus, ejus filius, tutore Lyſia.
593	*Terentius poëta moritur.*
	Judas Maccabæus interficitur. Succedit Jonathas.

Anni ante N. C.	
154	*C. Marcius Figulus coſ. II, Dalmatas vincit*, 4. 12. 11.
150	*Carthaginienſes exercitum contra fœdus comparant*, 2. 15. 3.
149	*L. Licinius Lucullus coſ. in Hiſpania res gerit*, 2. 17. 11.
147	*Bellum Punicum tertium incipit*, 2. 15.
	Carthago obſidetur, 2. 15. 11.
146	*Q. Cæcilius Metellus Andriſcum vincit*, 2. 14. 5.
145	*Scipio contra ll. coſ. factus, obſidionem Carthaginis urget*, 2. 15. 12.
144	*Metellus Achæos vincit*, 2. 16. 3.
	Triumphat de Andriſco, 2. 14. 5.
	Carthago diruitur, 2. 15. 16.

Anni ab U. C.	
	thas.
596	*Jonathas & Simeon Amaræos per inſidias cadunt.*
	Jonathas pacem facit cum Bacchide.
600	*Demetrius occiditur. Succedit victor Alexander.*
	Andriſcus Pſeudophilippus captus Romam deducitur.
601	*P. Cornelius Scipio Æmilianus ſingulari certamine hoſtem ſuperat*, 2. 27. 11.
603	*Andriſcus, cuſtodiam elapſus occupat Macedoniam.*
	Cato Cenſorius moritur.
604	*Pruſias, Bithyniæ rex, a filio Nicomedes interficitur.*
	Maſiniſſa moritur.
605	*Critolaus legatos Romanorum violat*, 2. 16. 2.
606	*Metellus appellatur Macedonicus*, 2. 17. 10.
	Viriatus in Luſitania duces Romanos cædit, 2. 17. 15.
	Alexander, Syriæ rex, interficitur. Succedit ei Demetrius.

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
	Corinthus diruitur, 2. 16. 5.		*Ptolemæus Philometor moritur ex vulnere. Succedit Ptolemæus Phyſcon.*
143	*Q. Fabius Maximus Æmilianus cos. contra Viriatum mittitur*, 2. 17. 17.	607	*Jonathas Demetrio auxilium mittit contra Antiochenos.* *Tryphon Demetrium pellit.* *Jonathas occiditur. Succedit Simon. Simon cum Demetrio fœdus init.*
141	*Q. Cæcilius Metellus Macedonicus res in Hiſpania gerit*, 2. 17. 10.	609	*Simon arcem Sionis capit.*
139	*Q. Pompeius Rufus cos. turpe fœdus cum Numantinis icit*, 2. 18. 4.	611	*Tryphon, Antiocho pupillo necato, Syriæ regnum invadit.*
138	*Viriatus a ſuis interficitur*, 2. 17. 17.	612	*Antiochus Sedetes ejecto Tryphone Syriam occupat.*
136	*Dec. Junius Brutus cos. in Hiſpania res gerit*, 2. 17. 12.	614	*Tryphon interficitur.*
135	*C. Hoſtilius Mancinus cos. turpe fœdus cum Numantinis icit*, 2. 18. 6.	615	*Joannes Hyrcanus, Simonis filius, Cendebeum vincit.* *Brutus Gallæcos vincit*, 2. 17. 12.
133	*Eunus ſervile bellum concitat*, 3. 19. 4. *Hypſæus prætor a ſervis vincitur*, 3. 19. 7.	617	*Simon, Ethnarches Judæorum, occiditur.* *Antiochus Hieroſolymam obſidet.*
132	*P. Cornelius Scipio*	618	*C. Fulvius Flaccus cos.*

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
	Africanus, cos. II, contra Numantinos mittitur, 2. 18. 8.		*cos. contra ſervos in Siciliam mittitur.*
131	*Tib. Sempronius Gracchus ll. ſeditioſas promulgat,* 3. 14.	619	*L. Calpurnius Piſo Frugi ſervos vincit.*
130	*Numantia diruitur,* 2. 18. 14.	620	*P. Cornelius Scipio Africanus triumphat de Numantinis,* 2. 18. 17.
	M. Perperna prætor ovans de ſervis Urbem ingreditur, 3. 19. 8.		
129	*Ariſtonicus Aſiam occupat,* 2. 20. 4.	621	*Cenſus actus Romæ: cenſa civium Romanorum* 313823. *præter pupillos & viduas.*
	P. Licinius Craſſus Mucianus cos. ab Ariſtonico capitur, 2. 20. 5.		
	M. Perperna cos. Ariſtonicum vincit capitque. 2. 20. 6.		*Antiochus Sedetes occiditur.*
127	*Man. Aquilius cos. reliquias Aſiatici belli conficit,* 2. 20. 7.	623	*Ptolemæus ſorori filium, quem ex ea ſuſtulerat, membratim conciſum mittit.*
			Alexander Zebina Syriæ regnum invadit.
123	*Maſſilienſes queruntur de Salyis,* 3. 2. 3.	627	*Antiochus Gryphus regnum Syriæ vindicat.*
	M. Fulvius Flaccus cos. contra Salyos proficiſcitur, 2 3. 5.		
			Alexander Zebina interficitur. *Polybius moritur.*
121	*C. Gracchus ſeditioſas leges fert,* 3. 15.	629	*Aquæ Sextiæ, quarum mentio,* 3. 3. 7. *conditæ.*
	Q. Cæcilius Metellus cos. adverſus Baleares mittitur, 3. 8.		*Carthago colonia deducta.*

Digitized by Google

Anni ante N. C.	
119	*Cn. Domitius Ahenobarbus procos. Allobroges vicit*, 3. 2. 4.
118	*Q. Fabius Maximus Æmilianus procos. Bituitum vincit*, 3. 2. 5.
113	*Jugurtha fratribus inſidias ſtruit*, 3. 1. 3.
112	*C. Porcius Cato cos. vincitur a Scordiſcis*, 3. 4. 4.
111	*Didius Thraces vincit*, 3. 4. 5.
110	*Jugurtha fratrem Adherbalem necat*, 3. 1. 5.
	M. Livius Druſus cos. Scordiſcos vincit, 3. 4. 5.
109	*L. Calpurnius Beſtia cos. contra Jugurtham mittitur*, 3. 1. 7.
108	*Jugurtha Romam venit*. 3. 1. 8.
	A. Poſthumii Albini exercitus corrumpitur a Jugurtha, 3. 1. 9.
107	*Q. Cæcilius Metellus cos. contra Jugurtham*

Anni ab U. C.	
	cta.
631	*C. Gracchus interficitur*, 3. 15. 5.
632	*Antiochus Cyzicenus fratri de regno controverſiam movet.*
	Ptolemæus Phyſcon moritur.
637	*M. Æmilius Scaurus cos. Ligures vincit.*
638	*Antiochus Cyzicenus a fratre Grypo vincitur.*
639	*Cimbri vagantur*, 3. 3. 1.
640	*Antiochus Cyzicenus exercitu reparato Grypum vincit.*
641	*Magna pars Urbis conflagrat, una cum æde Magnæ Matris.*
642	*M. Minucius cos. in Thracia res gerit*, 3. 4. 5.
	Samaria exſcinditur a Joanne Hyrcano.
643	*M. Junius Silanus cos. vincitur a Cimbris*, 3. 3. 4.

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
	proficiſcitur, 3. 1. 10.		3. 3. 4.
106	*Metellus Thalam capit*. 3. 1. 11.	644	
105	*C. Marius cos. Capſam capit*, 3. 1. 14. *Jugurtham & Bocchum reges vincit*, 3. 1. 15.	645	*Metellus triumphat ex Numidia, & appellatur Numidicus.* *L. Caſſius Longinus cos. vincitur & occiditur a Cimbris.* *Pompeius Magnus naſcitur.*
103	*Bocchus Jugurtham Syllæ tradit*, 3. 1. 17. *Marius Jugurtham in triumpho ducit*, 1. 17.	647	*Cn. Mallius cos. & Q. Servilius Cæpio procos. vincuntur a Cimbris*, 3. 3. 4. *Joannes Hyrcanus pontifex moritur. Succedit Ariſtobulus, qui pontificatum in regnum commutat.*
102	*C. Marius, cos. II, adverſus Cimbros movet*, 3. 3. 5.	648	*Ariſtobulus Judæorum rex moritur. Succedit Alexander.*
101	*Lucius Licinius Lucullus caſtris exuitur a ſervis*, 3. 19. 11.	649	*C. Lucilius Satyrarum ſcriptor, moritur.*
100	*C. Marius, cos. IV. Teutones cadit*, 3. 3. 7.	650	*Archias poëta Romam venit.*
99	*Man. Aquilius cos. cum ſervis debellat*, 3. 19. 11. *C. Marius, cos. V. Cimbros cadit*, 3. 3. 14.		
98	*C. Marius, cos. VI, Saturninum fovet*, 3. 16. 2.	652	*Saturninus occiditur*, 3. 16. 7.

Me-

Digitized by Google

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
			C. Julius Cæſar naſcitur.
	Metellus Numidicus exulat, 3. 16. 2.		*Ptolemæus Lathurus a matre regno pellitur.*
			Alexandrum Judæum vincit.
92	*P. Rutilius damnatur repetundarum,* 3. 17. 3.	658	*Antiochus, Cyziceni filius, Seleucum regno Syriæ exuit.*
			Antiochus, Seleuci frater, occiditur.
90	*M. Livius Druſus ll. fert.* 3. 17.	660	*Alexander, rex Judæorum, VI M eorumdem occidit.*
89	*Interficitur,* 3. 17. 9.	661	*Alexander, rex Judæorum, L M eorumdem occidit.*
88	*Bellum Sociale exoritur,* 3. 18.	662	*Alexander, rex Ægypti, matrem occidit.*
	P. Rutilius Lupus cos. vincitur ab Italis, 3. 28 12.		*Alexander, rex Judæorum, Phariſæorum ſeditionibus premitur.*
87	*L. Sylla vincit Samnites,* 3. 18. 14.	663	*Demetrius Eucærus capitur a Parthis.*
86	*Bellum civile Marianum oritur,* 3. 21.	664	*Cives Romani in Aſia juſſu Mithridatis occiduntur,* 3. 5. 7.
85	*L. Cornelius Cinna cos. Urbe pellitur,* 3, 21. 9.	665	*C. Marius, cos. VII, moritur,* 3. 21. 17.
	Marius & ſocii Urbem occupant, 3. 21. 13.		*Cicero Moloni Rhodio rhetori dat operam.*

84 *Sylla*

Anni ante N.C.

84 *Sylla Mithridaticos vincit*, 3. 5. 11.

81 *Sylla redit in Italiam contra Marianos*, 3. 5. 11: 3. 21. 18.

80 *C. Marius, Marii filius, cos. opprimitur*, 3. 21. 23.

Pontius Teleſinus opprimitur, ibidem.

77 *Ap. Claudius Pulcer cos. in Thracia res gerit*, 3. 4. 6.

P. Servilius Vatia cos. Iſauros vincit, 3. 6. 4.

76 *M. Æmilius Lepidus cos. civile bellum movet*, 3. 23.

75 *Cn. Pompeius contra Sertorium mittitur*, 3. 22. 5.

74 *C. Scribonius Curio cos. in Thracia res gerit*, 3. 4. 6.

Anni ab U. C.

666 *Athenæ captæ*, 3. 5. 10.

C. Salluſtius Criſpus, Hiſtoriæ Romanæ princeps naſcitur.

669 *Templum Delphicum incenditur à Thracibus.*

Capitolium conflagrat.

670 *L. Licinius Murena bellum Mithridaticum renovat.*

Sylla Tribunorum poteſtatem minuit.

Ptolemæus Lathurus moritur. Succedit Ptolemæus Auletes.

673 *Cicero Athenas navigat, Antiocho philoſopho operam daturus.*

Sylla ſponte dictaturam deponit.

674 *Alexander, rex Judæorum, moritur. Succedit uxor Alexandra.*

675 *Cicero e Græcia Romam redit.*

676 *Capitolium reſtituitur.*

Cicero Quæſturam petit.

Nicomedes, Bithyniæ rex, moritur, herede relicto

Anni ante N. C.

72 *M. Antonius vincitur a Cretenſibus*, 3. 7. 3.

71 *C. Licinius Lucullus Mithridatem vincit ad Cyzicum*, 3. 5. 16.

Spartacus cum gladiatoribus bellum pop. Romano facit, 3. 20.

70 *Cn. Cornelius Lentulus Clodianus cos. vincitur a Spartaco*, 3. 20. 10.

69 *Sertorius interficitur a ſuis*, 3. 22. 9.

C. Caſſius Varus procos. vincitur a Spartaco, 3. 20. 10.

66 *Q. Cæcilius Metellus in Cretam mittitur*, 3. 7. 4.

65 *Pompeio bellum Piraticum decernitur*, 3. 6. 7.

64 *Pompeius contra Mithridatem proficiſcitur*, 3. 5. 21.

M. Terentius Varro triumphat de Thracibus,

Anni ab U. C.

licto pop. Romano.

678 *Sertorius cum Mithridate fœdus init*. 3. 22. 4.

679 *Arioviſtus, Germanorum rex, in Galliam tranſit.*

Pompeius proſpere res gerit contra Sertorium, 3. 22.

680 *Lucullus Mithridatem in Pontum fugat.*

681 *Mithridates in Armeniam fugit.*

Virgilius naſcitur.

Alexandra Judæorum regina moritur. filius ejus minor Ariſtobulus fratre dejecto ſuccedit.

684 *Lucullus Niſibin capit.*

Triarius Mithridatem vincit.

685 *Mithridates Triarium ingenti clade afficit.*

Cicero præturam petit.

686 *Pompeius Mithridatem nocturno prælio vincit*, 3. 5. 23.

Lucullus ob magnificentiam & luxuriam Xer-

Anni ante N.C.		Anni ab U.C.	
	3.4.6.		Xerxes togatus appellatur.
63	Pompeius in Iberos, Albanos, &c. movet, 3.5.28.	687	Hyrcanus Ariſtobulum fratrem obſidet Hieroſolymis.
62	Proficiſcitur in Syriam, 3.5.29.	688	Cicero conſulatum petit.
61	Pompeius Hieroſolymitanum templum intrat, 3.5.30.	689	Mithridates moritur, 3.5.26.
	Catilinæ conjuratio diſcutitur, 4.1.		Auguſtus Cæſar naſcitur.
			Julius Cæſar fit Pontifex Maximus.
			Lucullus triumphat.
60	Metellus Creticus appellatur, 3.7.6.	690	P. Clodius uxorem Cæſaris violat.
			Helvetii de invadenda Gallia deliberant, 3.10.2.
57	Julia, Cæſaris filia, Pompeio nubit, 4.2.13.	693	Meſſala Corvinus orator naſcitur.
			Titus Livius naſcitur.
56	Cæſar Helvetios & Arioviſtum vincit, 3.10.2. & 11.	694	Cicero exulat.
			Clodius Pompeium inſidiis petit.
55	Item Belgas, 3.10.4.	695	Cicero redit.
54	Et Venetos, 3.10.5.	696	Orationem habet pro Sextio, &c.
53	Rhenum tranſit, 3.10.14.	697	Gabinius Ptolemæum regno pulſum reſtituit.
	In Britanniam trajicit, 3.10.16.		
			Alexander, Ariſtobuli filius, Judæam ſubigere tentat fruſtra.

Anni ante N. C.	
52	*M. Craſſus in Parthos movet*, 3. 11. 3.
	Cæſar iterum in Britanniam trajicit, 3. 10. 18.
51	*M. Craſſus interficitur*, 3. 11. 9.
	Julia Pompeii conjux moritur, 4. 2. 13.
	Cæſar ponte facto Rhenum penetrat, 3. 10. 15.
50	*Cæſar media hieme in Galliam redit*, 3. 10. 22.
	Cæſari conceditur abſenti petere conſulatum, 4. 2. 16.
49	*Cæſar conſulatum more majorum petere jubetur*, ibidem.
47	*Cæſar Brundiſii Pompeium obſidet*, 4. 2. 19.
46	*Cæſar Pompeium vincit*:
45	*Et Ægyptios*, 4. 2. 60.
44	*Item Jubam regem &*

Anni ab U. C.	
698	*Gabinius Nabathæos vincit.*
	Romam reverſus accuſatur primum a Cicerone, mox defenditur. damnatur tamen.
699	*Caſſius ſuperſtites cladis Craſſianæ in Syria colligit*, 3. 11. 11.
	Labienus, Cæſaris legatus, Treviros vincit.
	Cicero creatur Augur.
	Clodius occiditur a Milone.
700	*Lucretius poëta per furorem manus ſibi infert.*
	Cicero libros ſcribit de finibus.
701	*Cicero in provinciam Ciliciam proficiſcitur.*
	Cenſa civium capita 320000.
703	*Scribonius Curio Siciliam occupat pro Cæſare*, 4. 2. 22.
	Occiditur in Africa, 4. 2. 34.
704	*M. Cælius & Milo occiduntur.*
705	*Cicero Cæſari obviam progreditur.*
	Cicero orationes habet ad

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
	Scipionem, 4. 2. 65. *Cæſar triumphat*, 4. 2. 88. *Creatur dictator perpetuus*, 4. 2. 91.		*ad Cæſarem pro M. Marcello, & Q. Ligario.* *Herodes Galilææ præficitur ab Antipatro patre.*
43	*Cæſar ad Mundam Pompeii liberos vincit*, 4. 2. 78.	707	*C. Caninius in paucas horas cos. fit.*
42	*Interficitur*, 4. 2. 95. *Amneſtia decernitur*, 4. 7. 3.	708	*Octavius Romam venit.* *Sex. Pompeius bona paterna repetit*, 4. 3. 3.
41	*Brutus & Caſſius in provincias ſuas abeunt*, 4. 7. 4. *Cæſar Octavianus Antonium ab obſidione Mutinæ repellit*, 4. 4. 5. *Triumviratus Cæſaris, Antonii, & Lepidi*, 4, 6. *Cicero occiditur*, 4. 6. 5.	709	*C. Trebonius, unus ex percuſſoribus Cæſaris, a Dolabella interficitur.* *Caſſius Judæam ſpoliat.* *Ovidius naſcitur.* *Antipater, Herodis pater, interficitur.*
40	*Caſſius & Brutus pereunt*, 4. 7. 13, & 14.	710	*Sextus Pompeius Siciliam occupat*, 4. 8. 1.
39	*L. Antonius cos. obſidetur ab Auguſto Peruſia*, 4. 5. 4.	711	*Pacorus Hieroſolymam occupat.* *Antigonus patruo Hyrcano auriculas præcidit, ne receptum haberet ad pontificatum.*
36	*Ventidius Pacorum occidit*, 4. 9. 6.	714	*Aſinius Pollio Dalmatas vincit*, 4. 12. 11.

Anni ante N. C.		Anni ab U. C.	
	Bellum cum Sex. Pompeio exoritur, 4. 8.		*Auguſtus Liviam ducit.*
			Herodes Hieroſolymam capit.
			M. Vipſanius Agrippa Gallos vincit.
34	*Pompeius Sicilia pellitur*, 4. 8. 4	716	*Lepidus triumvir ab Auguſto omni potentia exuitur.*
	Antonius rem male gerit in Parthis, 4. 10. 3.		*Hyrcanus qui hactenus apud Parthos commoratus erat, ad Herodem venit.*
		717	*Pannonii vincuntur*, 4. 12. 8.
33	*Sex. Pompeius occiditur*, 4. 8. 5.		
32	*Octavius vulneratur in Illyriis*, 4. 12. 7.	718	*Antonius Artavaſdem, Armeniæ regem, dolo irretitum capit.*
			Salluſtius moritur.
30	*Bellum civile inter Cæſarem & Antonium*, 4. 11.	720	*Herodes cum Arabibus bellum gerit.*
			Atticus, amicus Ciceronis, moritur.
29	*Pugna Actiaca*, 4. 11. 6.	721	*Agrippa Bogudem, Mauritaniæ regem, occidit.*
28	*Antonius & Cleopatra ſe perimunt*, 3. 11. 9, & 11.	722	*Catullus poëta moritur.*
			Ægyptus provincia facta, per Equites Rom. adminiſtratur.
		723	*Auguſtus triumphat.*
27	*M. Craſſus Myſos vincit*, 3. 12. 14.		
			Senatum purgat.
25	*Octavius appellatur Auguſtus*, 3. 12. 66.	725	*Herodes Mariamnem, conjugem ſuam, occidit.*
24	*Auguſtus Cantabros*	726	*Cornelius Gallus poëta,*

præſes

Digitized by Google

Anni ante N.C.		Anni ab U.C.	
	bello petit, 4. 12. 48. *His poſt quinquennium perdomitis, tota denique pacatur Hiſpania, cum in ea dimicatum eſſet Romanis per annos CC circiter*, 2. 17. 5.		*præſes Ægypti, mortem ſibi conſciſcit.* *Herodes Alexandrum ſocrum interficit.*
23	*C. Antiſtius Cantabros vincit*, 4. 12. 51. *Templum Jani clauditur*, 4. 12. 64.	727	*Terentius Varro Salaſſos vincit.* *M. Vinicius Germanos ſuperat.*
20	*Cantabri ſemet ipſos perimunt*, 4. 12. 50.	730	*Pantheon ab Agrippa ædificatur.* *Virgilius moritur.*
17	*Indorum legatio ad Auguſtum venit*, 4. 12. 62. *Parthi ſigna reddunt*, 4. 12. 63.	733	*Herodes templum inſtaurat.* *Auguſtus Caium & Lucium nepotes adoptat.* *Horatius carmen ſeculare ſcribit.*
13	*Druſus Rhætos vincit*, 4. 12. 4.	737	*Cyzicenis libertas redditur.* *Druſus Friſios ſubigit.*
9	*L. Piſo Thracas vincit*, 4. 12. 17,	741	*Druſus, Rheno & Lupia tranſmiſſis, ad Viſurgim uſque procedit.*
8	*Druſus Cattos & Sicambros ſuperat*, 4. 12. 24.	742	*Claudius imperator naſcitur.* *Tiberius Juliam, Auguſti filiam, uxorem ducit.*
7	*Druſus mortuus Germanici cognomine honeſtatur*, 4. 12. 28.	743	*Tiberius Dalmatas & Pannonias ſubigit.*

Digitized by Google

Anni poſt N. C.		Anni ab U. C.	
			Herodes filios ſuos interficit.
		750	*JESUS CHRISTUS naſcitur. Herodes moritur.*
2	*C. Julius Cæſar cos. vulneratur in Armenia,* 4. 12. 44.	752	*Tiberius ex ſeceſſu Rhodienſi Romam redit.*
3	*Lucius Cæſar moritur,* 4. 12. 42.		
	C. Cornelius Lentulus Coſſus Gætulos vincit, 4. 12. 40.	753	*Aſconius Pedianus floret.*
			Athenodorus philoſophus Stoicus floret.
			Tiberius in Germania res gerit.
10	*Quinctilius Varus occiditur a Germanis,* 4. 12. 31.	760	*Pannonii rebellant ducibus Batonibus.*

Atque hæc Chronologica ex accuratiſſimis temporum & annalium ſcriptoribus adjecimus, ut eſſent unde quæ prius, quæve poſterius eorum quæ ab hoc auctore memorantur, geſta ſint, citra laborem cognoſceres. Addidimus autem ex alienis quoque hiſtoriis, ſacris præcipue, notiſſima quæque, ut ad aliquod inſtar ſynchroniſmi memoria certius confirmaretur. Ea quidem quæ eodem tempore evenerunt, ſtatim e numerorum ſuorum regione, alia inter id ſpatium, quo geſta ſunt, annorum numero non accurate ſignato. Tempora autem ipſa, ad annos ante natum Salvatorem, item ab Urbe condita retulimus: qui tamen aliquot fere menſibus diſcrepant, quin & ipſe conditæ Urbis annus controvertitur. Sed hæc non utique magnum, in hoc propoſito, quo rerum apices non exquirimus, impedimentum adferent. Sicut nec iſtud, quod æra Chriſtiana non plane reſpondet receptæ conſuetudini.

INDEX IN FLORUM,

in quo

Primus numerus librum, ſecundus caput cujuſque libri, tertius tmematia ſeu ſectiunculas aut verſiculos capitum denotat.

A.

A Brunduſio trajicit Cæſar, 4. 11. 4. A Corfinio Roma petitur, 3. 18. 7. *Sic, opinor, legendum in Cicerone, Philipp.* 5. 8: *Infeſta patriæ ſigna* a Brunduſio *inferebat.* a dextris, a lævis, 3. 2. 2. a tergo, 3. 11. 7: 4. 2. 36. a Ponto, 4. 2. 61. a Punico littore tanquam ſpecula procurrit Clypea, 2. 2. 19. a prælio profugus, 4. 2. 85. elephanti nuperi a ſilva. 4. 2. 67.

Ab Ænea decimuſquartus Amulius, 1. 1. 4, ab aratro dictator, 1. 11. 12. ab arboribus pendere, 3. 3. 17. ab Etruria, 4. 12. 1. ab Etr. Roma petitur, 4. 1. 11.

Abdere humi, *pro ſepelire,* 4. 12. 31.

Abhorrere moribus, *pro a moribus,* 1. 7. 3.

Ablatus e conſpectu Romulus, 1. 11. 16.

Ablegare equum, 4. 2. 82.

Abnuere, *pro recuſare,* 3. 16 2.

Abolere, *pro delere, extinguere,* 4. 9. 1.

Abolitio, *pro* ἀμνηστίας *oblivione actorum,* 4. 7. 3. *Sic apud Suet. Tib.* 4. 3. *Eſt & tit. C. de abolitionibus.* abolitio animarum, *pro morte quæſita,* 4. 7. 15.

Abrogare, *proprie eſt per rogationem, h. e. legem ad populum latam, adimere. ſic* abrogati faſces Collatino, 1. 9. 3. abrogatum imperium regibus, 1. 7. 10.

ABRUMPIT aciem intentionis rerum diverſitas, *Præfat.* 3. interventu fluminis ignis abrumpitur, 2. 2, 1.

Abrupta, *pro præcipitibus,* 2. 12. 4. abrupti torrentes, 4. 12. 6.

Abſcidere, *de aquis dictum terras dirimentibus,* 2. 2. 2: 2. 8. 9.

Abſcondere. fortuna Pompeium abſcondit, 4. 2. 87.

Abſens victus Perſes, 2. 12. 9. Abſenti negatur conſulatus, 4. 2. 24.

Abundare divitiis, 3 9. 2. equitum copia, 4. 2. 47.

ABUNDANTIA ſervorum perniciosa, 3. 12. 10.

Accendere facem certaminum, *hoc eſt, cauſam præbere ſeditionibus,* 3. 14. 1. fax quæ Druſum cremavit, ſocios in arma accendit, 3. 18. 4.

Acceſſio, *pro additamento, auctario, quod accedit principi cauſſæ. Sic* acceſſio belli, 2. 9. 4. cladis, 3. 1. 16. provinciæ, 3. 6. 7. *Ita Plinius,* 29. 1. 17, *ne videatur* Acceſſio *alterius.* Seneca, *parva ruinæ ingentis acceſſio fui.* Conſol. ad Helviam.

Acceſſus, *h. e aditus, tranſitus,* 1. 17. 4. *alibi vocat* Clauſtra.

Accius. *Vide* Attius.

Accipere, *pro interpretari, intelligere,* 2. 18. 4. accipere, *pro ſuſcipere, non reſpuere,* 1. 2. 5. accipere regnum, *pro conſequi,* 1. 5. 1. omen, *h. e. in omen, loco ominis,* 4. 12 14. *Sic apud Ciceronem, divin.* 1. 46, *Æmilius;* Accipio omen, *mea filia. Tacitus,*

M. 1. 62. 6. *Ut haud dubium magna & proſpera rei* omen acciperetur. *Adde Tac.* 2. 13. 4. *Liv.* 1. 7. 12.

Accire mortem, 4. 2. 70.

Accuſatorie loqui, *h. e. omnia ad invidiam rei coacervare, etiam falſa*, 4. 5. 2.

Acerbiſſimum, *quod maximum dolorem inurit*, 3. 10. 15.

Acerrimus juvenis, 4. 4. 1.

Acerrima calliditas, 2. 17. 15. *Sic* Acerrima *mens divi Auguſti, apud Tacitum, H.* 2. 76. 6. *h. e. acutiſſima, ſollertiſſima.*

Acervatim, 1. 17. 1.

Achaïa, 1. 18. 3: 3. 6. 3. liberata, 2. 7. 15.

Achaïcum bellum, 2. 16. 3.

Acies, *pro prælio.* 3. 22. 5. Acies prima, *pro parte aciei quæ proxime hoſtem eſt*, 4. 2. 82. Aciem committere. *h. e. confligere*, 4. 7. 10. dirigere, *pro inſtruere, ordinare*, 3. 16. 5.

Acies intentionis, *Præfat.* 3.

Acilius Glabrio coſ. 2. 8. 10.

Acinaces, 4. 11. 3.

Acrior, *h. e. vehementior*, 2. 2. 26,

Acrius, *pro vehementius, majore vi & impetu*, 1. 11. 3: 1. 13. 19.

Actum eſt de illo, *h. e. periit. Gallice, C'en eſt fait*, 1. 18. 8: 2. 6. 50: 3. 3. 4: 3. 5. 5: 4. 1. 5. nihil Actum eſt, *h. e. nihil profectum eſt*, 2. 6. 49.

Acta Pompeii, 4. 2. 9. Syllæ reſcindere, 3. 23. 2.

ACUIT virtutem ratio, 1. 8. 4.

Ad arma, *Itali* a l'arme: *unde Gallorum vox* alarme, 2. 15. 14. Ad famam rei, *h. e. cum nunciaretur ea res*, 3. 9. 4. Ad id tempus, *pro eouſque*, 3. 10. 22. Ad id temporis, 2. 17. 8. Ad mare, *pro juxta mare*, 1. 16. 6. Ad ſimilitudinem, *h. e. ad exemplum, exemplo, more*, 1. 2. 3. Ad tempus, 1. 6. 2. *Sic Marcellinus*, 14. 10. Ad ultimum; *pro poſtremo*, 4. 7. 15. *Niſi forte* ultimum *pro morte ponatur hoc loco.* Ad ambitum uſque armari, 1. 16. 7. Ad iniqua pondera gladium addere, 1. 13. 17. Ad virtutem dolum addere, 1. 3. 4: 3. 3. 15. Ad ſonum virgæ expaveſcere, 1. 26. 3.

Adæquare famam alicujus, 2. 2. 14. urbem flammis, 3. 10. 23.

Addere dignitatem, *non tam eſt augere, quam facere*, 1. 8. 5. *Ita Salluſtius, Cat.* 22. 14. *de Catone: huic ſeveritas* dignitatem addiderat. Addere licentiæ ſcelus. 2. 5. 2. Virtuti dolum, 1. 3. 4: 3. 3. 15.

Addicere, *verbum prætoriæ juriſdictionis, pro adjudicare*, 3. 23. 3. *Videtur hæc conjunxiſſe Livius*, 6. 14. 10: *Ne quem veſtrum, Quirites, donec quicquam in re mea ſupererit*, adjudicatum (*ſic velim, non, ut, editur,* judicatum) addictumve *duci patiar.* Pro vulgari tamen lectione eſt Plautus in Nonio: ubi ſic legi velim: JUDICATUM, *adjudicatum atque addictum.*

Adeo terribilius, 2. 6. 1.

Adequitare caſtris, 4. 10. 4.

Adeſſe, *pro urgere, inſtare*, 3. 5. 6. *Hoc ſenſu Seneca, epiſt.* 53. 9. *Domina eſt*, adeſt *& jubet.* Adeſſe precibus alicujus, *h. e. patrocinari, ſive, ut in l.* 6. §. 1. *de poſtul. exponitur, advocationem præſtare. vel, ut apud Senec. de brev. vitæ, cap.* 2, *advocare*, 2. 9. 3. Aderat puellæ forma, *h. e. patrocinabatur ei, cauſſam illius agebat*, 4. 2. 56. *Nam* adeſſe *dicebantur cauſſarum patroni, ut in l.* 19. §. 1. *de donat. & apud Tacitum*, 3. 11. 2. *Piſoni, patronos petenti, M. Lepidus, & L. Piſo, & Liveneius Regulus*, adfuere. *Sic* adeſſe dolori, *Seneca, conſol. ad Helv. cap.* 2. Ovid. de arte, 3. 531:

—— *jus qui profitebitur, adſit.*

Vide Livineium, ad Paneg. Plin. 78. pag. 301.

Adgubernare, 2. 8. 1. iter, *h. e. regere*, 3. 5. 16.

Adherbal Bomilcaris, 2. 6. 19.

Adherbal Numida, 3. 1. 4.

Adhoc, *pro inſuper*, 2. 8. 17: 3. 9. 2: 3. 10. 25: 4. 2. 91.

Adhuc *pro inſuper*, 1. 13. 17.

Adigere gladium, 4. 2. 46. Adig. ſacramento, *h. e. adſtringere, obſtringere*, 3. 1. 13. *Valet autem hoc loco, militem facere.*

Adire hereditatem, *h. e. pro herede ſe gerere, ut explicatur in Novel.* 1. *cap.* 1. §. 4. *verſ. in omnibus*, 2. 20. 3.

Admirabilior, 4. 2. 47. Admirabilius, 3. 3. 21.

Admittere hoſtes, *h. e. aditum præbere* 1. 1. 13.

Admodum, *h. e. omnino, non amplius.* ſicut

Digitized by Google

ſicut apud Juſtinum, 17. 2. 4. *poſt menſes* admodum *ſeptem*. & 24. 1. 6. *congregati* admodum *quingenti. Sic* in noſtro, 2. 6. 10. prætextatus admodum filius, *h. e. non amplius adhuc quam prætextatus, impubes etiamnum. intendit enim rem hæc particula, & admirationem auget.*

Admovere arma, 3. 23. 3. ſigna commilitonum, *h. e. adducere*, 1. 24. 3. ubera, *pro præbere*, 1. 1. 3.

Adoleſcentia populi Romani. *Præfat.* 6: 1. 22. 1.

Adoptare in locum liberorum, 1. 9. 5. ſervi in bona libertatis noſtræ adoptantur, *h. e. per manumiſſionem, quaſi adoptionem, libertatem conſequuntur*. 3. 20. 1.

Adoptati nomen familiæ ſuæ retinent, 2. 20. 5.

Adoptio Auguſti, 4. 4. 1.

Adorata urbs, 2. 4. 46. *Non liquent mihi Gruteri rationes, quas una cum Suſpicionibus hauddum editis aliena manus abſtulit. Putem autem,* Adorare urbem *explicari poſſe, non in conſpectum ejus modo, ſed ita prope accedere, ut & colloqui cum civibus poſſit.* an ſic *adoratur penna*? Lucan. 4. 478. Statius, Theb. 6. 664. — *adorato redit illa ingloria diſco. Apud Apuleium Metamorph.* 2, & 3. adorare populum, *eſt verba ad populum facere.*

Adorta urbs, *quam quis adortus eſt*, 4. 2. 46.

Adortus, *h. e. aggreſſus*, 1. 3. 4: 3. 1. 13: 4. 2. 60: 4. 12. 44.

Adprobare ſe, *h. e. probum ſe oſtendere*, 1. 18. 16. *ſic* Adprobare cauſſam belli, 2. 11. 2. Latro apud Senecam, controv. 5. 32. in Diviſ. *Mores tuos patri debes approbare*. Tacitus, 1. 75. 6. *probare cauſſam ſenatui juſſit.*

Adremigare, 2. 8. 12. litori, 1. 18. 4. portibus, 3. 7. 3.

Adrianum mare, 2. 5. 1.

Adriaticum mare, 3. 4. 1: 3. 6. 9: 4. 2. 31.

Adverſari voluntati alicujus, 1. 22. 3.

Adulteratæ reliquiæ, 2. 11. 3. Adulteratum *dicitur, quicquid aliena ſpecie in deterius mixtum eſt. Sic* adulterata moneta, nummi, rationes, &c. apud JCtos.

Ædes, *pro templo*, 1. 7. 8.

Ædificator, *qui libenter ædificat*, 1. 8. 4.

Ædui, 3. 2. 4.

Æëtas Ponticus, 3. 5. 1.

Ægates inſulæ, 2. 2. 32.

Ægeum mare, 2. 16. 1: 3. 6. 9.

Æger rerum temere motarum, 3. 17. 9. *Sic* Æger conſilii. Salluſt. H. 4. 3. 17. Ægra animi, *Livius*, 1. 58. 6. *Hujus generis exempla complura notat Rhenanus in locutionibus Taciti.* ÆGRÆ reip. requieſcere quomodocunque expedit, 3. 23. 4.

Æg murus, 2. 2. 30.

Ægritudo corporis, *pro morbo*, 4. 7. 10. *Utitur hac phraſi Curtius*, 3. 5. 10.

Ægyptius triumphus Cæſaris, 4. 2. 88. Ægyptium mare, 3. 6. 9.

Ægyptus, 4. 2. 6. Ægypti cornua, 4. 11. 9. fugam in Ægyptum agitat Pompeius, 4. 2. 51. in Ægypto bellum cum Cæſare, 4. 2. 53.

Æmilius Inſubres vincit, 2. 4. 3.

Æmilius Paullus cos. 2. 12. 17. *Vide etiam* Paullus.

Æmilius Regillus, 2. 8. 12.

Æmulus Cæſarianæ potentiæ Antonius, 4. 3. 2. Æmula Romæ Alba, 1. 3. 9. ÆMULARUM metu ablato luxuriantur urbes, 2. 15. 5.

Æmulatio imperii inter Latinos & Romanos, 1. 11. 1: 1. 14. 1.

ÆMULATIO inter pares, 3. 17. 4. ÆMULATIO metu remoto erumpit, 4. 2. 13.

Æneas, 1. 1. 4. in Italiam venit, 1. 1. 9.

Æqui, 1. 11. 11.

Æquitatis ſpecies in ſeditionibus tribuniciis, 3. 13. 2.

Æquo Marte contendere, *ut nemo ſit ſuperior*, 4. 2. 48.

Æquum & bonum, 1. 22. 5: 3. 14. 3.

Ærarium, 3. 9. 5 reip. nervus, 3. 13. 4. ſanctum, 4. 2. 21.

Æs Corinthium, 2. 16. 6.

Æſapus, *fl.* 3. 5. 17.

Æſtimare victoriam modeſte, 4. 12. 41.

Æſtivæ deliciæ, *pro loco in quem æſtate ſecedimus*, 1. 11. 7. *Huc referenda illa Curtii*, 5. 8. 1. *Urbem hanc nunc tenent Parthi*: *eaque* æſtiva agentibus *ſedes eſt. quod ipſum* Æſtivare *dicitur Suetonio, Galb.* 4, 8. & *Veſp.* 24. 1.

Digitized by Google

INDEX.

Æſtus Oceani, 3.10.5. *Sic per tranſlationem* Æſtus fortunæ. 2.7.1. furoris, 4.2.64.

Ætas juvenilis favorabilis, 4.4.4. Ætas populi Romani prima, *Præfat.* 5: 1.8.1. ſecunda, *Præfat.* 6: 1.22.1. tertia, *Præfat.* 7: 2.1.1: 2.19.2: 3.12.1. Ætatis diſcrimina in tabulis, 1.6.3. Ætate poſſidere, *h. e. longo tempore*, 3.13.5.

Æthiops in aciem prodeuntibus obvius ferale ſignum, 4.7.7.

Ætnæus ignis, 1.16.5.

Ætoli, 2.9. in partibus Pompeii, 4.2.5.

Ætolia, 2.8.5.

Affectare Siciliam, 2.2.3.

Affectator imperii populus, 2.7.2.

Afficere pudendis fœderibus, 2.18.2.

Affectus, *pro liberis & uxoribus*, 1.13.12.

Afflat urbem terror regius, *h. e. tam prope eſt, ut quaſi ſpiritu contingere poſſit*, 3.5.9. *Ad hunc modum videtur dictum illud Virgilii, Georg.* 1.250, *Noſque ubi primus, equis Oriens* afflavit *anhelis.* & *Æneid.* 5.739. *Et me ſævus equis Oriens* afflavit *anhelis.* *Sic* fulmine afflari *dicuntur, qui non prorſus feriuntur, ſed ejus fervore & halitu perſtringuntur, apud eundem, Æn.* 2.649. *Plin., paneg. cap.* 90. *Spartian. Adriano, cap.* 14. Ovid. Pont. 3.6.17. Sic apud Statium, Theb. 10.323. *Afflatuſque fugit curru majore Bootes.* Ariſtides Orat. XIII. pag. 214. καίτοι μισοῦντας μὲν οὖν ἐπὶ τῆς πορείας προσέβαλλεν, ὥσπερ πνεῦμα ἀπὸ θαλάττης. ubi bene interpres uſus verbo *afflavit.* Val. Flaccus, — *virque virum galeis afflavit adactis.* Barth. adverſ. 1091.

Affligere humo, *pro illidere*, 4.12.5.

Afflictus, *pro perdito, proſtrato. ſic* Afflicti mores, 3.12.7. Afflictæ res, 2.6.31.

Affluunt copiæ, 3.20.6.

Atrinius dux Italus, 3.18.6.

L. Afranius coſ. 4.2.8. Pompeii legatus, 4.2.26. occiditur, 4.2.90.

Africa Romanis cedit, 2.6.61. nomini induitur, 1.11.9. Africæ captivitas, 2.6.8. in Africam fugam agitat Pompeius, 4.2.51. in Africam navigatur a Tarento, 1.18.3. Africa contenti debuerant eſſe Romani, 3.12.6. in Africa bellum civile geritur, 4.2.6, 30, & 64.

Africanus ille magnus, 2.15.12. *vide* Scipio.

Africum mare, 2.2.30.

Agamemnon cur vocatus, Pompeius, 4.2.43.

Ager quem Annibal caſtris inſederat, Romæ venditus, 2.6.47. Agrorum diviſio bellum concitat, 4.5.1. Agris dividendis creati triumviri, 3.14.6. Agros a tribunis flagitat populus, 3.12.8. Agris multati hoſtes, 4.12.11.

Agere; *pro degere, verſari, habitare*, 1.2.1: 2.5.1: 4.12.10. *ſic* Agere extorrem, 3.13.2. immunem, 1.23.2. *pro adminiſtrare, ſic* Agere ducem, 2.8.9. poteſtatem, 1.7.2. regnum, 1.6.2. *ita non ſemel Tacitus, ut in Indice ejus notamus: & Livius*, 1.32.3. Agere, *pro abigere, exigere, deturbare.* 2.11.5. *pro celebrare, ſic* Agere cenſum, 1.8.6. conventum, 4.2.46. *Sic Juſtinus*, 12.13.3. *Cicero* forum agere, *dixit, ad Atticum*, 5.16. *forum indicere Virgilius, Æn.* 5.758. *ubi & explicat, jura dare.* delectum, 3.10.22. triumphum, 2.2.9. Agere, *pro pellere*, 3.4.5. *pro impellere, ſic* Agere tranſverſum, 4.2.9. *pro repellere*, 3.4.5. Agere equos, 1.7.3. naves remis, 2.2.35. Agere *pro efficere, proficere*, 1.13.18. Agere gratias, *Ibidem.* funes ſub mari, 4.2.32.

Agger effectus ex congeſtis cadaveribus, 4.2.85. Aggere cinctæ civitates obſeſſæ, 4.2.28.

Agitare, *pro habitare*, 4.12.46. *pro cogitare*, 1.5.4. *pro impellere, inſtigare*, 1.16.7: 2.12.2: 3.1.3: 4.15.2: 4.6.2. *ſic* agitatus injuriis populus, 1.8.7. *pro quo tamen forte rectius* fatigatus *legeres. Juſtinus tamen*, 14.4.12, *hoc ferme modo* ſeditionibus agitare *dixit.* Agitatum ſideribus bellum, 3.21.3, *pro deliberare, ſic* Agitare extrema deditionis, 2.17.17. fugam, 4.2.51. imperium, 2.2.3. mœnia, 1.1.5. ſecum aliqua, 4.7.8. ſecum de extremis, 4.2.85. *pro movere, concutere*,

cutera, 4. 3. 8. *pro agere, ſic* Agitare otia, luxus, 2. 8. 8.
Agmen, *pro exercitu*, 3.5.29: 3.21.6: 4.2.62.
Agrariæ leges. *vide* Leges.
Agricola triumphalis, 1.11.14.
Agriculturæ neglectæ cauſſa, 1.22.3.
Agrigentum, 2.2.12.
Agrippa, 4.12.51.
Alba, 1.1.4.
Albanus, *pro Albani*, 1.3.6. *Vide* Singularis pro plurali.
Albanus mons, 3.18.8.
Albani, *Aſiæ pop.* 3.5.21, *&* 28.
L. Albinius, 1.13.12.
Albinovanus, 3.21.7.
Albinus, A. Poſthumius, 3.1.9.
Alexander Macedo, 2.7.2.
Alexandria, 4.2.55.
Alexia, *urbs*, 3.10.23.
Algidum, *urbs*, 1.11.6.
Alia minari, alia irrepere, 2.12.7.
Alienum bellum, *quod non a nobis geritur*, 3.6.2.
Aliquando, *pro tandem*, 4.2.11.
Aliquo, *h.e. aliqua in re, aliquatenus, Florus ſæpe.* Salmaſ. Pall. Tertull. 222. ni forte ſic ſit in MSſ. quos ille viderit.
Alii ex aliis reges prodeunt, 3.5.22. *vult dicere, quibuſdam debellatis, nihilo ſegnius alios arma moviſſe.* Alia terra, mutati homines, *quædam quaſi proverbialis locutio, de mutatione morum*, 4.12.27. ſic apud Liv. 25.1.5. *tanta religio, & ea magna ex parte externa, civitatem inceſſit, ut aut homines, aut dii repente alii viderentur facti.* Aliud ex alio captare, 3.17.2.
Allevari, *pro niti, fretum eſſe: ſublevari*, 4.2.10.
Allia, *fl.* 1.13.7.
Allobroges, 3.2.4. in arma ſollicitantur a Catilinianis, 4.1.9.
Alluere *dicitur Oceanus aut fluvius terras pone jacentes*, 4.12.46.
Alpes, 1.13.5: 1.26.9. clauſtra Italiæ, 3.3.6. hieme creſcunt, 3.10.22. tranſcenduntur ab Annibale, 2.6.9. a Romanis, 3.2.3. Alpes Noricæ, 3.3.18: 4.12.4.
Alpheus, *fl.* 2.16.3.
Alpinorum corporum vitia, 2.4.2.
Altera patria, 2.6.42. Roma, 3.5.15.
Altus animus, *pro magno, &, ut Salluſtio, Cat. cap. 5. dicitur, vaſto*, 4.12.47. Altum, *ſubaudi mare*, 3.8.4: 4.11.8. *Sic apud Virgil. Æn.* 1.7. *& terris jactatus, & alto.* Altum *autem* mare *eſt medium, cum longius a terra receditur: ibi enim aquæ conglobantur, & in convexi ſpeciem tumeſcunt. vide Plinium*, 2.65.
Alumna urbis oſtia, *h.e. quæ alit urbem, nempe commeatibus ex aliis regionibus eo convectis: quod tangit*, 1.4.3, *ſupra*: 3.21.12. Alumnus *enim non is modo dicitur, qui alitur, ſed & qui alit. ut* eloquentia alumna licentiæ *vocatur apud Auctorem de cauſſis corruptæ eloquentiæ, cap.* 40: *& alios, quos citat Becmanus in Originibus linguæ Latinæ. contrario ſenſu* alumnus urbis *eſt apud Tacitum*, 12.11.3.
Ambiorix Gallus, 3.10.7.
Ambitus, *pro ambitione*, 4.9.2: 4.11.1. Ambitus ducum in retinendis imperiis, 4.2.43. Ambitus honorum, *cum magiſtratus illicitis mediis, ut pecunia, aliiſque lenociniis, ambiuntur*, 3.12.11. *hoc ſenſu*, Ambitus rei, 3.17.5. uſque ad Ambitum armati Samnites, *h.e. ambitioſe, ut non uſum magis armorum reſpicerent, quam ornamenta*, 1.16.7. *quo fere ſenſu* ambitioſas copias *dixit Ammianus*, 24.19. *ita magnas, ut ad oſtentationem potius, quam uſum, comparatæ fuiſſe videantur.*
Ambracia 2.9.2.
Ambracius ſinus, 4.11.4.
Amicitia. *pro fœdere*, 4.10.1.
Amicti vitibus montes, 1.16.5. *Sic alii terram* veſtitam *vitibus, gramine*, &c. *dicunt. vide Taubmannum ad Virg. Georg.* 2.38. Corippus, lib. IV.
——— *& amicta vitibus ulmi.*
Amiſſa quaſi rapta repetimus, 3.5.13.
Amoenitate Aſiatica mollita Gallorum feritas, 2.11.5.
Amor immaturus, *h.e. intempeſtivus*, 1.3.5.
Amplius, *h.e. majus. ſic* Amplius bellum, 2.7.3. nefas, 4.1.4.
Ample ſonare, *amplum & magnum*
nomen

Digitized by Google

nomen habere, 4. 2. 65. Amplius, *h. e plus, magis. ſic* Amplius audere quam congredi, 1. 14. 1. Amplius ſuſpicari aliquem quam ſit, 1. 18. 8. nihil Amplius quam, *h. e. tantum. Sic Sueton. Claud. cap.* 16. *Galba, cap.* 19. *Tito, cap.* 9. *Tacitus,* 13. 40. 6.

Amplexus amicorum, 4. 2. 71.

Amputare ſarcinas, *h. e. adimere,* 2. 18. 10. *Idem fecit Alexander, apud Curtium,* 6. 6. 14.

Amulius, 1. 1. 4.

An. dubium an. *vide* D.

Ana, *fl.* 3. 22. 7.

Anceps acies, 3. 22. 5. bellum, 4. 2. 26. contentio, 1. 3. 4. prælium, 4. 2. 78.

Ancharius, 3. 21. 16.

Ancilia, 1. 2. 3.

Ancus Marcius, 1. 4.

Andriſcus, 2. 14. 3.

Anguis Lernæus, 1. 18. 19. Angues, obtrito capite, poſtremum cauda minatur, 3. 5. 24.

Angulus Bruttius, 3. 20. 13. Italiæ ultimus, 2. 6. 51.

Anicius prætor, 2. 13.

ANIMA imperii imperator, 4. 3. 6. Animæ immortalitas, 4. 2. 71. Anima amiſſa corpore locum tegere, 4. 1. 12.

Animadvertere, *pro punire,* 4. 1. 10. in aliquem, 3. 21. 23.

Animalia quædam aquam & terram incolunt, 3. 6. 6.

Animoſior cladibus Samnitium gens, 1. 16. 7.

Animus Mithridatis malis auctus, 3. 5. 20. Animo præſagire aliquid, *h. e. mente prævidere,* 4. 1. 3. Animi ferarum Inſubribus, 2. 4. 1. Animi mobiles facinore obligantur, 1. 9. 1. Animus, *pro prudentia, recto conſilio,* 2. 17. 3. *Sic* Mens *eſt apud Livium,* 26. 11. 4. *pro fiducia, audacia.* ANIMUM noſtrum in ſociis perdimus, 4. 2. 29: 4. 7. 14. Animi, *pro ſpiritu, ſuperbia: ſic* tantum animorum, 3. 16. 1. Animos tollere, *utrumque ſignificat, & audaciam alteri facere, ut* 1. 3. 7. *apud Virg. Æn.* 9. 127: *&* 10. 278. *& ipſum capere, ut,* 1. 11. 1. & *apud Livium,* 1. 32. 3. *quod,* 4. 9. 3. Animos erigere *dixit. &* 3. 5. 3. Animis ingentibus efferri.

Annales, 1. 10. 3: 1. 12. 11.

Annibal, 2. 6. vincitur ab Æmilio, 2. 8. 12. a Scipione, 2. 6. 61. fœdus cum Philippo percutit, 2. 7. 4. Romanis hoſtem toto orbe quærit, 2. 8. 5. cum iis XVII annis bellavit, 3. 5. 2. minus vaſtavit Italiam, quam ſocii, 3. 18. 11: 3. 21. 21. non videtur optaſſe quod Catilina, 4. 1. 1.

Anniti, *valde niti. nam* ad *particula ſignificationem verbi auget, ut videre eſt ex illis Senecæ, ep.* 71. 7. *Si virtutem adamaveris, amare enim parum eſt. ſic* Annitente regina, 1. 6. 2. Annixus ex ſummo ſtudio, 1. 9. 4. omni modo, 1. 18. 15.

Anniverſarii Romanorum hoſtes Veientes, 1. 12. 1. *h. e. qui ſingulis annis, velut ſtato tempore, eos laceſſerent. Sic apud Livium,* 4. 45. 4. *Æquorum jam velut* anniverſariis armis *aſſueverat civitas.*

Annius, 3. 16. 1.

Anno Pœnus, 2. 17. 7.

Annonæ pignora, 4. 2. 22.

Anni bellorum Annibalis, Pyrrhi, Mithridatis, 3. 5. 2.

Annus a Numa in menſes deſcriptus, 1. 2. 2. Anni ſancti, pii, aurei, 3. 12. 2. per Annos ducentos in Hiſpania dimicatum, 2. 17. 5. Annis L. cum Samnitibus bellatum, 1. 16. 8. Annis CC Africa, Europa, *&c.* a Roman. ſubactæ, 2. 1. 2.

Annua cœli converſio, 4. 3. 8.

Anquirere, *pro inquirere,* 4. 12. 12. *etiam extra judicium.*

Anſer Capitolium ſervat, 1. 13. 15.

Ante ducis imperium ſigna canunt, *h. e. prinſquam dux id imperaret,* 4. 2. 66. Ante finitum bellum, quam geri nuntiaretur, 2. 13. 2. Ante in media Gallia fuit Cæſar, quam ab ultima timeretur, 3. 10. 22. Ante victus hoſtis, quam viſus, 4. 2. 63.

Antecellere, *prævalere, plus poſſe,* 1. 13. 12.

in Anteceſſum prædam dividere, 4. 12. 24. ſibi parentare, 3. 21. 20. *h. e. ante juſtum tempus.*

Antiochus *Magnus,* 2. 8.

Antiſtius, 4. 12. 15.

Antium, *urbs,* 1. 11. 10.

Antonius Pompeii legatus, 3. 7. 6.

C. An-

Digitized by Google

I N D E X.

C. Antonius coſ. cum Cicerone, 4. 1. 5.
C. Antonius triumviri frater, 4. 2. 31.
L. Antonius triumviri frater, 4. 5. 2.
M. Antonius triumviri avus, 3. 21. 14.
M. Antonius triumviri pater, 3. 7. 2.
M. Antonius, 4. 2. 37. coſ. 4. 3. 7. inſignia regni offert Cæſari, 4. 2. 91. fax & turbo ſeculi, 4. 3. 2. gravis reip. 4. 6. 1. avunculum proſcribit, 4. 6. 4. ſcopulus ſecuritatis publicæ, 4. 9. 1. bello Mutinenſi vincitur, 4. 4. proficiſcitur contra Caſſium & Brutum, 4. 7. 5. vincitur a Parthis, 4. 10. ab Auguſto, 4. 11. ſemet interficit, 4. 11. 9. Antonii metus & ignavia, 4. 7. 10. ingenium peſſimum, 4. 5. 2.
Anuli, 1. 5. 6. ſenatorum, 2. 6. 24. Anulorum modii Carthaginem miſſi, 2. 6. 18. Anulos in mare abjicit Sex. Pompeius, 4. 8. 5.
Apenninus *mons*, 3. 10. 10.
Aperire, *h. e. viam facere*, *ſic* Aperire Europam, 3. 5. 8. Italiam, 2. 6. 4. *ita Curtius*, 7. 1. 3. *primus* Aſiam aperuerat *regi. &c*, 5. 3. 22, mari quoque novum iter aperuerat. Aperire iter ad victoriam, 1. 14. 4. qua maris noſtri limen aperitur, *h. e. ubi incipit mare*, 3. 6. 9. *ſic* aperta Oceani *dicit Tacitus*, 2. 23. 5. *pro medio mari*.
Apes in ſignis, malum omen, 2. 6. 14: 4. 2. 45.
Apollo Cumanus, 2. 8. 3. Pythius, 1. 12. 10.
Apparatus conviviorum magnificus, 3. 12. 12.
Appiani nomine falſa forte ſcripta circumferuntur, 4. 10. 4.
Appius. *vide* Claudius.
Applicare, *pro appellere*, 4. 2. 51.
Approbare, *vide* Adprobare.
Appropinquare, 1. 13. 8.
Appuleiana ſeditio, 3. 1. 16. ejus origo, 3. 12. 8
Appuleius Saturninus, 3. 16. 1.
Apulo Hiſter, 2. 10. 3.
Apuli, 1. 18. 1.
Aqua & igni interdicere, 3. 16. 2. *Æquivalet hodiernæ pœnæ Banni.*
Aquæ Sextiæ, 3. 3. 7.
Aquila, *ſignum Romanæ legionis*, ſervata a ſignifero intra baltei latebras, 4. 12. 38. Aquilam in caſtra refert Auguſtus, 4. 4. 5. Aquilæ prodire nolentes, *h. e. non cedentes, cum revellerentur humo*, 2. 6. 14. Aquilæ Romanæ captæ a Parthis, 3. 11. remittuntur, 4. 12. 63. duæ penes Germanos, 4. 12. 38.
Aquilius reliquias Aſiatici belli conficit, 2. 20. 7.
Manius Aquilius ſervos vincit, 3. 19. 11.
Aquitani, 3. 10. 6.
ad Aram juratum, 2. 6. 2. *Vide Berneccerum ad Juſtinum*, 24. 2. 8. Aras amplecti inter necem, 3. 21. 21. *Hoc autem factum, ſeu præſidii cauſſa, ut ad aras, tanquam aſylum, confugerent, quemadmodum Joabus, Reg.* 3. 2. 28. *& Priamus apud Pauſan. pag.* 129, *&c. ſeu ut exſecrarentur homicidas, & quaſi a præſentibus diis ultionem peterent*: *vide Velleium*, 2. 22. 3.
Arabes, 3. 5. 29. in claſſe Cleopatræ, 4. 11. 7.
ab Aratro dictator, 1. 11. 12.
Araxis, *fl.* 4. 10. 2.
Arbiter inter reges Judæos Pompeius, 3. 5. 30. regum & gentium Pop. Romanus, 3. 18. 7.
ad Arbitrium hoſtium mori, fortibus viris miſerrimum, 4. 8. 4.
Arbores taxei, 4. 12. 50.
Arcades, 1. 1. 9.
Arcanum gentis Judaïcæ, 3. 5. 3. *Claudianus de bel. Get. verſ.* 103, arcanum tanti *deprendere* regni. *Iiſdem & verbis, & ſenſu.*
Arceſſere, *pro vocare*, 3. 15. 2.
Archelaus, 3. 5. 8.
Archimedes, 2. 6. 33.
Arctæ res, 2. 6. 31. *Livio aliquoties* acciſæ res *ſunt. Sic Juvenali*, 3. 165. *dicitur*, Res anguſta *domi*.
Arcus Perſici, 2. 8. 17.
Ardentes oculi, 1. 16. 12. ardentibus focis manum injicit Scævola, 1. 10. 5. Ardentiſſimus dux, *h. e. animoſus, omnia audens*, 4. 2. 42. *Sic* quid Romulo ardentius? 1. 8. 2.
Ardere cupiditate *auri. h. e. vehementiſſime cupere*, 3. 11. 11. *Sic Virgil. Æn.* 11. 782, *ſpoliorum ardebat amore*. Ardet mare ventis, *h. e. turbatur*,

tur, exagitatur, 4. 2. 37. novis motibus Aſia, 3. 5. 22.
Ardor pugnantium, 4. 2. 80. Ardores *pro æſtibus*, 4. 10. 9.
Arena. *vide* Harena.
Arethuſæ fons, 2. 6. 34.
Argentariæ tabernæ, 25. 6. 48. *Vide titulum ff. de edendo.*
Argentea arma Samnitum, 1. 16. 7. haſta Salondici, 12. 17. 14. Argenteum carpentum Bituiti, 3. 2. 5.
Argentum Antonii dolabris conciſum, 4. 10. 10. Arg. in uſum armorum pro ferro conflatum, 2. 15. 10. Argenti 10 pondo pro luxuria habita, 1. 18. 22. Argento fulgentes elephanti, 2. 8. 16.
Argumentum (*h. e. ſignum*) pacis, clauſus Janus, 1. 2. 2.
Aricinum, *urbs*, 1. 11. 8.
Ariminum, *urbs*, 4. 2. 19.
Ariobarzanes Cappadox, 3. 5. 12. in partibus Pompeii, 4. 2. 5.
Arioviſtus Germanus, 3. 10. 11.
Arioviſtus Inſuber, 2. 4. 4.
Ariſtobulus Judæus, 3. 5. 30.
Ariſtonicus Pergamenus, 2. 20. 4.
Arma ademta victis. *Vide* Ferrum victis ablatum. Arma argentea & aurea in uſu, & quare, 1. 16. 7. *Adde Curtium*, 8. 8. 16. *ubi Alexander: An me luxuriæ indulgentem putatis* arma veſtra auro argentoque adornaſſe? *aſſuetis nihil vilius hac materia videri volui. Polyænus*, 8. 22. 20. *Cæſar militibus præcepit, ut arma haberent auro argentoque ornata; maxime quidem ornamenti cauſſa: ſed ideo etiam, ut milites res pretioſas acrius defendendas ac propugnandas exiſtimarent.* Arma cremata a dominis, 2. 18. 17. a victoribus, 4. 12. 9. data in profluentes. *Ibidem. Confer Appianum civil.* 1, *pag.* 376. detracta templis, 2. 6. 23. diſcoloria, 3. 2. 5. promiſſa Vulcano, 2. 4. 5. Romana peregrinantur, 4. 1. 1. Rom. ſacroſancta violantur ab Aquilio, 2. 20. 7. rubiginem ac ſitum ſentiunt, 2. 3. 2. Armorum manubiæ, 2. 18. 6. ARMORUM præmia armis defendere, 4. 2. 17. Arma circumferre, *Præfat.* 2. toto orbe, 3. 12. 1. corripere, *pro ſumere*, 1. 9. 6: 1. 10. 1: 4. 12. 32. deponere, 2. 18. 4. Armis aſſueſcere, 4. 12. 17. incitatiſſimum tempus, *Præfat.* 6. injuriam vindicare, 1. 22. 3. multare victos, 4. 12. 11. ARMIS petere, quod negatum precibus, 3. 3. 3. urgere, 1. 10. 2.
Arma, *pro bellis*, 3. 12. 9: 3. 21. 3: 4. 2. 73.
Armamenta *navium*, 4. 2. 76. *Vide Berneccerum, ad Suetonium, Aug.* 17. 7.
Armare, *pro inſtruere, ſic* cupido dominandi Cæſ. & Pomp. furialibus in exitium reip. facibus armavit, 3. 12. 13. *pro in arma concitare, ſic* fortuna pop. Romanum, 4. 1. 1. Sex. Pompeius ergaſtula, 4. 8. 1. Sertorius Hiſpaniam, armavit, 3. 23. 3.
Armatura levis, *pro leviter armatis*, 4. 2. 49.
Armenia, 3. 11. 10. æſtuoſa, 4. 10. 9. recipitur à C. Cæſare, 4. 12. 42.
Armenia utraque, *h. e. major & minor*, 3. 5. 21.
Armenii, 3. 12. 4. triumphi, 4. 2. 8.
Arminius Germanus, 4. 12. 32.
Arracillum, *urbs*, 4. 12. 49.
Arripere in occaſionem, 4. 2. 84.
Ars bellandi, 1. 3. 2. Cilicum, 4. 2. 32. ducis, 4. 10. 2. Artem facere, h. e. nomen & auctoritatem artis indere, 3. 12. 10. *Sic Plinius*, 20. 17. *aniſum appetentiam ciborum præſtat: quando id quoque inter artificia deliciæ fecere, ex quo labor deſiit cibos poſcere.* Artes, *pro inſtitutis, moribus*, 1. 5. 2. *pro genere & modo vivendi*, 1. 6. 3. *pro fraudibus, inventis callidis*, 4. 4. 2. ARTIBUS ſuis hoſtem aggredi, 3. 1. 10.
Arſia, *fl.* 2. 5. 1.
Artabazes Ponticus, 3. 5. 1.
Artaxata, 4. 12. 44. caput Armeniæ, 3. 5. 27.
Arthoces Iberus, 3. 5. 28.
Artus humani diſſidentes, 1. 23. 2.
Arverni, 3. 2. 4: 3. 10. 20.
Aruns Tarquinius, 1. 10. 8.
Aruſini campi, 1. 18. 11.
Arx, *pro Capitolio*, 1. 26. 8: 3. 16. 6.
Arx Capitolii, 3. 21. 7. Capitolini montis, 1. 13. 13. Præneſtina, 1. 18. 24. Arx, *pro munimento, præſidio, ſic* Arx Ciliciæ Iſaurus, 3. 6. 5.

Arx

Arx & ſpecula Africæ Clypea, 2. 2. 19. *Sic apud Liv. de Ætolis*, 34. 24. 2: *Si in media Peloponneſo arcem ſibi fecerint, ſic* arx ſpei, *apud eundem*, 7. 34. 3.
Arces tres Syracuſis, 2. 6. 34.
As, *terminatio Antiquorum in accuſativis tertiæ declinationis, ut Samnitas, Acarnanas, &c.* 1. 16. 1.
Aſcendit bellum montes, 4. 12. 4. & 49.
Aſculum, 3. 18. 9. evertitur, 3. 18. 4.
Aſdrubal Carthaginienſium dux ultimus, 2. 15. 16.
Aſdrubal frater Annibalis, 2. 6. 49. vincitur a Scipionibus, 2. 17. 6.
Aſia, 3. 5. 6. a Pompeio perdomita, 3. 5. 31: 3. 10. 1. provincia Craſſi, 4. 2. 12.
Aſiatica amœnitas, 2. 11. 4. hereditas Attali regis, 3. 12. 3. Romanos corrumpit, 3. 12. 7. Aſiaticum mare, 3. 6. 50.
Aſinius Pollio, 4. 12. 11.
Aſſerere, *pro defendere, vindicare, liberare. ſic* Aſſerti a Latinis Tarquinii, 1. 11. 1. a Manlio urbs, 3. 13. 19. ab Appuleio leges Gracchanæ, 1. 16. 1. atque Livio Druſo, 3. 17 1. a Licinio Craſſo pudor Romanus, 3. 20. 12. *ſic* aſſerere ſocios, 2. 18. 6. imperium, 3. 3. 19. Senatum, 3. 17. 4. *Sic* aſſertores *dicuntur Suet. Cæſ. cap.* 80, *liberatores populi, vindices libertatis.*
Aſſueſcere, *pro aſſueſacere*, 4. 12. 43. Sueſcere *hoc modo uſurpat Tacitus*, 2. 52. 4.
Aſſuetus, *cum ablativo*, 1. 1. 7: 4. 12. 17. *ſic* Aſſuetus immoderata licentia militari. *Juſtinus*, 31. 1. 8.
Aſtringere obſidibus, 4. 12. 52.
Aſtrudes palus, 2. 12. 5.
Aſtura, *fl.* 4. 12. 54.
Aſtures, 4. 12. 46. vincuntur a Cariſio, 4. 12. 54.
Aſſumere in decus gentis, *pro adſciſcere in nomen gentis, adoptare.* 2. 15. 12. in decus *enim* gentis, *hic interpretor, non*, ut eſſet decus gentis, *ſed* ut frueretur decore, honore, gloria hujus familiæ.
Aſſurgere in ultionem, *h. e. capeſſere ultionem, accingi ultioni*, 3. 1. 10. *alibi dicit* Conſurgere, *cujus contrarium eſt* ſedere, *h. e. otioſum eſſe, quieſcere, apud Senec. in Troad. verſ.* 214. *Varronem, de re ruſtica*, 1. 2. *Liv.* 2. 12. 1. *Juven.* 10. 93. *Senec. de otio ſap.* 31. 4.
Aſylum Romuli, 1. 1. 9.
Atra imago Bruto ſe offert, 4. 7. 8.
Ateſis, *fl.* 3. 3. 12.
Athenæ, 3. 5. 8.
Athenio, 3. 19. 9.
Atquin, *pro atqui*, 4. 2. 53.
Attalus Pergamenus, 2. 7. 8.
Attalus prioris nepos, 2. 20. 2: 3. 12. 3. Attali hereditas. *Vide* H.
Atterere hoſtem, *ſenſim debilitare, & conſumere*, 3. 22. 5. *Sic* Att. Patrimonium *eſt in Suet. Aug.* 40. 2. Atteri operibus, 2. 18. 10.
Attici, 2. 9. 3.
M. Attilius Regulus, 2. 2. 17.
Attius Navius, 1. 5. 2.
Attonitus, 2. 12. 13. *Explicat vim hujus verbi Seneca, Nat. quæſt.* 2. 27. *quo* (*tonitru*) *edito concidunt homines & exanimantur: quidam vero vivi ſtupent, & in totum ſibi excidunt, quos vocamus* attonitos, *quorum mentes ſonus ille cœleſtis loco pepulit.* Ovidius de Ponto, 1. 7. 12:
Nam fuit attonito mens mihi nulla diu.
Attrectare terminos alienos, 3. 5. 3.
Avaricum *urbs*, 3. 10. 23.
Avaritia Romana, 3. 5. 18. Rom. equitum, 3. 5. 9.
Auctor belli, *pro ſuaſore*, 4. 2. 60: 1. 9. 1. *pro cauſſa*: *ſic* Auctor cladis, 2. 6. 7. *pro eo qui aliquid dicit, narrat*, 1. 16. 12.
Auctoritas Menenii, 1. 23. 1. Senatus, 1. 1. 15. *minus eſt, quam poteſtas.* Curtius, 6. 8. 25. *Nihil poteſtas regum valebat, niſi prius valuiſſet auctoritas, h. e. perſuadere prius debebant populo, juſte puniri reum; tum exercere poteſtatem ſuam. Non abſimiliter Sulpicius Severus, lib. 2. hiſtoriæ ſacræ*: poteſtate *regis uſuri, ubi* auctoritate *ſua parum* valuiſſent. *Sic Cicero, offic.* 3. 27: *Cujus cum* valuiſſet auctoritas.
Auctiores opes, 4. 2. 10.
Aucupari favorem, *pro captare, quo modo &* venari *dicunt*, 3. 13. 1.
Audentior, 1. 8. 2.
Audere eruptiones, 3. 10. 25. *Ita ſæpiſſime Tacitus.* Audet aliquid fortuna contra Cæſarem, 4. 2. 30.

Digitized by Google

Aventinus, *mons*, 1. 1. 6: 1. 24. 3: 3. 15. 5.

Aves ſanguine aſſuetæ, *h. e. vultures*, 1. 1. 7.

Aves victoriam promittunt, 4. 7. 9.

Auferre caput, *pro demere, abſcindere*, 4. 7. 13. fugam, *pro impedire, obſtruere*, 2. 10. 3 in diverſum, *h. e. aliud perſuadere, alio impellere*, 2. 6. 20. Auferre, *pro eximere, ſubducere. ſic* matura mors Druſum, 3. 17. 9. virtus Horatium abſtulit, 1. 3. 5. *h. e. eripuit, pœna parricidii liberavit.*

Aufidus, *fl.* 2. 6. 18.

Auguratus ſacer Romanis, 1. 5. 4. *Val. Max.* 3. 2. 1 *Apud antiquos non ſolum publice, ſed & privatim, nihil gerebatur, niſi auſpicio prius ſumpto.*

Augurio experiri aliquid, *h. e. ea de re aves conſulere*, 1. 3. 3. Aug. ſummus, *h. e. præſtantiſſimus augur.* 1. 3. 2. victor, *pro eo, qui melius auſpicium nactus eſt.* 1. 1. 7.

Augures, 1. 2. 2.

Auguſtus, *præfat.* 1, & 7: 3. 12. 3. mortem patris [*adoptivi, nempe Cæſaris*] ulciſcitur, 4. 2. 3. Hiſpaniam perdomat, 2. 17. 5. ordinat imperii corpus, 4. 3. 5. vincit Antonium ad Mutinam, 4. 4. 4. ad Peruſiam, 4. 5. 3. ad Actium, 4. 11. Cantabros, 4. 12. 48. contra Caſſium & Brutum proficiſcitur, 4. 7. 5. triumphum contemnit, 4. 12. 53. Janum claudit, 4. 12. 64. Auguſti caſtra capta, 4. 7. 10. nomen quid ſignificet, 4. 12. 66. *Auſonius in gratiarum actione: Gratianus virtute victor: Auguſtus ſanctitate, &c. Græcis eſt* σεβαςὸς, *h. e. ſanctus, & numinis inſtar colendus.* Pauſanias in Laconicis. Αὔγυςος κατὰ γλῶτταν δύναται τ᾽ Ἑλλήνων. Σεβαςός.

AUGUSTIOR periculo imperator, 4. 12. 7. Auguſtiore forma viſus Romulus, 1. 1. 18.

Aureus currus triumphantium, 1. 5. 6. lectulus, 3. 5. 28. torques, 1. 13. 20. Aurei anni, 2. 19. 2: 3. 12. 2. Aurea effigies Oceani in triumpho Cæſaris, 4. 2. 88. lorica Ptolemæi, 4. 2. 60. puppis Cleopatræ, 4. 11. 8. Aureum baculum, 4. 11. 3. cœlum, 3. 5. 30. mare, 3. 6. 30. trophæum, 2. 4. 4. Aurea arma, 1. 16. 7. tentoria, 2. 8. 9.

Aurum in uſum armorum conflatum, 2. 15. 10. avaris in os infuſum, 3. 11. 11. in ſignis Parthorum, 3. 11. 8. Aurum privatum in medium collatum, 2. 6. 24. AURUM quam ferrum fortius, 3. 1. 7. Aurum Parthicum. 3. 11. 2. Aurum ex præda eligunt Suevi, 4. 12. 24. Aurum venis repurgare, 4. 12. 12. Auro fulgentes elephanti, 2. 8. 16. penſatum caput Gracchi, 3. 15. 6.

Aurifera regio, 4. 12. 60.

Aurigonæ, 4. 12. 47.

Auſpicari (*pro inchoare*), tranſmarinos triumphos, 1. 18. 1. urbem, 1. 1. 6. *vide Indicem Juſtinianum.*

Auſpicium, *pro omine*, 2. 2. 7.

Auſpicia contemnit Claudius, non impune, 2. 2. 29.

Antronii, 4. 1. 3.

Auxilia, *pro propriis viribus*, 2. 8. 15. *Sic & Juſtinus. & Cæſ. de B. Civ.* 3. 106. Auxilii quondam præſtiti memoria, delinquentibus ignoſcitur, 2. 9. 3. in auxilium mittere, 1. 3. 6.

Auxima, *urbs*, 3. 22. 9.

B.

BAculum, 4. 11. 3. & Baculus, *pro ſceptro, geſtamine regio*, 3. 19. 10.

M. Bæbius Tamphilius Ligures vincit, 2. 3. 5.

M. Bæbius, *Appiano* Βέβιος, uncis trahitur, 3. 21. 15.

Bæbius ritu ferarum inter manus laceratus, 3. 21. 26.

Bagrada, *fl.* 4. 2. 70. *alibi eſt* Bragada.

Baiæ, *urbs*, 1. 16. 4: 2. 6. 22.

Baleares *unde dicti*, 3. 8. *in notis*. Bal. inſulæ, 3. 22. 2. vincuntur, 3. 8.

Balearicus *Metelli cognomen a victis Balear.* 3. 8. 1.

Balearicum bellum, 3. 8. fretum, 3. 6. 9.

Balſami ſilvæ, 3. 5. 29.

in Baltei latebris aquilam abſcondit ſignifer, 4. 12. 38.

Baltea non ſolvere, votum, 2. 4. 3.

Barbaries Sarmatarum, 4. 12. 20.

Barbari barbarorum Myſi, 4. 12. 13. Barb. jure non agunt, 1. 13. 6. Barbaris

Digitized by Google

baris ſolita temeritas, 4. 12: 54. Barbari Romani, 1. 2. 4. Barbari *dicebantur Græcis omnes aliæ gentes, etiam moribus legibusque cultiſſimæ. Vide Strabonem fine lib. 1. & med. lib. 14. Cato apud Plinium*, 29. 1: *Nos quoque Græci* Barbaros *dictitant.*

Baſilius, 4. 2. 32.

Belgæ, 3. 10. 4.

Belgica, *urbs*, 4. 12. 49.

Bellatrix Hiſpania, 2. 6. 38.

Bellica nomina, *h. e. bello quæſita*, 3. 8. 1.

Bellua, *pro elephante*, 1. 18. 10. *Vide Ind. Curt.*

Bellum Latinum, Gallicum, *& ſimilia, vide ſuis quæque locis.* Bellum hereditarium: *quod a vivente conflatum, poſt mortem ejus, velut hereditate relictum, geritur*, 3. 17. 2. hoſtile, *quod opponitur*, civili, 3. 22. 1. navale, 1. 11. 10: 3. 10. 5. privatum, *quod privatis copiis geritur*, 1. 12. 1. pluſquam Bellum, 4. 2. 4. Bellum ante finitum, quam geri nuntiaretur, 2. 13. 2. Bellum aſcendit montes, 4. 12. 4, & 49. creſcit. 4. 2. 66. navigat, 2. 2. 17. *Sic Cicero pro l. Manilia, cap. 12. quam celeriter Cn. Pompeio duce* belli impetus navigavit? *Salvianus, lib. 6. pag. 196. navigare per fluctus bella cœperunt.* ſerpit in proximos, 2. 9. 4. Belli ars, 1. 3. 2. contagium, 1. 9. 8: 1. 15. 1: 2. 13. 1: 2. 18. 5. fons, 3. 6. 12. impetus, 3. 5. 6. incendia, 2. 17. 2: 3. 5. 13. ruina, 2. 11. 1: 2. 12. 1. ſpectaculum, 1. 11. 4: 1. 18. 8. ſubita, 1. 1. 15. turbo, *vide* T. Belli metu in bellum incidere, 4. 2. 23. Bello venienti occurrere, 4. 11. 4. Bellum committere, profligare, conficere, *quid differant*, 2. 15. 2. in compendium mittere, 1. 3. 3. patrare, *h. e. conficere*, 2. 15. 1. Bello quaſi tempeſtate præcluſum mare, 3. 6. 1. Bello promptus, 1. 5. 5. Bello quidam boni, pace mali, 3. 5. Bella externa, & motus domeſticos, ſeparatim perſequitur Florus, 3. 12. 14. Bellum, *pro prælio*, 4. 2. 47: 1. 18. 8.

Belli cauſſæ. *vide* C.

Beneficiorum quoque potentia gravis liberis, 4. 2. 92.

Beſtiarum morientium merſus quam-maxime mortiferi, 2. 15. 13.

Bibere in oſſibus capitum, 3. 4. 2.

Biceps civitas, 3. 17. 3.

Bithynia, 3. 5. 6. recipitur a Nicomede, 3. 5. 12.

Bithynicus, 3. 5. 3.

Bituitus *Gallus*, 3. 2. 5.

Bituriges, 3. 10. 20.

Bocchus *Maurus*, 3. 1. 15.

Bœotia, 3. 5. 11.

Boiorix *Cimber*, 3. 3. 18. *Hoc nomen reperitur etiam apud Livium*, 34. 45. 4. *de regulo Boio.*

Bomilcaris Adherbal, *ſubaudi filius*, 2. 6. 19. *Græciſmi hujus, etiam noſtratibus uſitati, complura apud Latinos exempla.*

Bonis gravior crudelitate ſuperbia, 1. 7. 4. Bona fide, *h. e. omnino, exacte*, 2. 2. 1. *ita* bona fide quieſcunt arma, 2. 3. 1. *male explicat Alb. Gentilis de arm. Rom.* 2. 11. *ſic noſter utitur vocabulo* fideliter, 3. 5. 14. *Ita Seneca. epiſt.* 85. *Nunquam* bona fide *manſueſcunt vitia.* Bona regia diripiunt Romani, 1. 9. 1. Bonorum meorum heres eſto; *formula inſtitutionis*; 2. 20. 2.

Bonna, 4. 12. 26.

Bononia, 4. 6. 3.

ad Boves redire, *h. e. agriculturam*, 1. 11. 14.

Boſphorus, 3. 5. 25.

Bovillæ, 1. 11. 6.

Bragada, *fl.* 2. 2. 20. *alibi eſt* Bagrada.

Brennus, 2. 11. 3.

Brenni *pop.* 4. 12. 4.

Βρεττία, 1. 16 1.

Britannia, 3. 10. 2. ante Romanos aliis gentibus cognita, 3. 10. 1.

Britanni, 3. 12. 4. vincuntur a Cæſare, 3. 19. 16. *&c.*

Britomarus Inſuber, 3. 4. 3.

Brundiſium, 4. 2. 37. Sallentinorum caput, 1. 20. 1. obſidetur a Cæſare, 4. 2. 19. a Brundiſio trajectus in Græciam, 4. 11. 4.

Bruttius, *h. e. Bruttii. Vide* Singularis pro plurali, Bruttius angulus, 3. 20. 13.

Brutus *Decimus Junius* Hiſpanos vincit, 2. 27. 12.

Brutus *Decimus Junius* obſidetur ab Antonio, 4. 4. 3.

Brutus *Decimus Junius* Maſſiliam capit, 4 2, 5.

Brutus *L. Junius cos. Præfat.* 6: 1. 9. 1. libe-

Digitized by Google

liberos punit, 1. 9. 5. occumbit, 1. 16. 8. Bruti nomen unde, 1. 9. 1.
Brutus *M. Junius* Cæſarem interficit, 4. 2. 93. Bruti mors, 4. 7. 14.
Bullæ ſenatorum, 2. 6. 24. bullæ puerorum, *ſunt apud Plinium*, 33. 1. 4.

C.

CAdaveribus agger effectus, 4. 2. 85. pons factus, 2. 6. 18. victitatum in fame, 2. 18. 14.
Cadere aliorſum, *h. e. alium exitum nanciſci*, 2. 4. 7.
CÆDES etiam juſta, non debet eſſe multa, 4. 6. 6.
Cælum quaſi ardere viſum ex ſplendore galearum, 3. 3. 15. Cæli annua converſio, 4. 3. 8. Cælum ipſum aſcendere gloria, 2. 19. 3. *Sic Daphnis Virgilianus* uſque ad ſidera notus, *Ecl.* 5. 43. Cælo miſſa haſta, 2. 17. 14. a Cælo venientes hoſtes, 2. 12. 4. menſis in Cælo, 4. 2. 91. Cælum, *pro temperie, aëre. ſic* Cælum atrox, 3. 2. 2. molle, 1. 16. 4: 4. 12. 27. CÆLI ſolique clementia robur elanguet, 3. 3. 13. Cæli ſubita mutatio pro peſtilentia, 4. 10. 9. ab alio venire Cælo, 4. 12. 26.
Cælum aureum, 3. 5. 30.
Cæleſtes minæ, *h. e. prodigia in cælo viſa*, 2. 8. 3.
Cæninenſes, 1. 1. 11.
Cæpio *Q. Servilius* vincitur a Cimbris, 3. 3. 4.
Cæpio *Q. Servilius* vincitur a ſociis, 3. 18. 12.
Cæpio Pompeii legatus, 3. 6. 10.
Cærimoniæ Deorum, 1. 2. 2. Syriæ deæ, 3. 19. 4.
Cæſar *C. Julius*, 3. 12. 13. vincit Britannos, 3. 10. 16. Gallos, 3. 10. 2, & 20. Germanos, 3. 10. 10. Pompeium, 4. 2. 47. Ægyptios, 4. 2. 60. Pharnacem, 4. 2. 63. Scipionem & Jubam, 4. 2. 67 Pompeii filium, 4. 2. 78. Rhenum bis trajecit, 3. 10. 15: 4. 12. 22. triumphat, 4. 2. 88. occiditur, 4. 2. 95. quaſi Tarquinius regno depulſus, 4. 7. 1. Cæſaris animus & eloquentia, 4. 2. 10. ſententia de Catilinæ ſociis, 4. 1. 10. cum Pompeio & Craſſo triumviratus, 4. 2. 10. vox ad gubernatorem, 4. 2. 37. ad milites, 4. 2. 50.
Cæſar Octavianus. *Vide* Auguſtus.
C. & L. Cæſares fratres occiduntur, 3. 21. 14.
C. & L. Cæſares Auguſti nepotes, 4. 12. 42.
Cæſar *L. Julius* cos. 3. 18. 4. vincitur a ſociis, 3. 18. 12.
L. Cæſar avunculus Antonii proſcribitur, 4. 6. 4.
ad Cæſares imperium Romanum transfert fortuna, 4. 3. 7.
Caieta, *portus*, 1. 16. 4.
Calabria, 1. 18. 2.
Calaguris, *urbs*, 3. 22. 9.
CALAMITAS augetur ludibrio, 3. 20. 2. in experimentum illata divinitus, 1. 13. 3. CALAMITATIBUS magnitudo virtutis approbatur, 1. 13. 8: 2. 2. 22.
Calatinus *A. Attilius*, dictator, 2. 2. 12. *A.* Calatia, *qua hodie* Galazzo, Sueyro in verſione Velleii.
Calendis Januariis conſulatus initus, 3. 21. 17.
Calidonius ſaltus, 1. 17. 3. Calidoniæ ſilvæ, 3. 10. 18.
Calliditas Thracum, 3. 4. 3.
Callidus *pro prudente, ſollerte*, 1. 3. 7: 4. 2. 84. *Sic apud Salluſt. de Rep.* 2. 1. *Neque de futuro quiſquam ſatis* callidus, *ſatiſque* prudens *ſit*. & ibid. num. 61, *magis malus, quam* callidus, *ingenio. & num.* 72, *patres conſilio valere decet: populo ſupervacanea eſt* calliditas. Callidum genus Aquitani, 3. 10. 6. Callidiſſimus rex Jugurtha, 3. 1. 2.
Calones ab exercitu remoti, 2. 18. 10.
Calor militum in præliando, 3. 10. 13.
Calpurnius Beſtia cos. 3. 1. 7.
Calpurnius Flamma, 2. 2. 13. *ejus hiſtoriam ita ſcribi velim*: occupavit: adeoque moratus hoſtem, dum exercitus omnis evaderet, pulcerrimo exitu, *&c.*
Camerinenſes, 2. 2. 13.
Camillus *M. Furius*, 1. 22. 4. Gallos cædit, 1. 13. 17. ejus factum egregium, 1. 12. 5.
Campania, 1. 16. 3. occupatur ab Annibale, 2. 6. 21, & 29. contra Urbem conſurgit, 3. 18. 5. vaſtatur a gladiatoribus, 3. 19. 5.

a Lam-

Digitized by Google

I N D E X.

a Lamponio & Teleſino, 3. 21. 22.

Campani, 1. 16. 2.

Campus Martius, 1. 9. 1. Raudius, 3. 3. 14. Campi Aruſini, 1. 18. 11. Philippici, 4. 2. 43.

Cannæ, 2. 6. 15. Annibalis, Capua, 2. 6. 21.

Cannenſis dies, 4. 12. 35.

Canere dicuntur poëtæ, 2. 19. 8. præcones, 2. 7. 14. Clamare *vocat Plautus, prol. Pœnuli.* ſigna; *forte quia tubæ & litui, quibus canitur claſſicum, ad ſigna erant. Vide Lipſium de M. R.* 4. 3. *ſic* cecinerunt ſigna, 3. 18. 10: 4. 2. 66. *ita finit epigramma Auguſti, quod ſolum ſupereſt*; ſigna canant. *Virg. Æn.* 10. 310. Signa canunt ——. *Livius*, 7. 40. 9. *Iſthinc*, ſigna canent.

Cantabri, 4. 12. 46.

Cantabria, 4. 12. 48.

Cantus modulatiſſimus, 2. 7. 15.

Canuleius *C.* Trib. pl. 1. 25.

Capere, *pro occupare. ſic* Capere caſtra, 1. 11. 12. claſſem, 1. 11. 10. locum, 4. 1. 12. oppidum, 1. 11. 9. *pro comprehendendæ continendæque rei ſufficere. ita* non Capere fidem alicujus rei, *vix poſſe credere*, 1. 9. 3. *quomodo Livius*, 9. 9. 15. Somnio lætiore quam quod mentes eorum capere poſſent. & 33. 18. 5. *Majus gaudium fuit, quam quod univerſum homines* caperent. *Appuleius, lib.* 11. *animo meo tam repentinum, tamque magnum, non* capiente gaudium. *Marcellinus*, 17. 2. *vix* indignationem capientibus *animis*. quaſi fortuna tanti imperii non caperet duos, 4. 2. 14. *h. e. quaſi non ſufficeret duobus.* Capere impetus, recurſus, *pro facere, peragere*, 4. 11. 6. Ceperat, *pro* cepiſſet, 4. 2. 20.

Capitolium ſedes Jovis, 1. 13. 3: 7. 21. 16. perfugium ſeditioſorum, *ut* Appuleii, 3. 16. 5. Gracchorum, 5. 14. 4: 3. 15. 4. Marianorum, 3. 21. 7. percuſſorum Cæſaris, 4. 7. 2. ſervorum, 3. 19. 2. dictum a capite Toli, 1. 7. 8. *Sic apud Strabonem, lib.* 8. *pag.* 260. *locus eſt ab Euryſthei capite*, Εὐρυσθέως κεφαλή.

Cappadocia, 3. 5. 12. acquiſita, 3. 12. 4. in partibus Pompeii, 4. 2. 5. Cappadociæ nives, 4. 10. 9.

Capreæ palus, 1. 1. 16. Capra, & Caprea, idem, 1. 1. 16.

Capſa, *urbs*, 3. 1. 14.

Captare, *per illecebras aliasve artes aliquid venari, ſeu petere*, 4. 2. 61. Captare aliud ex alio, 3. 17. 2.

Captivitas Africæ, 2. 6. 8. Captivitatis ſenſus elephantis, 1. 18. 28.

Captivus Oceanus, 4. 2. 88. Captivi ſine pretio reſtituti, 1. 18. 15. Sic *aſtutus ille Annibal ſocios Rom. captos dimiſit, ut ſibi civitates ſuas populosque conciliarent. quod & poſtea in Hiſpania imitatus eſt Scipio, & Nicomede victo Mithridates.* Captivos ex præda eligunt Sicambri, 4. 12. 24.

Captus ponte, quaſi jugo, Rhenus, 3. 10. 15.

Caput Antonii in Marii menſis expoſitum, 3. 21. 14. Aſdrubalis, ante Annibalis caſtra projectum; 2. 6. 53. Ciceronis, in roſtris poſitum, 4. 6. 5. Craſſi, ad regem Parthorum relatum, 3. 11. 11. C. Gracchi, percuſſoribus auro penſatum, 3. 15. 6. humanum, in fundamentis Capitolii inventum, 7. 18. 1. Pacori, circumlatum, 4. 9. 7. Exempla ſimilia vide apud Elmacin. pag. 256. 262. & paſſim. Appian. in XII, pag. 101. 105. Hiſt. Arab. Toletani, cap. XVIII, cap. XXXV. Joſeph. 13. 8. Pauſan. pag. 128. 50. Item de capite *Maxentii* in Zoſimo, lib. II. *Avidii Caſſii*, apud Vulcat. Gallic. cap. VIII. Caput auferendum præbet Caſſius, 4. 7. 13. *fortaſſis ne in agnitum cadaver contumelioſius conſuleretur: qua mente Antonius etiam Rhamnum libertum juramento adegit, ut ad primum juſſum ſuum caput ſibi adimeret. Apud Appian. in Parth. pag.* 167. *Adde Othonis exemplum, apud Tacit. H.* 2. 49. 8. Caput manu tangens, ſpeciem diadema poſcentis præbet, 3. 16. 7. circa Caput Servii flamma viſa. 1. 6. 2. Capite velato Manibus ſe devovet Decius, 1. 14. 2. Capite obtrito cauda minantur angues, 3. 5. 24. Capita hoſtium ad imperatorem relata aut alias circumlata, 4. 9. 7. proſcriptorum pro roſtris expoſita, 3. 21. 14: 4. 6. 5. in Capitum oſſibus bibere, 3. 4. 2.

De inimiciſſimorum capitibus hoc faciunt Scythæ; ut quiſque illud quod eſt infra ſupercilia reciſum, prorſus excutiat: & crudo tantum bovis corio, ſi pauper ſit; ſin dives, non modo exterius inducat bovino corio, verum etiam interius inauret, & ſic uterque pro poculo utatur. *Herodotus*, 4. 65. *Sic capite Nicephori potitus, os cranii nudatum argento Crumus incluſit, juſſitque principes Bulgarorum ex eo bibere. Cedrenus, pag.* 396. *exemplum Stoſlai, quod &* 4. 9. 7. *poſuimus, paullo aliter recenſet Camerarius, ſubciſiv.* 2. 50.

Caput, *pro eo quod eminet, principem locum tenet. ſic inter urbes eſt metropolis, ut* Caput Achaiæ Corinthus, 2. 16. 1. Armeniæ Artaxata, 3. 5. 27. Campaniæ Capua, 1. 16. 6. Latii Alba, 1. 1. 4. Numidiæ Zama, Thala, *&c.* 3. 1. 11. Picentium Aſculum, 1. 19. 2. Siciliæ Syracuſæ, 2. 2. 33. terrarum Roma, 1. 7. 8. *Idem eſt dicere* Caput gentis, *ut* 2. 13. 2. Caput belli, *pro loco unde bellum incipit, & inſtauratur,* 1. 18. 1. 2. 2. 21: 3. 10. 23. *Plurima hoc genus exempla occurrunt paſſim apud auctores.* Caput, *pro vita. ſic* devotum Manibus Caput Decii, 1 17. 7.

Capita papaverum, *pro illorum calycibus, quod formam capitis & ſitu & rotunditate referant,* 1. 7. 7. *quamvis & aliis in rebus Caput pro extremitate rei ponatur. ut* Capita arborum, *Cæſar de bel. civ.* 2. 9. capita tignorum, *Seneca Troad.* Caput vitis, *Columella,* 3. 10. molis, *Curtius,* 4. 2. 23. Capita loramentorum, *Juſtinus,* 11. 7. 16.

Capite cenſi, 3. 1. 13. *Hi quod infima ſortis eſſent.* Capite cenſos *ex eo vocat omnes homines Arnobius, lib.* 2. *pag.* 80. *quod nempe ad divinam naturam, ut ordines primos, collati, nihil omnino valeant, & viliſſimi ſint.*

Capua, *urbs,* 1. 16. 6: 3. 20. 5: 3. 21. 19. Annibalis Cannæ, 2. 6. 21. recipitur a Romanis, 2. 6. 42. Capuæ opes, 2. 18. 1.

Carala, *urbs,* 2. 2. 16. *quæ &* Caralis, 2. 6. 35.

Carbo, Lucanos vincit, 3. 18. 13.

Carbo, *Cn. Papirius,* Marianarum partium dux, 3. 21. 13. cos. 3. 21. 20. occiditur, 3. 21. 26.

Carceris ſupplicium, 2. 2. 25. in Carcere ſtrangulati Catilinæ ſocii, 4. 1. 10.

Cardo, *Juſtinus,* 42, 3. 2, plagam cœli *vocat*; 4. 12. 4.

Cariſius, 4. 12. 55.

Carnutes, 3. 10. 20.

Carnis uſus ignotus Cimbris, 3. 3. 13. Carne ſemicruda veſcuntur Numantini, 2. 18. 12.

Carpentum Bituiti argenteum, 3. 2. 5. Carpento vecta Tullia, 1. 7. 3. Carpenta Britannorum, 3. 10. 17. Cimbrorum, 3. 3. 16. Gallorum, 1. 18. 26.

Carræ, *urbs,* 1. 11. 8: 3. 11. 18.

Carrago, munimentum ex plauſtris, 3. 3. 16.

Carſeoli, *urbs,* 3. 18. 11.

Carthaginienſis, 2. 2. 13.

Carthago, 1. 16. 6. obſidetur a Regulo, 2. 2. 21. a Scipione, 2. 6. 56. deletur, 2. 15. a regina condita, 2. 15. 17. Carthaginis excidium, 3. 12. 3. incendia, 2. 15. 18. opes, 2. 18. 1.

Caſa paſtoria, 1. 1. 3. Caſæ paſtorum in veteri Roma, 1. 13. 18.

Caſpi, *pop.* 3. 5. 21.

Caſſius *L.* legatus contra Mithridatem, 3. 5. 3.

C. Caſſius vincitur a Spartaco, 3. 20. 10.

Caſſius *C.* Cæſarem interficit, 4. 2. 93. Caſſii caſtra capta, 4. 7. 10. mors, 4. 7. 13. Caſſius & Brutus Parthos in auxilium ſollicitant, 4. 9. 3.

Caſtella XVIII a Cæſare extructa in obſidione Gergoviæ, 3. 10. 25. L a Druſo ad fluvios Germaniæ, 4. 12. 26. Caſtellorum ſpecie naves, 4. 11. 5.

Caſtigat furorem civium Oceanus, 4. 2. 75. *Sic Livius,* 39. 25. 11. *equum tenacem frenis aſperioribus caſtigare.*

Caſtigata naufragio claſſis, 3. 10. 17.

Caſtores viſi, 1. 11. 4: 2. 12. 16: 3. 3. 20.

Caſtra capta, ultimum belli dedecus, 3. 19. 7. Caſtra hoſtium combuſta, 2. 6. 56. direpta, 3. 10. 8. Caſtris aliquem exuere, 2. 7. 9: 3. 3. 4.

Caſtrenſis claſſis, 2. 2. 35.

Caſus dat exitum, quem datura vir-

tus

tus fuit, 1. 18. 11. quodam caſu, quaſi induſtria, 2. 8. 1.

Catenas plures, quam arma, in navibus portat Antonius, 3. 7. 2. Catenas alicui dare, *pro in catenas aliquem dare*, 3. 5. 30. Catenas morſu tentant Gallogræci, 2. 11. 6. Thraces, 4. 12. 17. Catenis religare, 3. 19. 8. in Catenis ducere, 2. 18. 17.

Catenati cultores agrorum, *h. e. ſervi ergaſtularii*, 3. 19. 3.

Catilina, 3. 12. 12. interficitur, 4. 1. 12.

Catilinarium bellum, 4. 1.

Cato Cenſorius Celtiberos vincit, 2. 17. 9. excidium Carthaginis urget, 2. 15. 4.

Cato *C. Porcius* vincitur a Thracibus, 3. 4. 4.

Cato vincit Etruſcos, 3. 18. 13.

Cato *Uticenſis*, 4. 1. 10. adverſus potentes ſemper obliquus, 4. 2. 9. Pompeianarum partium dux, 4. 2. 65. mortem ſibi conſciſcit, 4. 2. 70.

Catti, 4. 12. 23.

Catulus *Q. Lutatius* ignis hauſtu moritur, 3. 2. 15.

Catuli luporum, 1. 1. 3. *Sic in eadem hiſtoria Juſtinus*, 43. 2. 5.

Caucaſus, *mons*, 3. 4. 6: 3. 5. 28.

Caudex cognomen Claudiorum, 2. 2. 5.

Caudinæ furculæ, 1. 16. 9. Caudinum fœdus, 2. 18. 7.

Cavelani reges, 3. 10. 18.

Ducis artes, 4.10.2, Ducis inopia intercidunt conſilia, 4.7.2. Duci ſæpe cum ſuo milite, quam hoſte, acrius præliandum, 2.18.9. ſub bono Duce magis apparet boni militis vigor, 3.22.3. Ducum bonorum effectus, 2.17.13. Ducum maximi, Scipio, & Annibal, 2.6.58. Duces, *pro auctoribus, concitoribus*, 1.9.1. *ſic* Duces factionis, 3.6.6. *pro principibus, primariis. ſic* Dux legationis, 2.6.7. quod aliis eſt *caput*, aut *princeps*. Vide Liv. 34.56.6: 42.6.4. Sall. Jug. cap. XVI. Dux *in feminino genere*, Dux fugæ regina, 4.11.8. *Sic apud Cicer.*, *de nat. deorum*, 2.41. dux nocturna. *apud Livium* Clœlia dux agminis virginum, *lib. II. apud Ovid. in epiſt. Paridis*, *verſu* 114. ſponſor dea. *apud Juſtinum*, auctor urbs, *&* capra. *Sic lego apud Senecam, Medea, verſu* 979,

—— Ut ipſam ſceleris auctorem
horridi Capiamus ——.

Dyrrachium, *urbs*, 4.2.40.

E.

EBurones, *pop.* 3.10.7.

Ebur curule, 1.5.5.

Ecce jam, 4.2.10. *Videtur æquivalere Gallico Voire. Sic apud Auctorem dialogi de oratoribus*, 4.3. circa Medeam, ecce nunc circa Thyeſtem. *Sic apud Plautum eſt* eccere, *Menæchm.* 2.3.50. *& Trinummo*, 2.2.115.

Edicta crudeliſſima, Mithridatis, 3.5.7. Syllæ, 3.21.25.

Efferre ſe, *pro ſurgere, ſe erigere*. Efferre ſe

Digitized by Google

re ſe altius & incivilius, 1. 26. 8. *Tacito*, 1. 12. 6. *eſt* pluſquam civilia agitare.

Efferus, *admodum ferus*, 4. 12. 12. Effera gens, 4. 12. 48.

Efficax ad concordiam, 1. 23. 2. ad victoriam, 4. 2. 50. EFFICAX apud pares ſtoliditas, 4. 12. 16. EFFICACIOR fortuna, quam virtus, 4. 7. 11.

Effectus eſt agger, *pro confectus eſt, extructus eſt*, 4. 2. 85.

Efflagitare mortem ab aliquo, 4. 10. 10.

Efflare, quod moriens efflavit, 4. 7. 11. *Videtur ſingulariter uſus hoc verbo auctor, quaſi voluiſſet dicere, ſimul cum anima vocem hanc exſpiraſſe Brutum. Ferme ut ille apud Papinium*, Theb. 5. 588. Implorantem animam dominis aſſibilat aris.

EGESTAS ex opulentia, 3. 12. 12.

Elanguet robur, *h. e. languendo evaneſcit*, 3. 3. 11.

Elapſa cuſtodiam, 1. 10. 7. *Sic Tacitus*, 6. 61. 7. pugnam & vincula elapſi. *Sueton. ms. Torrentii, Auguſto*, 14. 4. qui oppidum eruperant.

Elata montibus ſuis Roma, 3. 3. 21.

Elegantia Tarquinii, 1. 5. 1. *De hoc vocabulo diſputat Agellius.*

Elephanti, 1. 18. 6. dubium auxilii genus, 1. 18. 13. auro, purpura, argento ornati, 2. 8. 16. gentibus Tranſalpinis maximus terror, 3. 2. 5. ſubito clangore conſternati, 4. 2. 67. ab Indis Auguſto oblati, 4. 12. 62. Elephanti & militis pugna, 1. 18. 9. Elephantorum captorum ingens numerus, 2. 2. 28.

ex Elementis variis unum corpus, 1. 1. 9.

Elidere infantes, *pro enecare*, 3. 3. 17.

Elis, *urbs*, 2. 16. 3.

Eloquentia allevatur Cæſar, 4. 2. 10. *Lege Dialogum de Oratoribus.*

Emanabat, *pro emanaſſet*, 1. 9. 5. *Sic alibi* erat *pro fuiſſet*, redierat, *pro rediiſſet.*

Emere exercitum, *h. e. pecunia corrumpere*, 3. 1. 9. Emere pacem, 3. 1. 7.

Emergit indicium ſceleris, 4. 1. 6.

Emerſus per invios tumulos, 3. 10. 22.

Emicare, *ſubito exoriri, cum impetu excurrere*, 1. 18. 4. *pro effulgere, excellere*, 4. 2. 40.

Eminari, 2. 12. 7.

Eminentiſſimus mons, *pro altiſſimo*, 4. 12. 49. Eminentes ædes, *h. e. excelſo loco poſitæ*, 1. 9. 4. Eminentia papaverum capta decutit Tarquinius, 1. 7. 6. *Simili allegoria Apollonius apud Philoſtratum, lib. 5. ad Veſpaſianum* : Eminentiores ſpicas non amputato : injuſta enim eſt in hoc Ariſtotelis ratio.

Enata quaſi claſſis, *de inexpectata, & quæ, unde tam ſubito prodiret, ignorabatur*, 2. 15. 4.

Enimvero, *pro ſed*, 2. 7. 10.

Enna, *urbs*, 3. 19. 8.

Eo inſolentiæ, 1. 24. 3. neceſſitatum, 2. 18. 12. veſaniæ, 3. 16. 3.

Epheſii, 2. 8. 13.

Epirus, 1. 18. 3. ſedes belli civilis, 4. 2. 6, & 35. in Epiro caſtra Auguſti, 4. 11. 4.

Epiſtolæ notare nomen, *ſubſcribere nomen epiſtolæ*, 2. 12. 10.

Epulis explentur morituri, 2. 18. 12. 4. 2. 69. 4. 12. 50.

Equeſtris dignitas. *Vide* D. ordo, 3. 13. 3. Equeſtris prælii more. *Vide* Naves equi marini.

Eques, *pro equitibus*, 2. 6. 13. *Vide* Singularis pro plurali. Equites frenos exuunt, ut acrius incurrant, 1. 11. 3. judicia penes Equites, 3. 12. 9: 3. 13. 4: 3. 17. 3.

Equitare flumen, 3. 4. 5. per flumen, 3. 4. 5.

Equitatus Maurorum, 4. 2. 34. Parthicus, 4. 9. 5.

Equitatus *plurali numero*, 3. 11. 8.

Equum ablegat Cæſar, 4. 2. 82. Equi immolati, 4. 12. 15. triumphantium albi, 1. 5. 6. *Sic intelligo Plautum, Aſin.* 2. 2. 13. *legoque* ; quadrigas albas, *certe ante triumphi mentionem fecit ; & perſtat in eadem allegoria a re bellica petita* : Herum in obſidione linquet, &c. *Minus igitur recte Godelevæus Livium*, 5. 28. 1. *explicat, quaſi vitio datum fuerit Camillo, quod albis equis vectus ſit in triumpho. nam mens eſt Livio, non detrectare triumphum ejus, ſed comparare gloriam eam, quam in Faliſcis tanta fide & juſtitia pepererat, cum triumpho, quem alibi fortibus facta : Nihil igitur aliud eſt,* quam cum triumphantem albi per urbem vexerant equi ; *ac ſi dixiſſet*, quam cum triumphavit. *Sic*

Sic enim circumloquuntur triumphum & alii. Poëtæ inprimis. Ovidius, de arte, 1. 213. *Statius, Thebaïd.* 12. 542. *Vide Servium ad Virg. Æn.* 4. 543. *Pro Godelevæi tamen expoſitione diſerte faciunt Auct. de Vir. Illuſtrib. & Dio, lib. LII. pag.* 541. *Ut ita videatur in Camillo tamquam nova res invidiam; in ceteris, tamquam illuſtri jam exemplo introducta, veniam habuiſſe.* Equos ex præda eligunt Cheruſci, 4. 12. 25. Equos inertes mœrent Germani, 4. 12. 32. Equos quaternos ſenoſque tranſilire, 3. 3. 10.

Ergaſtula, 3. 19. 3. e ferro Ergaſtulorum recocto gladii fabricati, 3. 20. 6. Ergaſtulis effractis exercitum comparat Athenio, 3. 19. 9. Eunus, 3. 19. 6. Sex. Pompeius, 4. 8. 1. Ergaſtula, *pro ſervis ergaſtulariis*, ibidem.

Erigere, *pro animare. Sic* Erigere ad jus priſtinum libertatis, 3. 10. 21. ad ſpem, 3. 18. 3. animos ſuorum, 4. 2. 84. Erigere ad ſe, ad plebem, *ſibi, plebi, faventes reddere*, 3. 17. 6. Erigere libertatem in dominos, 1. 21. 2. *alibi*, 2. 16. 2. *reddit*, libertate ab aliquo data adverſus ipſum uti. *Eadem forma apud Senec. de benef.* 5. 15. 6. Accepti ab illa (patria) exercitus, in illam convertuntur.

Error victoriam dat, 4. 7. 11. ERROR vertendus in conſilium, 3. 3. 8.

Erubeſcendi anni, 3. 12. 3. Erubeſcenda cauſſa belli, 2. 14. 13. *Sic* erubeſcenda ſentina. *Val. Max.* 2. 7. 1.

Eruditrix, 2. 6. 38.

Erumpit furor, 3. 18. 9. hoſtis, 3. 2. 2. nefas, 3. 1. 6. turbo belli, 3. 5. 5.

Eruptio hoſtium, *pro erumpentibus hoſtibus*, 4. 2. 40. Eruptiones audere, 3. 10. 25.

Eruptus, 3. 10. 22. *Sic in Ætna, carmine Cornelii Severi, verſu primo legerim;* eruptique cavis fornacibus ignes. *nam præterquam quod vox ipſa proba eſt & opportuna, colliſio illa decus addit verſui, & rem quaſi ob oculos ponit. Sic Petronius in carmine de bello civili, verſu* 282, voces erumpere. *Geſta Dei per Francos, pag.* 66, *verſ.* 38: Tempus quo tellus abſconditos latices erumpit, & *pag.* 79. 23. Infernus ruptus eſt, & populus iſte eruptus eſt. *Cæſ. de bel. civ.* 2. 14. portis ſe foras erumpunt.

Erythræa, *urbs*, 3. 7. 4.

Eryx, *urbs*, 2. 2. 12.

Eſquilina porta, 3. 21. 6.

Eſſe exitio, 2. 2. 34: 4. 2. 49. in trabeis, *h. e. amictum trabeis*, 1. 13. 10. manifeſto vultu, *pro aperte præ ſe ferre*, 4. 2. 87. miraculo, 4. 10. 7. præda, 1. 1. 10. prædæ, 1. 1. 10. ſtrictis enſibus, 1. 16. 12. *h. e. habere ſtrictos enſes.* Sic eſſe gradibus grandibus. celeri curriculo fui; *Plautus, Epidico*, 1. 1. 11. *& Sticho*, 2. 2. 13. *Quo tamen loco ſuboritur ſuſpicio* fui *poſitum pro* ivi: *ſicut hodieque ſolent Hiſpani, qui multa veteris Latini ſermonis veſtigia conſervare videntur.* Eſſe tutis muris, 4. 2. 23. *Huc pertinent exempla quæ refert A. gellius*, 5. 8. *in quibus* eſſe *licet non exprimatur, hoc tamen ſenſu intelligitur.* Eſſe *cum duobus utrinque dativis.* Satius fuiſſet populo Romano Eſſe contento, 3. 12. 6. Erat, *pro fuiſſet*, 4. 2. 19. *Sic Virg. Æn.* 4. 603. anceps belli fuerat fortuna. *Curtius*, 5. 11. 9. egregiam conſervati regis gloriam tulerat. *Sic* penetrarat, *in Ammiano Lindenbrogii, pag.* 211. 7. *& alia ſimilia, pag.* 153. 32: *& pag.* 342. 33. *Item in Livio*, 34. 29. 8.

Etruria, 4. 2. 19. contra Urbem conſurgit, 3. 18. 5. vaſtatur a Lamponio & Teleſino, 3. 21. 22. ex Etruria admotus Urbi exercitus, Lepidi, 3. 23. 5. Catilinæ, 4. 1. 11.

Etruſci vincuntur a Romanis, 1. 17. 3. 18. 13. mixti Romanis, 3. 18. 1.

Evander *Arcas*, 1. 1. 9.

Evaneſcit exercitus fuga, latrociniis, 3. 3. 18.

Evaſiſſe, & viciſſe, longe diverſa, 4. 10. 10.

Eubœa, *inſ.* 2. 7. 12. occupatur a Mithridate, 3. 5. 8. recipitur a Sylla, 3. 5. 11. ejus deſcriptio, 2. 8. 9.

Eburiates, *pop.* 2. 3. 5.

Everſio Fidenarum, *pro excidio*, 1. 12. 7. Everſionibus urbium currens ſeculum, 2. 16. 1.

Eumenes *Pergamenus*, 2. 20. 2.

Eunus *Syrus*, 3. 19. 4.

Eu-

Euphrates, *fl.* 1.11:8: 3.5.22: 3.11.3, & 7. imperii terminus, 4.12.61.

Euripus, *fretum*, 2.8.9.

Europa, 3.10.1. facta Romanorum, 2.8.7.

Eurus, *ventus*, 2.6.16.

Ex aqua clades, 4.10.8. Ex fœdere, *pro juxta fœdus, juxta fœderis leges*, 1.3.6. *Sic* Ex meritis, 4.12.28. Ex more, 4.2.79: 4.7.8: 4.12.9. Ex moribus, 1.7.1. Ex malis Africæ nomen habet Scipio, 2.6.11. Ex perpetuo imperio annuum placet, *h. e. pro perp.* 1.9.2. Ex populo cognomen, *h. e. quod populus impoſuit*, 2.6.27. Ex vulnere mori, 4.12.42. Ex ſummo ſtudio anniti, *pro ſummo ſtud. ann.* 1.9.4. *Græcanica eſt phraſis*, ἐκ πολλῆς σπουδῆς, *Salmaſius. Sic Juſtini Mſſ.* 6.3.2. ex magna cura ordinat ſuos. *Apuleius in Apologia*, ſtudiis literarum ex ſummis viribus deditus. & *Metamorph. lib.* 7. ex ſummo ſtudio fugiens immanem urſam. *Iterum*: negotium iſtud mihi ex ſummis viribus conflavit. *Plaut. Merc.* 1.2.1. Ex ſummis opibus viribuſque.

Examina *ſcilicet apium*, 2.6.14: 4.2.45. *Nam alias transfertur ad quamlibet multitudinem. Sic apud Arnobium, princ. operis*; examina mœrorum mortalium. & *lib.* 2. *pag.* 58. malorum examina. *Livium*, examina avium. *Adde Juſtinum*, 25.2.8. *Delectatur hoc genere Hieron. in epiſtolis, ut* 2. 8. cunctaque Orientis examina, 2.14. examina Monachorum, 2.16. ex. coturnicum, 3.5. examina pauperum ac debilium, 3.8. pſalmorum linguis diverſis examina concrepabant, 3.13.

Exarmare, *pro mitigare, placare*, 1.22.3. *Petronius*: Giton mirabili forma exarmaverat nautas.

Excæcare aliquem, 2.20.5.

Excandeſcere in ultionem, 2.18.8.

ſine Exceptione victoria, *h. e. ſine conditione*, 2.18.12.

Excidium, 1.17.2.

Excipere aliquem pilo, 2.17.14. *ſic Curt.* 9.8.21. temerarium regem excipi poſſe. *Vide Suet. Aug.* 16.7. Horat. 3. od. 12. Hirt. de bel. Afr. cap. XXIV. communi fœdere in libertatem excepta Saguntus, *h. e. libera relicta partium conſenſu*, 2.6.4. Excipit Numam Hoſtilius, *h. e. ſequitur, ſuccedit ei*, 1.3.1.

Excubare. juventus ad ſubita belli excubat, 1.1.15. *Apuleius de habitud. doct. Plat.* excubitorum loco militet juventus pro utilitate cunctorum.

Excutere, *pro expellere. Sic* ab obſidione, 2.6.29. oppidis, regionibus, 2.6.42. Excutere jugum, *pro abjicere, exuere*, 2.14.2.

Exequiæ, 3.20.9.

Exercere jus victoris. *h. e. uti jure vict.* 3.7.6. *Sic* exercere victoriam. *Salluſtius, Jug.* 16.3. & *Livius.* exercita poteſtas, *Tacitus*, 4.6.4.

Exercita juventus, 1.3.2. *Sic* exercitum corpus, *Salluſt. Jug.* 71.1. exercitus militia, *Tacitus*, 3.20.2.

EXERCITUS tanti eſt, quanti Imperator, 2.18.11. Exercitus magnitudo pernicioſa, 4.2.49. Exercitus Craſſi miſerabili ſtrage deletus, 3.11.18. Poſthumii imperatorem lapidat, 1.22.2. Exercitus patricius, *h. e. conſtans ex patriciis*, 1.12.2. Exercitus gladiatorii, 3.12.10.

Exigere, *pro agere, adigere*, 4.2, 68. ſupplicium, *pro ſumere*, 3.19.12.

Eximere, *pro eripere, ſervare*, 3.21.8. *Sic titulus ff. Ne quis eum qui in jus vocatus eſt*, vi eximat. Eximere ſe ludibrio hoſtium, 3.21.15. Eximere ſenſum geſtæ rei, *pro impedire, adimere*, 4.7.13.

Exinde certamen, 1.1.14: 1.14.6.

Exiſtimare, *pro æſtimare*, 3.2.6.

in Exitium ſui concitare aliquem, 2.26.5. in Exitium ſui merces eſt reſp. 1.13.4. Exitio eſſe. *Vide* Eſſe.

Exoſus arma, 4.11.1:

Expaveſcere aliquid. *pro metuere*, 3.4.6. *pro conſternari, metu ſubito corripi*, 1.26.3.

Expellere ſpiritum, *pro ſe interficere*, 3.5.2.

Experimentum, 1.13.3. Experimento deprehendere. *Vide* D.

Experiri fortunam, 3.22.2. imperium, 1.17.3. *h. e, tentare an poſſit potiri rerum.* omnia, 3.5.24. augurio, 1.5.3. Experiri, *pro prœludere,*

tentare vires, 4.2.2. cominus invicem Experiri duces, 3.22.7. Expertis invicem Parthis & Romanis, 4.10.1.

Expiare, *verbum ſacerdotale ad alia tranſlatum, ut* Expiare cladem, 1.12.3. flagitium, 2.18.7.

Explicare, *pro expedire, extricare*, 1.17.5: 4.2.33.

Exponere hoſti exercitum, *h.e. præbere opportunum hoſti*, 3.11.7.

Exprobrare victoriam hoſtibus domitis, 3.2.6. *nempe trophæa erigendo. Sic apud Tacitum*, 15.16.4. non eam ſpeciem inſignium & armorum prætulit, ut diverſitatem exprobraret. *Seneca, Conſol. ad Helviam*, 16.5: Nunquam te fœcunditatis tuæ, quaſi exprobraret ætatem, puduit.

Expugnati Pœni toto mari, 2.2.16. *h. e. victi. Sic Juſtinus*, 3.5.1. Meſſenii per inſidias expugnantur. *&* 3.4.11. expugnatis veteribus incolis. *Curtius*, 6.6.25. ad expugnandos eos, qui edita montium occupaverant. *Epit. Liv.* 62. Q. Marcius cos. Stœnos gentem Alpinam expugnavit. Ipſos imperii mores in Scauro Expugnat Jugurtha, 3.1.5.

Extis cæſorum litare & veſci, 4.12.15.

Externum bellum, *alias* hoſtile *dicit*, 4.2.4. mare. *Vide* M.

Extorquere, *eſt aliquamdiu retinenti per vim eripere. Sic* Extorquere conſortium honorum, 1.26.4. deditionem, 4.32. *h.e. eo adigere aliquem, ut deditionem faciat.* incubantem hoſtem, *pro expellere, extrahere*, 2.6.57.

EXTINCTA parum fideliter incendia, majori flamma reviviſcunt, 3.5.14.

Extorris agris & focis, 3.13.2.

Extremi fines, 4.1.11. Extrema Galliæ, 3.3.1. Italiæ, 3.20.12. Extrema, *pro nece*, 4.2.83. *pro ultima neceſſitate*, 4.12.50. Extrema deditionis, 2.13.17: 4.5.3.

Exuere caſtris aliquem, *h.e. caſtra ejus occupare*, 2.7.9: 3.3.4: 4.4.4. urbibus, 3.1.12.

Exul feralis tabulæ, 3.22.2.

Exulatio *pro exilio*, 1.22.3.

F.

FAbia gens privatum bellum gerit cum Veientibus, 1.12.1.

Fabius cos. vincitur a Gallis, 1.13.7.

Fabius legatus ad Carthaginienſes, 2.6.7.

Fabius *C.* Pontifex per medios hoſtes it, reditque, 1.13.10.

Fabius Ambuſtus *M.* 1.26.2.

M. Fabius Buteo Pœnos vincit, 2.2.30. *Hunc primum ita cognominatum putem ex Plinio*, 10.8.

Fabius Gurges *Q.* Volſinorum ſervos vincit, 1.21.3.

Fabius Maximus *Q. Rutilianus* Umbros vincit, 1.17.5.

Fabius *Maximus Q. Verrucoſus Ovicula* Cunctator, 2.6.27.

Fabius Maximus *Q. Æmilianus* cos. Viriatum vincit, 2.17.17. Allobroges, 3.2.6.

Fabii Samnitum domitores, 1.18.6.

Fabula de membris diſſidentibus, 1.23.2.

Fabuloſæ altitudinis nives, 2.6.9. Fabuloſa monſtra freti Siculi, 2.2.5.

Facere artem. *Vide* A. *Sic* facere cibum. quicquid neceſſitas cibum fecerat, Seneca, de ira, 3.20.4. *Suidas*, *in* Ἀσαρκος. παρεῖν ἢ βορὰν ποιήσασθαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. audaciam, 2.2.17. bellum, *pro concitare, movere*, 3.7.1. Conjurationem, *pro inire*, 3.10.7. conſulem, 3.16.7. *Sic facere regem, deum, Curtius*, 8.5.18. documenta, *pro dare, docere*, 4.10.1. eruptionem, *pro erumpere*, 3.20.14. exercitum, *pro comparare*, 3.19.6. *Sic Velleius*, 2.109.4. famem, 3.12.8. fidem, *h.e. efficere ut credatur*, 1.1.18: 3.16.6. fiduciam, *h. e. addere animum*, 3.15.16. finem, *pro deſinere*, 3.18.14. impetum, *pro dare impetum, irruere*, 3.1.11: 3.17.5: 4.10.2. latrocinia magis quam bella, *pro exercere*, 2.3.4. lucum aſylum, *pro ex luco aſylum*, 1.1.9. moram, *pro morari*, 4.2.29, *&* 37. pacem, 1.1.14: 4.2.23. pontem, 3.10.15. populum, 1.1.9. pretium fœderis regem, *h. e. fœdus tradito rege velut emere*, 3.1.16. provinciam,

Digitized by Google

ciam, *h. e. regionem aliquam perdomare, ut recipiat jugum*, 2. 17. 8: 4. 12. 29. *Livius paſſim* conficere. Romanos de ſervitute, 2. 6. 30. *Sic Juvenalis*, 6, 185. *de Tuſca Græcula facta eſt. Vide etiam* De ſervitute. Facere, *pro reficere*, 1. 3. 1.
Facilis, *pro eo qui facile poteſt vinci*, 4. 11. 2. FACILE cedenti pars regni data, 2. 8. 18.
Factio, *pro partibus*, 3. 21. 8.
Facta pop. Romani. *Præfat.* 2. Galatica, 2. 11. 6.
Factus Creticus, Metellus, 3. 8. 1.
Fæſulæ, *urbs*, 1. 11. 8.
Falernus, *mons*, 1. 16. 5. Falernus *adjective poſitum, ſic* Falerni ſaltus, 2. 6. 28.
Faliſci, 1. 12. 4. *ubi malim legere*; Faliſcis, quum obſiderentur, &c.
Fallacia inſidiarum, 1. 16. 7. *ſic Juſtinus*, 29. 1. 5. *crimen facinoris*.
Fama loquitur, *h. e. fama fert, fama eſt*, 4. 10. 7. non dubitat, *h. e. conſtans fama eſt*, 1. 1. 2. Famæ celeritas arte adjuta, 3. 3. 20. Famam Leonidæ adæquat Calpurnius, 2. 2. 14. Fama quam re majora bella, 2. 7. 2: 2. 8. 2.
FAMES ex luxu, 3. 12. 8. FAMES expugnat invictiſſima, 1. 10. 2. deditionem extorquet, 4. 2. 32. Fames Athenienſis, 3. 5. 10. Calagurritana, 3. 22. 9. Numantina, 2. 18. 13. Romana, 1. 10. 2: 1. 13. 16. Saguntina, 2. 6. 6. turpis. *Vide* T. Fame quaſi peſtilentia abſumpti ſervi, 3. 19. 8. Fame premi, urgeri. *Vide* P. U.
Familia, *pro domo, genere*, 3. 15. 4: 3. 16. 1. *pro ſervis*, 3. 12. 10: 3. 19. 9.
Fanaticus, 3. 19. 10. furor, 3. 19. 4.
Fas collegii, 3. 14. 5. deum, 2. 20. 7.
Faſces unde Romanis, 1. 5. 6. Faſces cos. fracti, 1. 22. 2. prætorii relati ad Spartacum, 3. 20. 7. Faſces ſubmittere, 1. 9. 4. Faſces, *pro poteſtate, cujus ſunt inſignia. ſic* Faſces abrogati, 1. 9. 3. retenti, 1. 24. 2.
Faſtis damnati dies, *h. e. inter atros relati*, 1. 13. 7.
Faſtigium in domo Cæſaris, 4. 2. 91.
Fatalis manus, *quæ fata vitaſque hominum in poteſtate habet*, 3. 21. 16. Fatale, *quod exitio alicujus deſtinatum eſt. ſic* Fatalis arena Pompeio, & Bruto Caſſioque, 4. 7. 6. Fatale Capitolium Gracchis, 3. 15. 4. nomen Scipionum Africæ, 2. 15. 12. *Sic* fatalis locus *extat apud Juſtinum*.
Fatigare ſævitiam, 1. 7. 4. crebris incurſionibus hoſtem, 4. 12. 47.
Fatum, *poteſtas illa, quæ res humanas inevitabili ſorte diſpoſuit. ſic dicitur* Fati vis, 4. 2. 94. Fatorum decretum, 2. 6. 37. induſtria, 1. 8. 1. Fatis præcipitantibus, 4. 2. 43. Fatum, *pro fortuna illa quæ fati decreto deſtinata eſt. Sic* Fatum inſularum, 3. 9. 1. partium, 4. 2. 57. urbis imperaturæ, 2. 6. 20. Fata generis humani, 4. 2. 43. patrum, 3. 17. 3. populorum, 1. 3. 3. rerum, 2. 16. 4. Fatorum præſagia, 2. 6. 48, & 53. Fata, *pro morte*, 3. 9. 4.
Fauces offocandas invicem præbent Gallogræci, 2. 11. 6. Faucibus apprehendit conſulem viator, 3. 17. 8. Fauces, *pro anguſtiis. ſic* Fauces Iſthmi, 2. 16. 5. Italiæ, 2. 3. 2: 2. 6. 51. maris, 1. 18. 3: 4. 2. 31. montis, 3. 20. 7. Propontidis, 3. 6. 10. Urbis, 1. 10. 2. *quamvis & ibi poſſit accipi*, ipſis Urbis faucibus incubare, *ſicut dicitur imminere cervicibus. ad Fauces portus.* Cæſ. de bel. civ. 3. 24.
Favor ex ætate, 4. 4. 4. ex injuria, 4. 2. 56: 4. 4. 4. Favori civium velificari, 1. 9. 5. Favorem populi aucupari, 3. 13. 1. ad Favorem plebis conciliandum effuſa largitio, 3. 12. 10.
Fautores hoſtium bello perſequi, 3. 7. 1.
Fax. Faces injectæ tectis Urbis, 1. 13. 14. vibratæ in turres elephantorum, 1. 18. 6. Facibus armati Fidenates, 1. 12. 7. Fax juventæ, *pro ardore juvenili*, 1. 1. 5. *Vide Barthium, Adverſar.* 7. 19. & 47. 10. Fax, *pro cauſſa & initio motus, ſicut pro ipſo motu incendium ponitur. ſic* Fax certaminum, 3. 14. 1. motus, 3. 23. 1. Fax eadem quæ Druſum cremavit, ſocios in arma accendit, 3. 18. 4. *Hoc loco fax & propria ſignificatione, & tranſlata ſumitur: ſicut & fere*, 3. 23. 1. *ita Catilina* ex rogo filii maritalem facem accendit, Val. Max. 9. 1. 9. Faces *Furiis tribuuntur, quod illa turbarum incentrices crederentur.* hinc

hinc Facibus Furialibus in exitium reip. armati Cæſar & Pompeius, 4. 2. 13. Fax ſeculi, *pro magno turbone*, 4. 3. 2. Faces belli, *pro auctoribus*, 2. 9. 1. *Sic Velleius*, 2. 25. 6. Sertorium, proh quanti mox belli facem. *Plin. ep.*: Rufo ſucceſſit Theophanes, unus ex legatis, princeps fax accuſationis & origo. *Latro, in Catil.* 6. 3. *de L. Sidicino*, ea fax incendii rurſum benignitate deorum immort. ſummaque virtute conſulum extincta eſt. *Alludit Tacit. H.* 2. 86. 7: acerrimam belló facem prætulit.

Felicitas nimia furores civiles peperit, 3. 12. 7: 4. 2. 7: Felicitas, Syllæ, 3. 5. 2, Pompeii, 3. 6. 15. Felicitatem Cæſaris omnia ſequuntur, 4. 2. 29.

Feliciter, *vox uſitata lætis acclamationibus*, 3. 3. 20. *Vide Gruter. Suſpic.* 6. 10.

Feminæ Germanorum pugnaces, 3. 3. 16. Feminæ inter obſides, 1. 10. 7.

Feræ in aciem productæ, 1. 18. 13. Ferarum ritu debellati Cantabri, 4. 12. 48. a Feris nutriti, 1. 1. 3. *Adde Ælianum, Hiſt. An.* 11. 21. 7. *item*, 12. 42: *&* 13. 1. *Tum Pauſan. lib. VIII. pag.* 533. 10. de Telepho. *& lib. II. pag.* 133. de Æſculapio, *& lib.* X. *pag.* 637. 40. de Phylacide & Philandro.

Feralis habitus, *h. e. funeſtus, exitialis*, 1. 12. 7. tabula, 3. 22. 2. Ferale ſignum, 4. 7. 7.

Fercula triumphi, 4. 2. 88. *h. e. ſimulacra victarum urbium, fluviorum, montium, &c. quæ ferebantur in triumpho. Sic Suetonius, Cæſ. cap.* 37.

Fere *de triumpho ſemper fere dicitur apud veteres.*

Feretrius Jupiter, 1. 1. 11: 1. 12. 9: 2. 4. 5. Tropæophorum *vocat Apuleius, de Mundo, in fine.*

Ferire fœdera, 1. 10. 3.

Feritas ex paſtoribus, 1. 22. 1. Feritas Gallorum Aſiatica amœnitate mollita, 2. 11. 4.

Ferocia, pro fortitudine, 2. 12. 3. *Sic Livius*, 35. 49. 1. *Ovid. in Ponto*, 2. 9. 45. Sed quam Marte ferox —.

Ferox *pro indomito, fero*, pop. Romanus, 1. 2. 4. deorum metu mitigatur, 1. 8. 3. ferox natura gens Senonum, 1. 13. 4. Ferocia dicta, *pro fortibus*, 3. 10. 21. *Sic* ferociter, *pro fortiter, Livius*, 3. 47. 2.

Ferociſſimæ gentes Hiſpanæ, 2. 17. 8.

Ferre, *pro pati*, 4. 12. 22. parem, ſuperiorem, 4. 2. 14. *pro ſuſtinere, ſic* Romani ferunt tela Parthorum, 4. 10. 7. Ferre leges, *pro rogare, promulgare*, 3. 17. 8. vallum. *vide* V. Ferri, *pro proficiſci*, 3. 3. 6. pulvis Fertur in oculos, 3. 3. 15.

Ferrei anni, 2. 19. 3. Ferreæ manus, 2. 2. 9.

Ferrum victis ablatum, 2. 3. 5. Ferro ergaſtulorum recocto fabricati gladii, 3. 20. 6. Ferrum *pro gladio, cultro, pugione, &c.* 1. 3. 5: 1. 7. 10: 3. 5. 26: 3. 11. 9. *pro armis*, 1. 12. 7.

Fervet obſidio, *h. e. ſtrenue procedit, urgetur*, 2. 15. 11. de damnatione ferventer loqui cœptum eſt, *Cælius in Cic. ep. fam.* 8. 8. 4.

Ferus, *pro ſævo, atroce*, 3. 21. 19. Feri homines, *pro agreſtibus, ſilveſtribus*, 3. 8. 2.

Feſſus, *h. e. fractus & fatigatus*, 3. 1. 13. Feſſi fame Saguntini, 2. 6. 6. *Claudian. de B. 6. & verſ.* 129. Et quamvis gemina feſſum jam clade fugarit. *Oratio C. Cottæ in f. apud Salluſt. Incert.* 3. 12. cum omnes provinciæ, regna, maria terræque, aſpera aut feſſa bellis ſint.

Feſtinat ad relictum opus Quinctius, 1. 11. 15.

Feſtinatio Romanorum in reparando exercitu, 1. 18. 19.

Feſtum Latinarum, 3. 18. 8.

Feſulæ, *urbs*, 3. 18. 11.

Fictilia, 1. 18. 22. *Vide Tibullum*, 1. 1. 38.

Fidenæ, *urbs*, 1. 12. 4, *&* 7.

Fides annalium, 1. 12. 11. Camilli, 1. 12. 5. publica, 3. 1. 8. ut Fides ei eſſet, *h. e. ut ei crederetur*, 1. 7. 6. Fides pacis ac belli Janus, *h. e. ſignum, quod indicat pacemne habeant, an bellum, Romani*, 1. 2. 3. Fidei magnum, ſed triſte, monumentum, 2. 6. 3. Fidem numinum! *bone Deus!* 1. 11. 15: 3. 3. 7. Fidem capere. *Vide* C. facere, 1. 1. 18: 3. 16. 6: 4. 10. 4. rumpere, 4. 2. 15. ſolvere, 1. 1. 12. ſuperare, 1. 18. 24.

in

Digitized by Google

in Fidem venire, 3. 22. 9. Fide bona, *h. e. probe, exacte, perfecte. Sic Ovidius, Ponti* 3. 7. 24. vera fide periſſe. *Plinius*, 3. 3. 3. inaurato fortunæ ſimulacro fideliſſime. *Vide etiam* Bona fide. Fide ſalva paranda victoria, 1. 12. 6. ex Fide conſtituti aliquid reſignare, 4. 7. 14. in Fide manere, 1. 21. 1. manere *ſubauditur*, 1. 3. 6. in Fide permanere, 4. 2. 17.
Fiducia in virtute, 2. 2. 4. ad ſpeciem Fiduciæ panes ab arce jaculantur Romani, 3. 13. 16. Pharnaces magis diſcordiæ Romanæ Fiducia, quam ſuæ virtutis, bellum movet, 4. 2. 62.
Fieri Celtibericus, 2. 17. 10. *Vide etiam* Factus.
Figere trophæa, *pro erigere*, 2. 17. 16: 3. 2. 6.
Filium ſuum interficit Caſſius, 1. 26. 7. Manlius, 1. 14. 2. Filiam Virginius, 1. 14. 3.
Fimbria, 3. 21. 14.
Finire, *pro tollere, delere. ſic* Finita Carthago, 2. 14. 1. *Hoc ſenſu Ovidius: Sunt aliquid manes, letum non omnia* finit. Partium odia non finita cum bello, 4. 2. 7.
Finis datus cædibus, 1. 16. 12. impoſitus bello, 2. 2. 33. Fines, *pro ditione, territorio. ſic* Fines alicujus territare, 2. 15. 3. Finibus migrare, 2. 15. 8. de Finibus pugnare, 1. 11. 5. pro Finibus arma corripere, 1. 9. 6. Fines mundi extremi, 4. 1. 1.
Fiſtulæ in Capitolio, *quibus aqua deducitur*, 3. 16. 6.
Flaccus *Q. Fulvius* coſ. 2. 6. 43.
Flagitans ultionem miles, 1. 16. 12. *Suſpicor fuiſſe*; Flagrans ultione miles. Flagitare decreta, 4. 2. 17.
Flagitium *impoſiti jugi*, 1. 16. 11. non minore Flagitio ſocii rebellant, quam cives, 3. 18. 2.
Flagrare cupiditate, 3. 5. 3. ignominia, pudore, 2. 18. 7. ultione. *Vide* Flagitans.
Flamen Dialis, 3. 21. 16. Flamines, 1. 2. 2: 1. 13. 11.
Flaminius *C.* vincitur ab Annibale, 2. 6. 13.
Flaminius *T. Quinctius* Philippum vincit, 2. 7. 10.
Flamma circa caput viſa, 1. 6. 1. *Ad de exemplum Salvidieni, apud Dionem, lib.* 48, *pag.* 430. *& Laviniæ, apud Virgilium*, 7. 73. Flamma ſubita de cineribus obrutis, 2. 15. 15. Veſtalis, 1. 2. 3. Flammam inter verba fundere, 3. 19. 5. fundere, velut ardenti capite, 4. 12. 16.
Flexus ſiderum, *pro revolutionibus*, 4. 3. 8.
Florentia, *urbs*, 3. 21. 27.
Flori hiſtorici ætas, *Præfat.* 8. nomen varie lectum. *princ. notarum.*
Flores in bene meritos profuſi, 2. 7. 14. Floribus bis vernat Campania, 1. 16. 3. Flos, *pro excellentiſſimo in quoque genere. ſic* Flos juventæ, *Præfat.* 4. ordinis equeſtris, 3. 21. 25. ſanguinis Italici, 4. 2. 5. ſenatus 3. 21. 25. virtutis, 1. 22. 1. *ſic* Floſculus Juventiorum, *apud Catullum, carmine* 24.
Fluens in luxuriam ſeculum, 4. 12. 65.
Flumen inducere foſſæ, 3. 10. 25. manibus & clipeis retinere, 3. 3. 12. per Flumen glacie perſidum equitare, 3. 4. 5. Fluminis abundatio, 4. 2. 27.
Flumen oblivionis, 2. 17. 12.
Fluvii: Æſapus. Albis. Allia. Alpheus. Ana. Anienis. Aous. Araxes. Arſia. Aſtura. Ateſis. Bagrada. Cremera. Danubius. Dravus. Durius. Euphrates. Granicus. Hebrus. Hiſter. Iberus. Iſara. Liris. Macra. Mæander. Moſa. Moſula. Nar. Nilus. Oblivionis. Orontes. Padus. Rhenus. Rhodanus. Savus. Sicoris. Tagus. Tanaïs. Tiberinus, *ſeu* Tiberis. Ticinus. Titius. Trebia. Varus. Vindelicus. Viſurgis. Vulturnus. *Quære ſuis quemque locis.* Fluvii cædibus cruentati, 2. 6. 18: 3. 3. 9: 3. 5. 17. Fluvii cruore mixti. *Marcellin.* 16. 32. f. 17. 30. f. *Plut. Æmil. c. XXXVI. Diodor.* 2. 26. *Herodian.* 3. 13. *Philoſtrat. pag.* 663. *C. ſic Nilus in Caracalla Suidæ. Geſta DEI per Francos, pag.* 72. 58: & 50. 49. *Paulus Diac. lib. XV. ubi de* Attilæ prælio. *Lucan.* 8. 34: Emathia jam clade rubens exibat in æquor. *Hieron. Ep.* 2. 22. quantæ fluviorum aquæ humano cruore mutatæ ſunt. *Chronicon Reginonis*: Per idem tempus bellum inter Clotharium & Theodericum oritur ſuper

Digitized by Google

per fluvium Aroadi, tantaque cædes de utroque populo facta eſt, ut ipſe alveus de cadaveribus repletus magis cruorem, quam aquam fundere videretur.

Fœdare victoriam parricidio, 1. 3. 5. mortem ludibriis, 3. 4. 2.

Fœdus Albini cum Jugurtha, 3. 1. 9. Antonii cum Parthis, 4. 10. 1. Caudinum, 1. 16. 12: 2. 18. 7. Mancinianum, 2. 18. 6: 3. 14. 2. Philippi cum Annibale, 2. 7. 4. Syllæ cum Mithridate, 3. 5. 12. Romanorum cum Boccho, 3. 1. 16. cum Campanis, 1. 16. 2. cum Parthis, 3. 5. 31: 5. 11. 4. cum Pœnis, 2. 6. 5: 2. 15. 3. cum Porſena, 1. 10. 2. cum Samnitibus, 1. 16. 2. Fœderis ſponſores, 3. 14. 2. ex Fœdere. *Vide* E. Fœderum religio ſumma Romanis, 2. 6. 5. FOED. ultores dii, 3. 11. 6. Fœdus rumpere, 2. 6. 4. Fœdera ferire, 1. 10. 2. percutere, 3. 11. 4: 4. 10. 1. Fœdus humani generis, commercia, 3. 6. 1. Fœdus amicitiæ, 1. 10. 2: 4. 2. 55. matrimonii, 4. 2. 13.

Fœdi exitus proſcriptorum, *h. e. miſerabiles, atroces, ſævi*, 4. 6. 4. Fœda clades, *magna ſimul & turpis*, 2. 2. 23. fuga, *turpis & effuſa*, 1. 1. 13. *ſic* Livius, 30. 6. 5. *Salluſt. Jug.* 4. 3. 1. ſtrages, 3. 5. 18.

Foculus ſuper caſſidem, 4. 12. 16.

Fœneratorum impotentia, 1. 23. 1.

Fomenta, 4. 2. 72. *medicamenta vulnerum dolorem mitigantia. utuntur eo ſenſu Livius & Tacitus.*

Fons Arethuſæ, 2. 6. 34. *Vide* Torrens Vergelli. Fontes veneno miſcere, 2. 20. 7. Fons & origo belli, 3. 6. 12.

Forma patrocinatur Cleopatræ, 4. 2. 56. *Adde Juſtinum*, 12. 7. 9. *Tacitum*, 12. 51. 6. de Forma *vide Diog. Laërt. in vita Ariſtotelis, ubi dicta ejus recenſentur.* Forma auguſtiore viſus Romulus, 1. 1. 18. Forma prælii, 2. 2. 8.

Formiæ, *urbs*, 1. 16. 6.

Formidatum militibus flumen, *h. e. quod formidant milites*, 2. 17. 12.

Formidoloſius, *pro terribilius*, 2. 8. 2. *ſic* Formidoloſus hoſtis, *apud Salluſt. Cat.* 7. 6. Formidoloſa potentia, *ibidem*, 19. 2.

Fortiſſimi fideliſſimique ſocii, 1. 18. 6. *Sæpius ita conjunctum hæc reperias apud ſcriptores. ut apud Catonem, in Agellio*, 3. 7. *ſic* firma ac fidelia ſubſidia, *Livius*, 31. 9. 3. Fortis fideliſque opera, *Liv.* 28. 9. 13: 40. 46. 4. ſatis conſtat ſervos (*Ciceronis periclitantis*) fortiter fideliterque paratos fuiſſe ad dimicandum, *Livius apud Senecam, Suaſor. VII. ubi de morte Ciceronis. Hirtius de B. Alex. cap. XLIII.* Salonam cives Romani fortiſſimi fideliſſimique incolebant.

Fortius, *ſubaudi, egit, aut egerunt*, 2. 15. 17: 4. 2. 69.

Fortitudo pop. Romani qua re maxime oſtenſa, 1. 18. 16.

FORTUNA & virtus ad conſtituendum pop. Rom. contendunt, *Præfat.* 2. quaſi de induſtria aliqua agit, 2. 8. 1: 4. 2. 61. videtur deliberare neſcio quid, 4. 2. 78. Marium alteri bello reſervat, 3. 21. 8. Sex. Pompeium aliis poſt Cæſarem bellis reſervat, 4. 2. 87. Romanum imperium ad Cæſares transfert, 4. 3. 7. *Sic Seneca, epiſt.* 51. 13. efficacior quam virtus, 4. 7. 11. audet aliquid adverſus abſentem Cæſarem, 4. 2. 30. invidet pop. Romano, 4. 2. 1. *Lege Petronii carmen, de bello civili.* Fortuna Cæſarum invicta, 4. 7. 10. pop. Romani ſemper in malis major, 3. 18. 13. imperatoris etiam abſentis militat pro partibus, 4. 7. 10. Fortuna ſua Pompeio titulos quærit, 3. 5. 21. Fortunæ, æſtus, torrens, 2. 7. 1. Fortunâ amiſsâ conſcientiam retinere, 2. 12. 10. Fortunæ multi plus debent, quàm virtuti, *Præfat.* 2. Fortunam expectare, 1. 3. 6. FORTUNAM, cui tantum licet, revereri, 2. 12. 11. Fortuna hoc ei in malis indulgente, 2. 4. 5.

Fortunatæ inſulæ, 3. 22. 2.

Foſſa circumdata obſeſſis, 2. 18. 13: 3. 10. 25: 4. 12. 50.

Fractus, *pro debilitato, feſſo*, 2. 17. 17.

Fracti coſ. faſces, 1. 22. 2.

Fragilitas humana, 4. 2. 79.

Frangere, *pro vincendo debilitare*, 2. 17. 9: 3. 5. 13. qui virtute Frangi non poteſt, mora comminuendus, 2. 6. 28. *Claudianus de bello Getico, verſu*

Digitized by Google

verſu 149.— fregitque furentem Cunctando —.
Fratres interficit Jugurtha, 3. 1. 3.
Fraternitas, 4. 2. 74.
FRAUDULENTISSIMUS regum, fraude in inſidias deductus, 3. 1. 17.
Fraus Punica, 2. 6. 13, & 36: 2. 17. 6. per Fraudem aliquem aggredi, 2. 17. 17. Fraude domeſtica oppreſſus Sertorius, 3. 22. 9 Fraude montium graſſantur Samnites, 1. 16. 7. FRAUDE præcipuus rex, fraude capitur, 3. 1. 2.
Fregellæ, *urbs*, 1. 11. 8: 1. 18. 24.
Frentani, *pop.* 1. 18. 7.
Frena ſervitutis, 4. 12. 2.
Fretum adoleſcentiæ, 1. 26. 9. Fretum, *abſolute de freto Siculo*, 2. 2. 1, & 5. Balearicum, Gaditanum, 3. 6. 9. Siculum, 4. 8. 3. ejus trajectio fruſtra tentata, 3. 20. 13.
Fretus opibus & regio nomine, 2. 8. 6. religione, 2. 12. 9.
Frugum parens Athenæ, 3. 5. 10. Frugum ſemina mutato ſolo degenerant, 2. 11. 4.
Frui cantu, 2. 7. 15. Frui, & uti, *differunt*, 2. 6. 21. *Vide Vallam*, *eleg.* 5. 5. & *Lipſium*, *ad Senecam*, *de vita beata*, *cap.* 10. *Auguſtin. de Civ.* 11. 25.
Frumentariæ leges, 3. 13. 1.
ex Frumento potio, 2. 18. 12.
Fruſtari, *pro comminui*, *in fruſta redigi*, 2. 2. 32.
Fruſtrari, 2. 2. 32. Fruſtrato ictu tenetur Scævola, 1. 10. 5.
Fuga fœda, 1. 1. 13. ſimulata, 1. 3. 4: 3. 1. 10: 4. 10. 3. Fuga Marii, 3. 21. 8. Pompeii, 4. 2. 20, & 51. Scipionis, 4. 2. 68. Fuga Rom. voluntaria, 3. 1. 9. Fuga ſtrageſque, 1. 18. 8. *Hæc ſæpius juncta reperias*, *ut apud Livium*, 26. 4. 8: 30. 6. 5. Fugam auferre, 3. 10. 3. *Vide* A. Fugam Craſſi occupant Parthi, 3. 11. 9. *Vide* O. Fugam ſiſtere, 1. 1. 13. in Fugam nutare, 3. 10. 4. Fuga, *pro exilio*, 3. 16. 3. *Sic Tacitus & Juſtinus. Hinc Ovidio*, *Triſt.* 2. 193, fugare, *eſt in exilium mittere.*
Fugare, *pro in fugam conjicere*, 1. 1. 11.
Fugere non vult Curio cum poſſet, 4. 2. 34. Fugiendo pecuniam ſpargere, 3. 5. 18.
Fugitivarii, 3. 19. 7.
Fugitivus finium ſuorum, regnique, 3. 1. 12. *Sic Seneca*; *contrev.* 6. 2: Accuſator civium me fecit exulem, filius etiam meorum. *Quomodo* ſoli & cœli ſui profugi, *Cyprian.* 177. Profugus ferialis tabulæ, *infra.*
Fulmen Annibalis, *pro clade qua attrivit Romanos*, 2. 6. 13. *ſic fere*, Fulmen Romanis deſtinatum, Saguntino igne conflatur, 2. 6. 9. Fulminis inſtar Pharnacem obtrivit Cæſar, 4. 2. 63. Dionyſium fortuna velut fulmen aliquod otio ac tranquillitati injecit, *Val. Max.* 1. 7. 6, *ext.*
Fulvius *Q. Flaccus* Ligures vincit, 2. 3. 5.
Q. Fulvius *Flaccus* cos. *Præfat.* 6: 2. 6. 43.
Cn. Fulvius Centimalus Liburnos vincit, 2. 5. 4.
Fulvius Nobilior *M.* Ætolos vincit, 2. 9. 2.
Fulvia ſcortum conjurationem Catilinariam patefacit, 4. 1. 6.
Fulvia uxor Antonii, 4. 5. 2.
Funalia, 2. 2. 10.
Fundæ Balearium, 3. 8. 5.
Funditus, 3. 3. 11: 4. 1. 2.
Fungi opere, 1. 23. 2.
Funibus ſub mari actis captæ rates, 4. 2. 32.
Furit Antonius Octavium ſibi prælatum, *h. e. ſupramodum excandeſcit*; *Galli expriment*, *il enrage*, 4. 4. 1. Furenti ſimilis in primam aciem procurrit Cæſar, 4. 2. 82.
Furfidius, 3. 21. 25.
Furialem in modum amicti Fidenates, 1. 12. 2. Furialibus in exitium Reip. facibus armati Cæſar & Pompeius, 3. 12. 13.
Furioſi latrones, *pro perditiſſimis*, 3. 6. 2.
Furnius, 4. 12. 51.
Furor Antonii, 4. 11. 1. Cæſaris & Pompeii, 4. 2. 3. Catilinæ, 4. 1. 9. civium, 4. 2. 75. fanaticus, 3. 19. 4. Numantinorum, 2. 18. 15. Samnitium, 1. 16. 7. ſociorum, 3. 18. 9. Furoris æſtus, 4. 2. 64. turbo civilis inſaniæ toto Furore detonat, 3. 21. 18. Furore regio traditos faſces retinent decemviri, 1. 24. 2. Furores civiles, *pro bellis civilibus*, 3. 12. 7.
Furtis lacerare hereditatem, 4. 4. 2.
Fuſus a cornu equitatus, *h. e. effuſus*, *emiſſus*, 4. 2. 48.

Gabi-

Digitized by Google

G.

GAbinius *A.* Marſos vincit, 3. 18. 13.
Gades, 2. 17. 7. occupantur a Cæſare, 4. 2. 29.
Gaditanum fretum, 3. 6. 9: 4. 2. 29.
Gætuli, *pop.* 4. 12. 41.
Gætulicus, Coſſi cognomen, 4. 12. 40.
Galatica facta, 2. 11. 6.
Gallæcia, 2. 17. 5.
Gallia acquiſita, 3. 12. 4. Cæſaris provincia, 4. 2. 12. in Galliam deflectit bellum civile, 4. 2. 6. Gallia Ciſalpina, 4. 4. 3. Galliæ, 3. 10. 20. domitæ, 3. 10.
Gallicus ſinus, 3. 7. 8. triumphus Cæſaris, 4. 2. 88. Gallica bella duce Cæſare, 3. 10.
Gallogræcia, 2. 11.
Galli immaniſſimi gentium, 3. 10. 2. non feroces tantum, ſed & callidi, 3. 10. 7. triumphi de Gallis, 1. 13. 26. Galli Senones, 1. 13. 1. *&c.*
Ganymedes, 4. 2. 60.
Garamantæ, *pop.* 4. 12. 41.
Gaudium libertatis novæ, 1. 9. 3. primi maritimi triumphi, 2. 2. 10. victoriæ ex Tranſalpinis gentibus, 3. 2. 6.
Gaurani ſaltus, 2. 6. 28.
Gaurus mons, 1. 16. 5.
Gellius, legatus Pompeii, 3. 6. 8.
Geminus Janus, 1. 2. 3. Gemini Romulus & Remus, 1. 1. 6.
Gemitus maris, 4. 11. 5. Statius, Thebaïd. 4. 595. *Quantus Tyrrheni gemitus ſalis* —.
Gemmæ ab Indis Auguſto oblatæ, 4. 12. 62. gemmis obſtricta veſtis, 4. 11. 3.
Generi appellatione etiam progener comprehenditur, 4. 2. 90.
Genius malus, 4. 7. 8. velut Genios venerantur Galli ſenes Romanos, 1. 13. 14.
Gens bellicoſiſſima Helvetii, 3. 10. 3. Gentes auxilia petunt a Romanis, 2. 7. 5, Gentium potitur Roma, 1. 1. 18. Gentium princeps populus, Romani, 4. 2. 2. victor populus, 3. 9. 3: 3. 13. 2. ſic apud Senec. de benef. 5. 15: *ille victor pacatorque gentium populus.* Gens, *pro familia*, 1. 12. 1: 4. 4. 2.
Genuina feritas, *h. e. ingenita*, 2. 11. 4.
Genus hominum quaſi ſecundum ſervi, 3. 20. 1. Generis humani facta diſcunt, qui res P. Romani legunt, *Præfat.* 2. Gen. hum. fœdus tollunt piratæ, 3. 6. 1. dominatio Romana, id eſt, generis humani, 4. 3. 8. *Vide etiam* Humanum. Genus, *pro gente*, 2. 3. 4: 10. 14.
Genitus Marte, 1. 1. 1.
Gerere bellum, 1. 16. 2. multum operum, *Præfat.* 1. ſe matrem, *h. e. facere officium matris*, 1. 1. 3. *Apud Sulpicium Severum, Hiſt. ſacra lib.* 2. *eſt*, gerebant ſe Catholicos, *eodem verborum poſitu, ſenſu diſpari.*
Gergovia, *urbs*, 3. 10. 24.
Germani immaniſſimi gentium, 3. 10. 2. vincuntur a Cæſare, 3. 10. 10. *&c.* in partibus Cæſaris, 4. 2. 5. Pompeianos equites pellunt, 4. 2. 48. vincuntur a Druſo, 4. 12. 23. Quinctilium Varum occidunt, 4. 12. 31.
Geſonia, *urbs*, 4. 12. 26.
Geſoriacum urbs, 1. 11. 8: 4. 12. 26.
Getulia, 3. 1. 12.
Glacie perfidum flumen, 3. 4. 5.
Gladiatores bellum concitant, 3. 12. 3.
Gladiatorio more concurrunt Romani, 3. 21. 1. Gladiatorii exercitus unde, 3. 12. 10. Gladiatorium munus, 3. 3. 21.
Gladium ad iniqua pondera addunt Galli, 3. 13. 17. Gladio, quam ſecuri percuti, honeſtius, 3. 5. 3. Gladii Romanorum, 2. 7. 9. gladiis cincta concio, 3. 21. 10. Fulvia, 4. 5. 2.
Glaucias, 3. 16. 4.
pro Gloria arma corripit *pop. Romanus*, 1. 9. 6. gloriari, 1. 13. 21.
Gomphi, *urbs*, 4. 2. 41.
Gracchanæ leges, 3. 16. 1. ſeditiones unde, 3. 12. 8.
Gracchus *Tib. Sempronius* Sardiniam recipit, 2. 6. 35. *Vide etiam* Sempronius.
Gracchus *Tib. Sempronius* Celtiberos vincit, 2. 17. 9.
C. Gracchus ſuppoſititius, 3. 16. 1.
Tib. Gracchi ſeditio, 3. 14. C. Gracchi ſed tio, 3. 15.
Gradum retro dare, *pro retro cedere*, 4. 2. 81.

Græcia

Digitized by Google

Græcia in partibus Pompeii, 4. 2. 5. Græciæ vetus ſtatus redditur, 2. 7. 13.
Græcum ingenium Italicis artibus mixtum, 1. 5. 1.
Græcula civitas, 4. 2. 24. Græculum ferrum, 2. 7. 9. *per contemptum ita diminuerunt vocem Græci. ſic* Græculus *eſt apud Cicer. in Piſonem, cap.* 29. *Macrobium*, 2. 4. *Plinium, paneg. cap.* 13. *Juvenal.* 6. 185. *Ita milites irati Julianum appellarunt* Græculum, *Marcellin.* 17. 14. *Adde Barthium, adverſ.* 11. 19. Sic γραικύλος in Orat. Caleni apud Dion. 46. 2. 29.
Graſſari, *pro turbare, turbas dare*, 2. 7. 12: 3. 6. 2. Graſſari cædibus, ſuperbia, 1. 7. 4. fraude montium, 1. 16. 7.
Gravidarum partus extorti, 3. 4. 2.
Gravis claſſis apparatu belli, 3. 5. 18. commeatibus, exercitu, propugnaculis, 2. 2. 34. triumpho, 2. 2. 21. Gravis urbs armis theſauroque, 3. 1. 11.
Gravitas cenſoria, 1. 18. 22.
Grex, *de elephantis dictum*, 2. 2. 28. Greges equorum, 3. 20. 7. Sic grex miniſtrorum, *Hieronym. epiſt.* 3. 5.
Gubernacula urbis invadere, 1. 6. 1.

H.

H in E mutatum, 1. 12. 5.
Habere certamina, *pro confligere*, 3. 22. 6. concionem, *h. e. verba facere ad populum*, 1. 1. 16. deprecationem, *pro deprecari*, 2. 18. 3. in quæſtu, *h. e. rem inde facere*, 3. 12. 9. in vinculis, *h. e. detinere captivum*, 2. 2. 21: 2. 20. 6. indulgenter, *pro tractare*, 1. 18. 15. pacem, 1. 19. 1. *ſic habere bellum, ſeditionem, Prologus Trogi*, 38. pro virtute, 3. 3. 5. *hoc ſenſu Seneca, de benef.* 1. 13. 3. *cui pro virtute fuit felix temeritas.* provinciam, *pro poſſidere, retinere*, 4. 2. 22: 4. 8. 1. *Ita Salluſt. Cat.* 6. 1. *& Rep.* 2. 64. *Tacit.* 1. 1. 1: 4. 5. 3, *Curt.* 8. 8. 12. rationem alicujus in comitiis, *h. e. ut liceat ei profiteri, & honores petere*, 4. 2. 15. Se bene, *h. e. eſſe incolumem & ſalvum*, 4. 2. 68. Senatum, *valet conveniſſe ſenatores, & conſultare de republica*, 4. 1. 7. ſilvas, *pro habitare*, 4. 12. 20. ſuſpectum, *pro diffidere, ſuſpectare*, 4. 2. 79. Habes, *in verbis Vercingetorigis*, 3. 10. 26. *videtur ſingulari quadam ſignificatione poſitum, quomodo & alias* Habendi *verbo peculiariter uſi ſunt: ut in ludis gladiatoriis. qua de re Lipſius, Saturn.* 2. 21. *& in funeribus. Ita fortaſſis hoc loco deditionis formula eſt.*
Habitus Fidenatium feralis, 1. 12. 7. ex Habitu dignitas addita, 1. 8. 5.
Hadriaticum mare, 1. 15. 2: 1. 18. 3.
Hædui, *pop.* 3. 10. 10.
Hæmus mons, 2. 12. 4.
Hæret in vadis pugna, 3. 10. 5.
Harena gladiatorum, 3. 20. 4: 3. 21. 1. civilis belli, *pro loco ubi committitur*, 4. 2. 18: 4. 7. 6.
Harpagines, 2. 2. 9.
Haſta Salondici argentea, 2. 17. 14. Haſtæ ſubjicere, 2. 6. 47. *Vide Bernecceruin ad Suet. Aug.* 24. 3. ſub Haſta venire, 3. 21. 27.
Haurire, *de fluvio dictum, pro abſorbere*, 3. 11. 3.
Hebrus, *fl.* 3. 4. 5.
Hedri, *urbs*, 4. 2. 51.
Helvetii, 3. 10. 2.
Heraclea, *urbs*, 1. 18. 7.
Herculaneum, *urbs*, 1. 16. 6.
Herculeii legati Sertorii, 3. 19. 2.
Herculeus, & Herculaneus, idem, 1. 16. 6.
Herculis ſidus, 1. 16. 19. columnæ, 2. 6. 38. ſpeculas *vocat*, 4. 2. 76. Herculi, *pro ab Hercule*, condita Capſa, 3. 1. 14.
Hercynius ſaltus, 1. 11. 8: 1. 17. 3: 4. 12. 27. Hercyniæ ſilvæ, 3. 10. 14.
Herdonius Sabinus, 3. 19. 2.
Hereditarium bellum, 3. 17. 2. *Vide* B. jus, 2. 8. 7: 3. 13. 5.
Hereditas Attali, 3. 12. 3. Romanos corrumpit, 3. 12. 7. in alimenta promittitur plebi, 3. 15. 2. Hereditas Sullanæ proſcriptionis bellum Sertorianum, 3. 22. 1. Hereditatem adire, 2, 20, 3. *Vide* A. lacerare furtis, 4. 4. 2. Hereditates regiæ, 2. 20. 1.
Heres ſecundus, *h. e. ſubſtitutus*, 4. 4. 1.
Herennius *Samnis*, 1. 16. 10.
Hibernare, 4. 12. 51.

Digitized by Google

Hiberna ſtipendio taxata, 1. 12. 8.
Hic. Hos, Hos, *pro alios, alios*, 4. 12. 52.
Hiemare ſub pellibus, 1. 12. 8.
Hiempſal *Numida*, 3. 1. 4.
Hiems altius levat Alpes, *nimirum mole nivium, qua per hiemem frequentes, in immenſam altitudinem excreſcunt*, 3. 3. 11. *Sic* Hieme creſcunt Alpes, 3. 10. 22. *ita Petronius, de bel. civ. verſ.* 146. *hunc (locum in Alpibus) nive dura Claudit hiems canoque ad ſidera vertice tollit.* Hieme navigat Cæſar, 4. 2. 36: per Hiemem collatæ roſæ, 2. 8. 10.
Hiero *Syracuſanus*, 2. 2. 6.
Hieroſolyma, 3. 5. 30.
Hinc templum, 1. 1. 14.
Hircanus *Judæus*, 3. 5. 30.
Hiſpania citerior, ulterior, 4. 2. 29. Hiſpania Sertorio militat, 3. 22. 2. perdomita, 4. 12. 58. Hiſpaniæ bella, 2. 17. 3, *&c.* laus, 2. 6. 38. Hiſpaniæ & Mauritaniæ litora in unum vergentia, 4. 2. 76. in Hiſpania bellum civile, 4. 2. 6, *&* 73. cum Pœnis, 2. 6. 3, *&* 36. de Hiſpania triumphus Cæſaris, 4. 2. 89.
Hiſpanienſis, 4. 2. 23. *qui non quidem Hiſpanus eſt, ſed moratur in Hiſpania. Vide Lipſium ad Vellei.* 2. 51. 4.
Hiſtoriam per ſpecies quam tempora conſcribere, 2. 19. 5.
Hiſter, *fl.* 4. 12. 8.
Hiſtri, *pop.* 2. 10. 1.
Hiſtria, 1. 18. 3.
Hominis & imperii comparatio, *Præfat.* 4. *ſic* l. 76. *de judic. homo cum populo comparatur.* Homines mutati, 4. 12. 27. Hominum ingratiſſimi Athenienſes, 3. 5. 10. quaſi ſecundum Hominum genus, ſervi, 3. 20. 1.
Honerare, *ſic forte reponendum in Lucano dixi*, 4. 2. 91. *eſt autem verbum aliis quoque ſcriptoribus uſurpatum: Vide Acidalium, ad Vellei.* 2. 124. 5. *Etiam in Var. Lect. Curt.* 7. 2. 17. *& Juſtini*, 5. 4. 13. Honerare, *pro* onerare, *reperias. Sic poſſis legere apud Petron. in carmine de bel. civ. verſ.* 156. *Ejuſdem notionis eſt* Honuſtus. *de quo Servius, ad Virg. Æn.* 1. 293. *quo uſum eſſe crederem Apuleium, de Mundo, non longe a principio, ubi vulgo*: Cœlum, quod quidem divinis corporibus onuſtum videmus.
Honorem ſuo arbitrio ſibi ſumere, 2. 1. 10. in Honorem mortuorum parcitur Athenienſibus, 3. 5. 10. in Hon. patris Germaniam provinciam facere vult Auguſtus, 4. 12. 22. in Hon. virtutis regnum datur Tullo, 1. 3. 1. Ptolemæi corpus repertum in aureæ loricæ Honore, 4. 2. 60. *h. e. decore, ornamento*,
Honores in Cæſarem congeſti, 4. 2. 91. Honorum, *h. e. magiſtratuum*, cupido ſeditionem concitat, 1. 26. 1.
Horatius, 1. 10. 4.
Horatiorum cum Curiatiis certamen, 1. 3. 3.
Horrendum, *pro ſtupendo*, 1. 7. 11. *ita etiam*
Horribilis fiducia, 2. 6. 31. Horribile dictu, 1. 16. 12: 2. 6. 12: 3. 5. 16: 4. 12. 13.
Horrificare, 3. 21. 10.
Horror, *pro veneratione cum metu juncta, qua ex religione incutitur*, 2. 17. 12: 3. 21. 10: 4. 2. 76.
Hoſpitale mare, *h. e. placidum & portuoſum*, 1. 16. 4.
Hoſpitium Urbis maritimum Oſtia, 1. 4. 3.
Hoſtiæ humanæ, 1. 16. 7.
Hoſticus, *pro hoſtili*, 2. 2. 18: 3. 10. 17.
Hoſtiles diræ, 3. 11. 3. Hoſtile bellum, 3. 22. 1.
Hoſtilius Mancinus *C.* 2. 18. 5.
Hoſtilius Tullus, Rom. Rex. 1. 3.
HOSTIS per inſidias ſublatus, videtur aliter vinci non potuiſſe, 2. 17. 17. Hoſtem Romanis toto orbe quærit Annibal, 2. 8. 5. Hoſtem vincere non vult exercitus, cum poſſet, 1. 22. 2. Hoſtes judicantur, Antonius, 4. 5. 3. Lepidus, 3. 23. 7. Mariani, 3. 21. 8. ad HOSTIUM arbitrium mori fortibus viris miſerrimum, 4. 8. 4. in Hoſtium numerum referri, 2. 16. 1. Hoſtibus ſuis immortui Romani, 1. 18. 17. Hoſtibus etiam recipiendis augenda reſpublica, 1. 1. 14.
Humani cibi, 3. 5. 10. *pro eſu humanæ carnis. ſic* Humanæ hoſtiæ, 1. 16. 7. Humana fragilitas, 4. 2. 79. Humanum caput in fundamentis Capitolii repertum, 1. 7. 8. generis Humani fata diſcunt, qui res pop. Romani legunt, *Præfat.* 2. generis Humani fœdus rumpunt piratæ, 3. 6. 1.

3. 6. 1. dominationis Romanæ, id eſt, Humani generis, 4. 3. 8. *ſic* imperii, id eſt, generis Humani, 4. 2. 43.
Hypſæus *L.* prætor, 3. 19. 7.

I.

JAcere, *de regione dictum, h. e. ſitam eſſe*, 3. 5. 1.
Jactari laboribus & periculis, *Præfat.* 2.
Jaculari, *pro jacere, mittere*, Panes, 1. 13. 16. ſe in tela hoſtium, 1. 14. 4. ſignum in hoſtes, 1. 11. 2.
Janiculus mons, 1. 25: 3. 21. 13: 3. 23. 6. occupatur a Porſena, 1. 10. 2.
Janus Geminus, 1. 2. 3. Jani porta clauſa, 2. 3. 1: 4. 12. 64.
Iberi, *pop.* 3. 5. 21.
Ictum fœdus, 3. 5. 12.
Id eſt, 2. 6. 49: 2. 7. 11: 3. 3. 6: 4. 2. 15: 4. 2. 43.
IDEM timendum iiſdem, 4. 2. 79.
Idonea clades, *h. e. ſatis magna*, 1. 12. 2.
Ignis accedit incendio, *proverbium*, 4. 6. 1. Ignis Ætnæus, 1. 16. 5. Ignis, claritudinis omen, 1. 6. 1. Ignis hauſtu perit Catulus, 3. 21. 16. Pontifex, Veſtales amplexus aras, tantum non eodem Igne ſepelitur, 3. 21. 21. Igne, ferro, manibus, exæquata Urbs, 1. 13. 14. Igni & aqua interdicere, 3. 16. 2. Ignes in naves jacti, 4. 11. 6. Ignium mora, 2. 15. 18. Ignibus & oleo fori milites, 2. 6. 12. Ignibus ſeptæ latebræ, 1. 3. 5.
Ignoſcere, 2. 9. 3: 4. 2. 92.
Ilerda, *urbs*, 4. 2. 26.
Ille *egregium ſignificat & clarum*, *ſic* magnus Ille Africanus, 2. 15. 12. Cato Ille Cenſorius, 2. 17. 9. pater Ille Gracchorum, *ibidem*. Metellus Ille, 2. 17. 10. Scipio Ille poſterior, 2. 17. 11. *Sic Veget.* 2. 3: Cato Ille major. *Aliorum auctorum exempla non indiligenter collegit Robertus Stephanus in Dictionario.*
Illuſtrat Aſiaticæ plagæ litora Cyzicum, 3. 5. 15.
Illyres, & Illyri, 2. 13. 1.
Illyricum, 1. 18. 3. in Illyrico victi Cæſariani, 4. 2. 30.
Illyrii aſſidui Romanorum hoſtes, 2. 3. 3. vincuntur, 2. 5: 2. 13: 4. 12. 6.
Ima Alpium juga, *h. e. comparata cum aliis, non ita excelſa*, 2. 3. 4.
Imaginarius rex, *h. e. non juſtus & legitimus*, 2. 14. 4. *ſic* imaginarii faſces, *apud Livium*, 3. 41. 1. Imaginaria belli indictio, *pro qualicumque, non ſolenni*, 4. 10. 2. Imaginarium jus, *pro quocunque prætextu*, 3. 11. 5. *Adde Formulas Vet. pag.* 377. *Sic* Imaginaria fides, *Sidon. epiſt.* 4. 12. *f.*
Imago pop. Romani, *Præfat.* 3. Imago potius urbis quam urbs, ædificia ſine civibus, 1. 1. 9. Imago *pro ſpectro*, 4. 7. 8. Imago nocturna, *pro ſomnio*, 4. 2. 45. *hinc* imaginari, *pro ſomniare, apud auctores.* Imagines Cæſaris circa templa, 4. 2. 91. ſub Imaginibus ſuis Araxem legi concupiſcit Antonius, 4. 10. 2.
Imbutus ad excidia urbium, 2. 18. 8.
Imitator Ætnæi ignis Veſuvius, 1. 16. 5.
Immane dictu, *h. e. mirum & incredibile*, 1. 10. 6. Sic Marcellin. 15. 21. *Immane quo quantoque gaudio.* Immania corpora ferro magis patent, 3. 10. 12. Immaniſſimi gentium Galli & Germani, 3. 10. 2. Immaniſſimum facinus, 4. 1. 3.
Immanitas gentium, 3. 2. 4. montium, 2. 6. 33.
Immaturus, *pro intempeſtive*, 1. 3. 5.
Imber corrumpit arcus, 2. 8. 17.
Imminuere, *pro minuere*, 4. 2. 9.
Immittere percuſſores, 1. 7. 2: 3. 1. 8. coſ. in Numidiam immittitur, *h. e. mandatur ei, ut in Num. impetum faciat*, 3. 1. 7.
Immolate, 3. 18. 8. *Ut, victima mactatus*, Liv. 42. 29. 2.
Immortui hoſtibus Romani, 1. 18. 17.
Impar, *h. e. non ſufficiens cœptis*, 3. 17. 9. Impar, *pro debiliore. ſic* Oceanus imparem ſe fatetur, 3. 10. 19.
Impatiens jugi, 2. 17. 8. pacis, 2. 8. 5. ſoli, 3. 6. 6. Impatientia Cæſaris, 4. 2. 37.
IMPERATOR quanti eſt, tanti exercitus, 2. 18. 11. Imperatoris clades ſacramentum auget, 4. 2. 65. Imp. etiam abſentis fortuna, pro partibus militat. 4. 7. 10. inter Imperatorem & militem medius Cæſar, *h. e. utrinſque munere fungens*, 4. 2. 50.

Digitized by Google

Imperium Romanum, niſi ſub uno principe, haud ita potuiſſe coire, 4. 3. 6. circa mala ſua diſtrictum, 4. 12. 1. Imperii curſus incurſione Gallica ſuppreſſus, 1. 13. 1. cum IMP. magnitudine creſcunt vitia, 2. 19. 1. Imp. ſecreta pignora, 1. 2. 5. Imp. dignitas ornamentis Tarquinii eminet, 1. 5. 6. Imp. ſedes, capite in fundamentis Capitolii reperto, promiſſa, 1. 7. 8. Imp. patrimonium, vectigalia, 3. 13. 4. Imp. ſenectus quaſi reddita juventute revireſcit, *Præfat.* 8. *ita Symmachus, epiſt.* 10. 22. f: *Feciſtis ut Urbs cana luxuriet in primam reducta lætitiam, & ver illud quondam vigentis ætatis.* Caſſiod. 1. 25. f: *Ut antiqui principes nobis merito debeant ſuas laudes, quorum fabricis dedimus longiſſimam juventutem: ut priſtina novitate reluceant, quæ jam fuerant vetuſtoſa ſenectute fuſcata.* Imp. terminus Rhenus, 4. 12. 39. Imp. æmulatione infeſti Latini, 1. 14. 1. Imperia pleraque vi & injuria conſtituta, 1. 2. 4. magna ſuis viribus ruunt, 4. 2. 1. Imperium, *pro poteſtate. ſic* Imp. regibus abrogatum, 1. 7. 10. *pro juſſu*, 1. 1. 2: 1. 14. 2: 1. 26. 7: 3. 19. 4: 4. 1. 9: 4. 2. 52, 66, & 90. *ſic* in IMPERIO plus eſt, quam in victoria, 1. 14. 2.

Impes, 4. 12. 54.

Impetrare. Saxa a gladio ſuo impetravit, ne veniret in poteſtatem hoſtium, 4. 9. 4.

Impetus barbaris pro virtute, 3. 3. 5. *Vide* Habere. Impetus primus. Gallorum, major quam virorum, 2. 4. 1. Impetum facere, 3. 17. 5.

Impiger fluminum, h. e. inter flumina, 3. 2. 4. *Sic dicimus, eximius virorum*, &c.

Impigre, *pro fortiter*, 3. 3. 8.

Impingere, *pro impellere contra aliquem. ſic* egeſtas Catilinam impegit patriæ, 3. 12. 12.

Impiæ pugnæ, *de civilibus*, 2. 19. 6. *Ita Claud. in Ruffinum*, 2 63. Impia certamina *vocat a cive concitata contra remp. quæ parentis inſtar eſt. Qua de cauſſa* Impii *etiam dicuntur, qui inſidiantur principi. ut apud Curtium ſæpius in cauſſa Philotæ. Vide etiam Lipſii notam* 270 *ad paneg. Plinii.*

Implere viam, *pro finire, abſolvere*, 4. 12. 62.

Impliciti dumis ſilveſtribus, 2. 3. 4. torrentibus abruptis, 4. 12. 6. *h. e. circumdati, cincti, quomodo fere* Impediendi *verbo utitur Ovidius, ep.* 14. *verſ.* 30. *Flore novo madidas impediente comas.*

Imponere ſtatum reip. 1. 1. 15. Ordinare remp. *vocat alibi, Juſtinus*, Formare. Imponere, *pro præponere, præficere*, 3. 6. 8. *ita crebro Tacitus.*

Importunitas, 1. 7. 9.

Importuna dominatio, 1. 8. 7.

Impotentia, *pro potentia immoderate exercita. ſic* impotentia fœneratorum, 1. 23. 1. Pœnorum, 2. 2. 3.

Imprecationes morientium, 2. 6. 8.

Improba claſſis, *pro audaci, nimis avida, nimis alta ſpirante*, 3. 10. 17. *ſic* improba ſpes *eſt apud Juſtinum*, 22. 7. 4. *Vide Bernecc. ad eundem*, 29. 2. 2. *Ita Seneca*, epiſt. 12. 6: *Nemo tam ſenex eſt, ut* improbe *unum diem ſperet. Hoc ſenſu Plinius*, 2. 26: *Rem auſus etiam Deo* improbam, *annumerare poſteris ſtellas.*

Imputare, *proprium verbum, neque aliud ea vi reperies, judicio Lipſii ad Tacit.* H. 3. 86. 7. *utitur hoc Sueton. Tib.* 53. 6. & Ner. 36. 5. *Plinius*, 8. 17. 2. *Gratiam referre, & nihil invicem* imputare, *rarum eſt*, 29. 1. 11. *Q. Stertinius*, imputavit *principibus, quod HS annuis quingenis contentus eſſet. Seneca, epiſt.* 104. 8.

In *cum quarto caſu junctum interdum ſignificat contra: ut* In aliquem expeditionem ſumere, 4. 12. 6. In captam urbem faces poſcere, 4. 12. 57. In aliquem percuſſores immittere, 1. 7. 2. In hoſtes converti, 1. 7. 4. In finitimos reſurgere, 1. 13. 19. In dominos erigere libertatem, 1. 21. 2. In ſe ipſum converti, 2. 19. 4. *Interdum uſque. ſic* In Cæſarem, *Præfat.* 1. In ſeculum noſtrum, *Præfat.* 8. In id tempus, 1. 17. 1: 2. 20. 7: 4. 12. 27. *Interdum per. ſic* In menſes deſcriptus annus, 1. 2. 2. In claſſes diſtributus populus, 1. 6. 3. *Interdum propter. ſic* In honorem mortuorum, 3. 5. 10. In honorem virtutis, 1. 5. 1.

Digitized by Google

In experimentum, 1. 5. 3: 1. 13. 3. In ultionem, 1. 11. 1. In auxilium, 1. 3. 6. In id, 4. 7, 13. *Interdum intra. ſic* In corpus ſuum redire, 1. 3. 9. In carcerem detrahi, 1. 24. 3. In anteceſſum. *Vide* A. In compendium miſſum bellum, *h. e. paucis utrinque demandatum*, 1. 3. 3. In cenſum relatus pop. Romanus, 1. 6. 3. In poteſtatem redigere, 1. 15. 3. In plana deducere, 2. 3. 5. deſcendere, 3. 5. 28. ſubmittere ædes, 1. 9. 4. In morem pecudum, *pro more pec.* 3. 8. 6. In fugam nutare, 3. 10. 4. *Interdum ubi motum ſignat, omiſſi quoque verbi vicem explet. ſic* In Ciliciam Pompeius, *ſubaudi convertitur*, 3. 6. 12. Cæſar in eundem rurſus Oceanum, 3. 10. 18. exercitus in fugam, *ſubandi, ſe conjicit*, 4. 2. 64. In *cum ſexto caſu junctum variæ ſignificationis eſt, ut ex exemplis melius cognoſcitur.* In manu tenere, *eſt, manu comprehenſum tenere*, 4. 12. 37. In equis & in armis excubare, *pro cum equis & armis, armatum & equitem*, 1. 1. 15. In tabulis relata civium diſcrimina, *h. e. redacta in tabulas, & in iis jam extantia*, 1. 6. 3. In equis venire, *h. e. inſidentes equis*, 4. 2. 18. *ſic* In equis candidis conſpecti Caſtor & Pollux, 1. 11. 4. In ſua dignitate mori, *h. e. excultum inſignibus honorum*, 1. 13. 10. In ipſa morte ira vivit, *h. e. inter mortem, dum moriuntur*, 1. 18. 17. In oſſibus capitum bibere, *pro ex oſſibus*, 3. 4. 2. Ita Seneca, Agamemn. verſ. 878: *Merumque in auro veteris Aſſaraci trahunt.* In partibus *ſcilicet eſſe, favere partium alterutri*, 3. 5. 23: 3. 14. 4: 4. 2. 5. In tempore, *h. e. opportune*, 3. 3. 13. In curulibus ſellis ſe ponere, 1. 13. 10. In *omiſſum & intellectum; ſic* comitiis, *pro in comitiis*, 3. 16. 1. *Ita legendum putem apud Lampridium, Heliogab. cap.* 25. mimicis adulteriis: *loquitur autem ibi non de pœnis ſolum adulterorum, ſed ipſa libidine.* Talis locutio eſt: *gladiatorio munere præſedit*, Suet. Claud. 2. 7.

Inacceſſus aditus, *quo non poteſt accedi*, 3. 1. 15. ſaltus, 4. 12. 27.

Inauguratio Capitolii, 1. 7. 7.

Incaleſcere, 3. 15. 1.

Incendere, *pro animare, ſtimulare*, 3. 5. 13. cupidine libertatis incenditur populus, 1. 8. 7.

Incendium Romæ, 1. 13. 17. Incendio proximorum ædificiorum hoſtem ſubmovere, 4. 2. 59. Incendia Carthaginis, 2. 18. 8. Incendiis Urbem diſtringere, 4. 1. 2. Incendium *metaphorice ſumptum, pro bello aut clade. ſic* INCENDIUM male obrutum reſurgit, 3. 21. 9. Incendii Theſſalici cineres recaleſcunt, 4. 2. 53. Incendio *Antoniano* quaſi ignis acceſſit Lepidus, 4. 6. 1. Incendium ſuum ruina reſtinguere, 4. 1. 7. quaſi ex obruto Incendio ſubita de cineribus flamma, 2. 15. 15. INCENDIA parum fideliter extincta majore flamma reviviſcunt, 3. 5. 14.

Incenſis mœnibus, quaſi ſacramento ne redirent, bellum movent Helvetii, 3. 10. 2. *Sic, puto, legendum in carmine Petronii, de bel. civ. verſ.* 283: *Sumite nunc gentes* incenſis mœnibus (*editiones* mentibus) *arma. Nam mox idem quaſi repetit: Sumite, & in medias immittite lampadas urbes.*

Incertum. *Vide* Dubium.

Incitatiſſimum viris armiſque tempus, *Præf.* 6. *h. e. promptiſſimum, fortiſſimum. Sic* incitatiſſimus furor *eſt apud Marcellinum*, 31. 4. *pro maximo. Nam* incitare *interdum augere eſt, ut apud Tacitum*, 3. 25. 1.

Incivilius ſe efferre, *h. e. ſupra æqualitatem civium*, 1. 26. 8. *Tacito*, 1. 12. 6. *eſt* pluſquam civilia agitare. *Vide Bernecc. ad Sueton. Cæſ.* 75. 10.

Inclinare ad hoſtem, 1. 3. 7.

Inclinatum cornu, 4. 7. 12. *in fugam nutans, ut alibi loquitur.* Inclinata acies *ſæpe apud hiſtoricos.*

Inclita Numæ religio, *h. e. celebris & magni æſtimata*, 1. 2. 1. Incliti armis Romani, 3. 1. 2. *deſcendit hæc vox a verbo* Cluo. Inclito portu urbs, 1. 20. 1. *Ita Salluſtius, H.* 4. 2. 27: regnum Perſidis inclitis divitiis.

Inconditus, *pro agreſti, rudi, impolito, ſic* Incondita moribus gens, 1. 13. 4. Inconditi clipei, 3. 20. 6. hoſtes, *pro inordinatis, confuſis & palantibus*, 1. 17. 5. Inconditæ rates, 3. 8. 3.

Incon-

Digitized by Google

Inconſpicuus, *h. e. inglorius, ignobilis*, 4. 2. 67.
Incremare, *pro concremare*, 4. 12. 24.
Increpare, *eſt hoſtibus illudere, dicteria in eos jacere*, 3. 3. 6. Increpare ambitum, moram, otium, 4. 2. 43. Increpare victis ſuperbe, 1. 13. 17. *Non nimis placet ea lectio, cum* Increpare *vix inveniatur tertio caſui junctum. legendum forte*: gladio, inſuper væ victis increparent: *ſaltem addita particula* in, *& una voce in duas diſparata*: *nam* b *&* v *frequenter invicem mutant*: *&* æ *diphthongus cum* e *vocali in antiquis libris ſolenniter confunditur.* Increpare *etiam ad facta tranſlatum, ſic* vallum Urbis Remus increpat ſaltu, 1. 1. 8.
Incubare, *pro pertinaciter inhærere, incumbere. ſic* Italiæ Incubat Annibal, 2. 6. 57. Urbis faucibus Porſena, 1. 10. 2. prædæ Hiſtri, 2. 10. 2.
Incumbere, *pro ſummo ſtudio urgere, ſic* Appuleius rogandis legibus incumbit, 3. 16. 2. Incumbere, *de bello quaſi mole aliqua dictum*, 4. 2. 6.
Incurrere in hoſtem, 1. 9. 7: 3. 4. 1.
Incurſio Gallorum, 1. 13. 1. Incurſiones, 3. 10. 10. Incurſionibus crebris fatigare, 4. 12. 47.
Incutere pavorem, *pro facere pav., terrere*, 3. 10. 14.
Indago, *proprie venatorium rete*; *per tranſlationem de iis quoque dicitur, qui undique opprimuntur & cinguntur. ſic* quaſi per Indaginem captæ rates, 4. 2. 48. Cantabri ritu ferarum, quaſi indagine debellati, 4. 12. 48. quicquid piratarum fuit, quadam Indagine incluſum & oppreſſum, 3. 16. 11. *Sic Plin. paneg. cap.* 34. *Mille* pœnarum indagine incluſi *delatores*.
Indicere bellum, 2. 8. 8.
Indictio belli, 4. 10. 2.
Indigena potio, 2. 18. 12.
Indignum facinus, 2. 16. 1. imperio mulieris perire, Indignius, 2. 5. 3.
Indita ſaxeo monti urbs, *h. e. impoſita, inædificata*, 3. 1. 14
Indoles Servii eximia, 1. 6. 1. INDOLIS magnæ ſignum, ſperare ſemper, 4. 8. 3.
Induciomarus *Trevir*, 3. 10. 7.
Inducere nomini capta oppida, *h. e. nomen eorum addere ſuo*, 1. 11. 9.
Indulgenter habere, *pro leniter tractare*, 1. 18. 15.
Indulgere aliquid alicui, 2. 14. 1. Ind. ſpectaculis, 3. 12. 10.
Indi, 3. 5. 31. legatos ad Auguſtum mittunt, 4. 12. 62.
Induſtria Ciceronis, 4. 1. 5. fatorum, 1. 8. 1. fortunæ, 2. 8. 1: 4. 2. 61. Tarquinii, 1. 5. 1. INDUSTRIA viribus temperatur, 2. 12. 3. Induſtrie, 1. 6. 3.
Inequitare campis, 4. 12. 20.
INERTIA Cæſarum imperium conſeneſcit, *Præfat.* 8.
Ineſcare, *eſca objecta illicere*, 3. 5. 13.
Inexpiabile bellum, *h. e. implacabile*, 4. 4. 1. *Ita Livius*, 33. 33. 3. *& Juſtinus*, 38. 6. 6.
Inexplebilis honorum fames, 3. 21. 6.
Infantes ſuos necant Cimbræ, 3. 3. 17. in ora Romanorum mittunt Alpinæ, 4. 12. 5.
Infantia pop. Romani, *Præfat.* 5: 1. 8. 1.
ad Inferos ſecum ferre, 4. 8. 3. *Phraſis Sacræ quoque ſcripturæ uſitata, ut Geneſeos capite* 42, *in fin.* ab Inferis emergere, *dicebantur qui ex deſperatis rebus eluctati erant, quaſi a mortuis redirent*, 2. 6. 23. *Vide Deſid. Heraldum, ad iſta Arnobii, lib.* 2. Et ab Orci faucibus, *quemadmodum dicitur*, vindicari.
Inferiæ, 2. 6. 8: 2. 18. 12.
Inferre cladem, 1. 13. 3: lumen, 4. 7. 8. *Sic Ovid. Faſt.* 2. 352. — illatis ignibus *acta patent.* ſigna, 1. 22. 3: 2. 17. 6. ſtuprum, 1. 7. 10.
Inficiari, *pro negare*, 1. 22. 2.
Infidum glacie flumen, 3. 4. 5. *Eadem metaphora Tacitus*, 1, 61. 2. fallaces campos *dixit*.
Infinitivus pro imperfecto indicativi, 4. 4. 2: 4. 11. 3, & 8. *Quintilian. declam.* 3. *pag.* 8. *f. Sic in Suet. Ner.* 40. *f. lego*: præcipere conatus rem ſilentio obliterare. *Eſt hac enallage modorum apta narrationibus* ὑποτυπωτικῶς. *qualis illa apud Salluſt. Jug.* 100: Cos. omnia providere, apud omnes adeſſe, laudare, increpare merentes, *&c.*
Influere, *de populo dictum, ſignificat*

cum copia venire, 1. 1. 9. *ſic* Influentia negotia. *Plin. paneg. c.* 81.

Infractus *pro fracto*, 2. 2. 25. *Sic Livius*. 40. 40. 6. *Virg. Æn.* 12. 1. *&* infractior, *Sulpicius Severus, Hiſt. ſacræ lib.* 2. *pag.* 166.

Infulæ victimarum, 4. 2. 92.

Infundere urbi agmen militum, *pro immittere*, 3. 21. 6.

Ingauni, *pop.* 2. 3. 5.

Ingenium Aſturum in pacis partes promptius, 4. 12. 59. Græcum Italicis artibus mixtum, 1. 5. 1. Romuli aſperius, 1. 1. 17. Ingenio varii Rom. reges, 1. 8. 1. Ingenia formantur ſitu locorum, 3. 2. 2: 3. 4. 4. Ingenium loci, *pro natura loci*, 2. 6. 16: 2. 17. 3. *Sic Plinius*, 17. 2. 15. *Papinius, Silvarum* 2. 278. *Salluſt. H.* 3. 5. 3. *Ita* ingenium pavoris. *Claudianus, in Eutrop.* 2. 470. *Livius alicubi de Cenſura*: *ut* imperium ſuo vehemens, *manſueto permitteretur* ingenio. *Adde Plinium*, 10. 58. *Rutilius Itiner. verſ.* 328: Sive loci ingenio, ſeu domini genio.

Ingratiſſimi hominum, 3. 5. 10.

Ingruentes hoſtes, 4. 2. 59.

Inhærere montibus, 4. 12. 18. ſcopulis, 4. 12. 46.

Inhiare auro, theſauris, 3. 11. 2, *&* 5.

Inhibere adoptionem, *pro impedire*, 4. 4. 2. arcus, *pro remittere*, 4. 10. 6.

Inhonorata ſocietas, 2. 8. 5.

Inicit, *pro injicit*, 1. 10. 5. *Ita Silius*, 18. 570. *Sic* abicit, *Juven.* 15. 1. adicit, *Martial.* 4. 54: 10. 82. *Vetus epitaphium*: *Centenas* adicit *numero creſcente coronas.* deicit, *Aſinius Gallus, apud Sueton. de claris Grammat. cap.* 12. ſubicit, *Lucanus*, 7. 774. *Ovidius de Ponto*, 2. 3. 37. Turpe putas abici, quia ſit miſerandus, amicum.

Injicere manum, 3. 14. 5.

Inimicus nobilitati, 3. 16. 1.

Iniquus nobilitati, 3. 16. 1.

Inter Initia Urbis, 3. 19. 2.

Injuria favorem conciliat, 4. 2. 56: 4. 4. 4. Injuriæ opportunus juvenis, 4. 4. 2. INJURIIS agitatus populus, cupidine libertatis incenditur, 1. 8. 7. Injuriæ *&* contumeliæ *differentia*, 4. 12. 30.

Inmodum *pro admodum*, 3. 1. 13.

Innoxia paſtoriæ ſectæ integritas, 3. 12. 2.

Inſani montes, 2. 6. 35.

Inſectari aliquem probris, 4. 4. 2.

Inſidere arcem, 3. 21. 7: 4. 2. 18. collem, 3. 23. 6. harenam, 4. 7. 6. mare, 4. 8. 1.

Inſidiarum fallacia. *Vide* F. Inſidiis mandare ſcelus, 3. 1. 4. Inſidias diſponere, 3. 10. 8. per Inſidias aliquem aggredi. 1. 10. 5: 2. 17. 17. INSIDIIS ſublatus hoſtis videtur aliter vinci non potuiſſe, 2. 17. 7.

Inſignia magiſtratuum ab Etruſcis, 1. 3. 5, 6. per Tarquinium, 1. 8 5. regia regni. *Vide* R. Inſignia imperatoria projecta, 1. 18. 7. *Exemplum ſimile, ſimulque trajectiuncula, occurrit in Hiſt. Miſcella*, 6. 8. *ubi legendum*: Mithridates vix DC equitibus comitatus aufugit, diademate & tiara, ne agnoſceretur, abjectis: Caſtra ejus direpta, &c. *Hinc intelligitur illud in libris Macchabæorum*, 2. 8 Nicanor, depoſita veſte gloriæ, per mediterranea fugiens. *Adde Xiphilin. Trajano, pag.* 254. Inſignia ſenatus, *pro ornamentis, hominibus qui ſenatum decorant*, 4. 1. 3. *ſic* inſignia virtutis, 2. 2. 22. *quæ alibi* monſtra virtutis *vocat*.

Inſignia, *ſubaudi facta*, 3. 10. 4. Inſignia trabeis & faſcibus trophæa, 2. 17. 16. inſignibus Marcomanorum ſpoliis trophæum, 4. 12. 23.

Inſimul, *pro junctim, ſimul. Præfat.* 3: 2. 20. 1. *Ita Statius, Silv.* 1. 6. 36. *Et gentes alis* inſimul *togatas. Collectio Chron. ex Anonymo, qui ſub Alexandro Severo vixit; fine lib.* 1. *Fiunt* inſimul *anni CCCXLVI.* Ut autem inſimul omnes conſpexit, *Geſta DEI per Francos, pag.* 63. *verſ.* 27. *Adde Paul. Diac. lib. XV. in morte Attilæ. Apuleius*, 1: *Florid. hoc ſenſu utitur voce* Cunctim.

Inſolentia Fabiæ, 1. 26. 3. Gallorum, 1. 13. 17. Lepidi, 3. 23. 2.

Inſtar navalis belli, *h. e. ſpecies, ſimilitudo*, 3. 5. 18.

Inſtare, *pro adeſſe, incumbere, urgere, imminere*, 3. 5. 7. Inſtare veſtigiis, 4. 11. 8.

Inſtinctus deorum, 1. 9. 1.

Inſubres aſſidui Rom. hoſtes, 2. 3. 3. vincuntur, 2. 4.

Digitized by Google

Inſulæ Fortunatæ, 3. 22. 2. Inſularum ſatum, 3. ?. 1.
Inſultare, 1. 18. 4. Inſultatum reliquiis *C.* Gracchi, 4. 15. 6.
Inſultatio Germanorum inter cædem Varianam, 4. 12. 36.
Inſurgere totis viribus, 3. 18. 13. *ſic* Conſurgere.
Intacti Umbri, *h. e. bello nondum laceſſiti*, 1. 17. 2. Intactæ viæ, *per quas nemo iter fecit*, 3. 10. 22. *Sic* Intactum fretum *eſt apud Claudian. belli Getici principio. In eodem tamen carmine, verſ.* 180. *non* intactum nubibus Olympum *legerim*, *ſed* intectum.
Integer & recens, 3. 1. 13. *Idem quod intactus*: *ſic* Integra provincia, 2. 17. 7. *Cæſar, de bel. civ.* 2. 5: ſuos cohortatus, quos integros ſuperaviſſent, ut victos contemnerent.
Integrata amicitia, 4. 10. 1.
Integritas paſtoriæ ſectæ, 3. 12. 2. virginitatis, 2. 6. 40.
Intelligit vires ſuas Hiſpania jam victa, 2. 17. 4. *Idem verbum in ſimili ſententia Plauti*: *Tum denique homines noſtra* intelligimus *bona, cum quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.* Intelligere pacem, 4. 12. 20.
Inter duos currus diſtractus Fufetius, 1. 3. 8. Inter manus laceratus Athenio, 3. 19. 12. Bæbius, 3. 21. 26. Inter mortem Tarquinii ſubſtitutus Servius, *h. e. dum moritur*, 1. 6. 2. Inter *etiam poſtponitur*, *ut* Cretam inter, 3. 6. 3. Rhodanum inter, 3. 10. 2.
Interamnium, *urbs*, 3. 21. 27.
Intercedit bello Oceanus æſtibus ſubductis, 3. 10. 5. *h. e. impedit pugnam, & vetat. quo ſenſu & Tribuni pl. dicebantur* intercedere.
Interceptus cos. *h. e. captus*, 2. 2. 11. *ſic* Interceptus exercitus, 3. 4. 4. Interceptæ naves, 3. 7. 3. Intercipi *etiam dicitur, quod alii deſtinatum, ab alio excipitur. ſic* Intercepta tempeſtate victoria, 2. 2. 32. Interceptum a Jove votum Marti nuncupatum, 2. 4. 4.
Intercidere, *pro perire, intercipi*, 2. 2. 31.
Intercludere hoſtem commeatibus, 3. 19. 11: 4. 2. 42.
Interdicere igni & aqua, 3. 16. 2.
Interdiu tenebræ, 4. 2. 45.
Interfluens Urbi Tiberinus, 1. 4. 2.
Interim, *pro interdum*, 1. 26. 6. *Sic apud Senecam, de ira*, 1. 16. Interim *optimum miſericordiæ genus eſt, occidere. & Conſol. ad Helviam*, 16. 11, *&* 12. *Item Senecam Tragœdum, in Hercule Oetæo, verſu* 81. *Plinium, epiſt.* 10. 17. *Quintil. Inſtit. Orat.* 10. 1. *p. & Declam.* 9. §. 30. *Apuleium, lib.* 1. *pag.* 119. *Senec. pr. Epitom.* 4. *Controverſ. & alterum Senecam, de benef. lib . . in fine. Corrigendus eſt Seneca Controverſ. IX.* quæ inter jocum ipſis dominis veniunt. *lege.* quæ interim cum ipſis dom. veneunt.
Intermœnia, 1. 4. 2. *Ad eam formam compoſita ſunt*, intercolumnia, *apud Cicer. in Verrem*, 1. 19. interfemineum, *apud Apulei. in Apologia.* internodia, *apud Virg. in Ciri, circa finem.* interſcapulium, *apud Apulei. princ. Floridorum.*
Internecio, *univerſalis clades*, 2. 17. 16: 2. 18. 6.
Internoctu, 4. 2. 45.
Intervenire, *pro intercedere. ſic* Intervenit pro ſociis pop. Rom. 1. 13. 6. Interveniunt raptæ pugnantibus, 1. 1. 14. Interveniente flumine ignis abrumpitur, 2. 2. 1. Interveniente quaſi natura, ad mare ſubſiſtunt Thraces, 3. 4. 2.
Inteſtinum mare, *pro mediterraneo*, 4. 2. 76. *Græci* τὴν εἴσω θάλασσαν *appellant, Agellius*, 10. 7.
Intolerantius, *pro intolerabilius*, 4. 12. 36. *Hoc ſenſu uſus eſt Owenus, acutus epigrammatum ſcriptor*: *Conjugio eſſe jugum non* intolerantius *ullum*.
Intra gloriam facinus Horatii, *h. e. minus gloriæ*, 1. 3. 5. Intra pudicitiam Auguſti, pulcritudo Cleopatræ, 4. 11. 9. *Sic Quintil.* 11. 3. 6: *Scripta Hortenſii* intra famam *ſunt, h. e. minora fama. Utitur eleganter Thuanus, ubi de Tartaris Prǽcopienſibus dicit, eos cibo & potu uti*, non modice tantum, ſed intra modum. *Utitur & Lipſius, de M. R.* 3. 4: gladii certe breviculi, & valde intra pili modum. *qui tamen in eadem voce Senecam, de benef.* 6. 32. 1. *corrigit. Sed rectius, ſi quid video, exponit Berneccerus*, intra pudicitiæ maledictum, *cum nondum adhuc publice male audiret. quod etiam velle videtur*

Digitized by Google

Gruterus, ſuſpicion. 18. 10. Sic *intra pubertatem mori*, eſt nondum puberem mori, Caio Inſt. 2. 4. 3. Horat. ad Piſones: *Intra ſpem veniæ cautus* ——. Intra ripam, *h. e. in citeriore ripa*, 3. 10. 14. *Sic Ovidius*, *Triſt.* 2. 127. *voce* Citra *utitur.*

Intremiſcere, 4. 3. 8.

Introiſſe victoria fuit, 2. 7. 11.

Invadere hoſtem, *pro aggredi*, 1. 16. 7: 4. 2. 95. Urbem, 1. 13. 14: 3. 20. 11. maria, 3. 6. 1. Invadere *ſignificat, aliquid vi aut fraude occupare. ſic* Invadere gubernacula Urbis, 1. 6. 1. regnum, 1. 8. 1. regnum & bellum, 2. 14. 3. rempublicam, 4. 2. 11.

Invehi in fugientem, *pro perſequi fug.* 4. 2. 84.

Invenire quoſdam, quam vincere, major labor, 2. 3. 4. Invenire, *pro offendere*, 3. 10. 7.

Invictus armis pop. Romanus, 3. 1. 2. Invicta Cæſarum fortuna, 4. 7. 10. Cimbrorum rabies, 3. 3. 5. Numantia, 2. 18. 2. Invicti a veris regibus Romani, ab imaginario ſuperantur, 2. 14. 4.

Invidia deûm, 1. 13. 1. *Sic Curtius*, 6. 2. 19: *&* 10. 5. 10. fortunæ, 4. 2. 1. Invidia vicit clementiam Cæſaris. 4. 2. 92. Invidia ex potentia, 4. 2. 8. Invidia, *pro odio & mala exiſtimatione*; διαβολὴ, Dionyſ. in Excerpt. Valeſ. pag. 533. Cic. ep. fam. 8. 8. 4. *ita* ſub exteri regis invidia graſſantur Cilices, 3. 6. 2. *h. e. regis nomen prætendunt, eique invidiam concitant. Sic Tutores* regis ſub aliena invidia regnaſſe, *eſt apud Livium*, 24. 25. 2. *Invidia regnate mea* ——, Lucan. lib. VII. v. 269. *Diocletianus* ſeveritatem ſuam aliena invidia voluit explere. *Hiſt. Miſcella*, 10. 44. *Sic Arnob. lib.* 1: *Ut inter Aſſyrios & Bactrianos, &c. dimicaretur*, invidia noſtra hæc fuit, Invidiam extenuare, 3. 18. 1.

Inviſus, *pro nunquam viſo*, 4. 12. 27.

Invitat occaſio, 3. 5. 4.

Invius exitus, 3. 20. 4. ſaltus, 1. 17. 3. Invii tumuli, 3. 10. 22.

Inultum cadere, more pecudum, 3. 3. 18. *ſic in Salluſt. Catilin.* 58. 11: *Cavete, ne* inulti *animam amittatis, neu capti potius*, ſicuti pecora, *trucidemini. Joſephus*, 13. 24. *vertit*, ὑπὸ ἐχθρῶν δίκην βοσκημάτων κόπτεσθαι non Inultum occumbere ſolatio morientibus, 3. 3. 18: 5. 21. 20.

Inundatio ſanguinis, 1. 13. 17.

Involvere, *pro corripere, complecti, trahere. ſic* bellum Tarentinum totam fere Italiam una ruina involvit, 1. 18. 1. Mithridates totum Orientem ſua involvit, 3. 5. 21.

Inuſitata maxime terrent, 1. 18. 6. *Hoc vult Parmenio apud Curtium*, 4. 13. 5: *Vanis & inanibus militum magis quam juſtis formidinis cauſſis moveri. Vide Plut. Mario, cap.* 23. *Juſtinum*, 11. 9. 7. *Cæſ. Civ.* 2. 4.

Ionium mare, 2. 7. 1: 2. 15. 1.

Ipſe *ferè emphaticum eſt, ut in his*: Ipſe ille, 4. 2. 1. *ſic Cicero ad Atticum*, 2. 1. *me* illum ipſum *vindicem æris alieni. Sic emendandum putabam in Juſtino*, 3. 4. 14: Ipſos illos *deos gratulantes tulere obviam, quorum exſecrationibus erat devotus.* Item in Seneca, ad Marciam. cap. III: *ipſis illis* (*non illam*) *hoſtibus cum veneratione & pace mutua proſequentibus.* Sic Tacit. 1. 43. 5: *iiſdem iſtis cum militibus.* Apulei. Apolog. *eandem illam filiæ ſuæ machinam Rufinus admovet.* Ipſo adventus hoſtici nuntio fugatur Antiochus, 2. 8. 10. Ipſo Punici maris nomine quidam deficiunt, 2. 2. 17. *quo loco etiam* Punico *legitur. utrumque defendi poteſt: prius eſt, ut illud Sidonii, epiſt.* 8. 12: Quamlibet ſola hiemalium menſium nomina tremas. *poſterius, ut illud Ovidii, epiſt.* 13. 53: Ilion & Tenedos, Simoiſque, & Xanthus, & Ida, Nomina ſunt ipſo pene timenda ſono. Sic *Nazarius Paneg. cap. XVIII*: Quid memorem Bructeros? quid Cheruſcos, Vangionas, Alamanos, Tabantes? Bellicum ſtrepunt nomina, & immanitas barbariæ in ipſis vocabulis adhibet & horrorem. *Sic noſter Flor.* 3. 10. 20. nomine ad terrorem compoſito. *Hieron. tomo IX. pag.* 174. A: portenta magis quam nomina. Ipſorum etiam barbari barbarorum Myſi, 4. 12. 13. Ipſa beneficiorum potentia gravis liberis, 4. 2. 92. Ipſa clades imperatoris ſacramentum auget, 4. 2. 65.

in Ipſa morte, ira vivit, 1. 18. 17.

Ira vivit in ipſa morte, 1. 18. 17. Idem expreſſit *Silius*, *fine libri quinti*: Fronte minæ durant, & ſtant in vultibus iræ. *Sic de Catilina Salluſtius*: ferociam animi quam habuerat vivus, in vultu retinens. Iræ *pluraliter*, 2. 15. 18.

Ire in arma, 4. 5. 2. in ſudorem, *pro reſolvi*, 2. 4. 2. furor iſſet ultra Alpes, 4. 1. 9.

Irrigari, *pro vegetari ſanguine digeſto*, 1. 23. 2.

Iſara, *fl.* 3. 2. 4.

Iſauricus, cognomen Servilii, 3. 6. 5.

Iſaurus, *urbs*, 3. 6. 5.

Ita, *Jurandi formulis inſervit*, 1. 1. 18.

Italia ſubacta, 1. 26. 9. contra Urbem conſurgit, 3. 18. 5. Italiæ vaſtatio, 2. 6. 8. Italia ſua contenti debuerant eſſe Romani, 3. 12. 6.

Italorum rebellium duces, 3. 18. 6. *quibus adde* Duillium *apud Frontinum*, 1. 5. 17. Guttam Capuanum, *apud Appianum*, *civ.* 1. *p.* 405. Statium, *apud eundem*, *civ.* 4. *p.* 603.

Iter aperire ad victoriam, 1. 14. 3. in Italiam, 2. 6. 4. adgubernare pedibus, 3. 5. 16. ſtellis ſequi, 3. 5. 28.

Itum eſt. 1. 9. 8.

Juba *Maurus*, 4. 2. 34. Pompeianarum partium, 4. 2. 65. interficiendum ſe præbet, 4. 2. 69. de Juba triumphus Cæſaris, 4. 2. 89.

Jubere leges, *h. e. ratas habere*, *facere*, 3. 17. 8. tributa, *pro imperare*, 2. 6. 2.

Judæi, 3. 5. 30.

Judiciariæ leges, 3. 12. 9.

Judicio ſuo, ſcelere alieno uti, 4. 7. 15.

Judicia ad equites tranſlata, 3. 13. 4. in quæſtu habita, 3. 12. 9.

in Jugulo hoſtes, 2. 6. 32.

Jugum, *pro culmine montis*, Maleum, 2. 9. 4. Pyrenæum, 2. 17. 6. Juga Alpium ima, 2. 3. 4. *Vide* Ima. Juga Tridentina, 3. 3. 11.

Jugum, 1. 11. 13. ſub jugum mittere, 1. 11. 13: 1. 16. 11, *&* 12. quaſi Jugo, ſic ponte captus Rhenus, 3. 15. 10. Jugum, *pro ſervitute. ſic* Jugi impatientes populi recens domiti, 2. 17. 8: 4. 12. 2. *Sic apud Tacitum*, *H.* 4. 17. 8: *Servirent Syria Aſiaque*, *& ſuetus regibus Oriens; multos adhuc in Gallia vivere, ante tributa genitos.* Jugum excutere, 4. 14. 2.

Jugurthinum bellum, 3. 1.

C. Julius Cæſar. *Vide* Cæſar.

Julius Cæſar *Sextus* cos. 3. 18. 8. vincitur a ſociis, 3. 18. 12.

Julius Proculus, 1. 1. 18.

Julia Pompeii conjunx, 4. 2. 13.

Julia gens, 4. 4. 2.

Iülus Albam condit, 1. 1. 4. *Idem diceret Arnobius*, *lib.* 2. *ſi per correctores liceret. Verba ſunt editionum*: Cujus ſocer Latinus fuit? Æneæ: genitoris Latinus cujus? Albani oppidi conditoris. *Cui dubium eſſe poteſt, quin ſcripſerit auctor*: Genitor is cujus? *ad quod is imperiti notarunt* Latinus, *quaſi de eo loqueretur, non de Ænea: quæ gloſſa ſolenni librariorum more deinceps in contextum recepta eſt: & quod aliis videretur ſenſus turbatior, duæ voces conjunctæ.*

Jungere ponte Urbem. *ſic* Bonna & Geſonia pontibus junctæ, 4. 12. 26. mole, bello regionem, 2. 2. 2. Boſphoron, 3. 5. 25. *ſic* ponte committere *dicit*, 1. 4. 2. flumen *gelu concretum* jungit ripas, 4. 12. 18. Jungere manus, *integratæ amicitiæ ſignum*, 4. 6. 3.

Jupiter quaſi præſens in Capitolio, 1. 13. 13: 3. 21. 16. intercipit votum Gallorum, 2. 4. 4. Feretrius, 1. 1. 11: 1. 12. 9: 2. 4. 5. Stator, 1. 1. 14.

Jurare in verba, 3. 16. 2.

Jus apud barbaros nullum, 1. 13. 6. JURIS quod ipſe compoſueris, oblivíſci non decet, 1. 24. 2. Jure agere, *h. e. jure gentium queri de illatis injuriis*, 2. 5. 3. JURE retinentur provinciæ, 4. 12. 19. Jure ſævitum, 3. 21. 8. *niſi forſan ex more* Flori addenda *vox*, quaſi jure, *ut* 3. 14. 7. *aut intelligendum de jure non juſto, de quo*, 3. 23. 3. Jure ſuo remp. peculantur equites, *h. e. conceſſa legibus poteſtate abutuntur ad peculatum*, 3. 17. 3. Jus belli, 3. 5. 13: 3. 19. 6: 3. 23. 3. civitatis, 1. 14. 1: 3. 18. 3. hereditarium, 2. 8. 7. *quo loco malim legere*: hereditario jure poſſidebat. *ſicut infra*, 3. 13. 5. *nec enim poſcere Lyſimachiam opus habebat, quam jam obtinebat, & inſtaurabat, ut teſtatur Livius*, 33. 24. 9.

Digitized by Google

33. 24. 9. *Ita forſan emendandus Apuleius, Apolog.* neminem noſtrum pauperem eſſe, qui ſupervacanea nolit, poſſidet (*pro* poſcit) neceſſaria. Jus imaginarium, 3. 11. 5. provocationis, 1. 9. 4. ſanguinis, 3. 1. 15. teſtamenti, 2. 20. 3. tribuniciæ poteſtatis, 3. 14. 5. victoriæ, 2. 7. 4: 3. 7. 6. Jura armis ſæviora, 4. 12. 32. humana atque divina, 3. 5. 7.

Jusjurandum non remeandi niſi capta urbe, *& ſimilia*, 1. 12. 8: 1. 16. 7: 2. 4. 13. *Tale etiam Labieni apud Cæſ. civ.* 3. 87. *& Cæſarianorum apud Appian. civ. lib.* 2. *pag.* 467.

Juſta, *pro inferiis*, 4. 2. 60.

JUSTITIA gubernanda imperia, 1. 2. 4.

Juſtus exercitus, 3. 20. 6, & 7. Juſtum prælium, 2. 7. 11. *Hoc ſenſu* juſta arma *apud Tacit.* 14. 32. 4. *quæ* militaria *ſunt Salluſt. Cat.* 56. 3. *apud eundem Tacitum etiam reperitur* juſtus exercitus, H. 4. 21. 2. *id eſt, plenus. Sic noſter*, 3. 20. 7.

Juturnæ lacus, 2. 12. 16.

Juvenis appellatur Auguſtus intra viceſimum annum, 4. 4. 1. Juvenis, *pro homine quadraginta annorum*, 4. 8. 4. JUVENES opportuni injuriæ, 4. 2. 2.

Juventius prætor vincitur a Pſeudophilippo, 2. 14. 4.

Juventa imperii, *Præf.* 7. Juventæ prima fax; 1. 1. 5. *pro primo impetu fervoris juvenilis.* Juventa *ætas eſt*, 1. 7. 7. *Vide centuriam epiſt. philolog. editam Francofurti, anno* 1614. *epiſt.* 36. *quæ eſt Hermanni Buſchii.*

Juventas *pro dea juventa*, 1. 7. 7. *pro ætate*, 2. 1. 1. Dio, pag. 611. C.

Juventus, *pro juvenibus*, diviſa per tribus, 1. 1. 15. mirum in modum exercita, 1. 3. 2. Capitolium defendit, 1. 13. 13.

K.

Κρηπῖδα, 2. 10. 3.

L.

LAbienus *T.* 4. 2. 83. Labienus, *ſuperioris filius*, 4. 9. 3.

Labor ventorum, 4. 11. 5.

Laborare, *pro periclitari*, 1. 12. 11.

Lacedæmon, *urbs*, 2. 2. 23. compeſcitur, 2. 7. 12.

Lacedæmonii Tarenti conditores, 1. 18. 2, *&* 6.

Lacerare ſemet bellis civilibus, 2. 19. 4. Lacerare furtis hereditatem, 4. 4. 2.

Lacertos movere, *pro convaleſcere*, *Præfat.* 8.

Laceræ comæ, 1. 1. 14.

Laceſſentibus cauſis, 2. 17. 5. finitimis, 1. 9. 6.

Lacones trecenti, 2. 8. 11. *Admonent hi loci apud Senecam, Suaſor.* 2. *ibi Victor Statorius*: Trecenti, ſed viri, ſed armati, ſed Lacones, ſed ad Thermopylas. Nunquam vidi plures trecentis. *lege* trecentos. *& hoc eſt, quod decentiſſimi generis ſtultam ſententiam vocat Seneca. Pluribus exponerem* τὸ γνήσιον *hujus lectionis, ſi modus inſtituti caperet.*

Lacus Mæotis, 3. 4. 6. Regilli, 1. 11. 2. Vadimonis, 2. 13. 21.

a Lævis, 3. 2. 2.

Lævinus *M. Valerius* cos. 2. 6. 25. Philippum vincit, 2. 7. 6.

Lamponius *Samnis*, 3. 21. 22.

Lanceæ Cimbrorum, 3. 3. 16.

Lancia, *urbs*, 4. 12. 56.

Lapidare, *lapidibus obruere*, 1. 22. 2.

Lapidatio, *conjectio lapidum*, 3. 8. 6.

Lapis, *pro milliari*, 2. 6. 56.

Largitio bellorum gladiatoriorum cauſſa, 3. 12. 10. Largitio Druſi, 3. 17. 6. Largitione ſuſpectus Mælius, 1. 26. 7. nulla Largitione in pretium libertatis corrumpi, 1. 26. 6. Largitio *igitur tum ad alias quoque liberalitates pertinet*; *tum in ſpecie ad editiones gladiatorii muneris, aliorumque ſpectaculorum. Quamvis Agretius diſtinguat*, Largitatem *humanitatis eſſe*; Largitionem *ambitionis.*

Lars Tolumnius, rex Veientium, 1. 12. 9. *Vide Val. Max. lib. n.*

Laſthenes *Cretenſis*, 3. 7. 6.

Late circumfert arma pop. Romanus, *Præfat.* 2. Late per Etruriam infeſta ſigna volitant, 1. 17. 2.

Late fuſus exercitus, 2. 16. 5. Late fundis civium Romanorum tenetur Sicilia, 3. 19. 3. Late concurritur ad nomen Marii, 3. 21. 11. Late Parthos cædit Ventidius, 4. 9. 5.

Late dominantur Liburni, 2. 5. 4. Latius naufragia ſua trahunt Galli, 1. 13. 19. Latius ærarium replent opes Cypriæ, quam ullus triumphus, 3. 9. 5. Latius ut vinceret Cæſar, Pompeianis acceſſit Juba. 4. 2. 65. *Horatius*, *Od.* 3. 17. Late tyrannus, *Salluſt. Jug.* 5. 5. *Syphacis* Imperium *in Africa* late valuit.

Latebræ ignibus ſeptæ, 2. 3. 5.

Latifundia, 3. 18. 3.

Latinarum feſtum, 3. 18. 8.

Latini vincuntur, 1. 14. mixti Romanis, 3. 18. 1: 1. 1. 9.

Latium, 1. 1. 4: 1. 7. 4: 1. 11. 1. contra Urbem conſurgit, 3. 18. 5.

Latio promiſſa civitas, 3. 12. 9.

Latrones, *pro piratis*, 3. 6. 2. *ſic* Latrocinium maris *pro piratica eſt apud Juſtinum*, 43. 3. 5. *Strabo, lib.* 14. *habet* λῃστήρια καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν. *Ita.*

Latrocinari *eſt piraticam facere*, 3. 6. 3.

Latrocinia magis quam bella, 2. 3. 4. ad latrocinia magis, quam aperto habiles Marti, *Marcellinus*, 15. 23. *Sic apud Salluſt. Jug.* 97. 6. *pugna* latrocinio magis, quam prælio *ſimilis. Liv.* 35. 7. 6. latronum magis, quam hoſtium *excurſiones. &*, 33. 15. 2. proximum bello quod erat, in latrocinium verſi. *Vide Gentil. de jur. belli*, 1. 2. Latrones *&* hoſtes *in libris juris ſæpiſſime opponuntur. Vide Lexicon Briſſonii, voce* latrones. Latrociniis evaneſcere, 3. 3. 18.

Latus imperii nudum, 3. 5. 4. *Metaphora a gladiatoribus deſumta, quos, ut ait Seneca, de ira*, 1. 11. 2. ars tuetur, ira denudat.

Laureati victoriæ nuntii, 3. 3. 20.

Lauro, *urbs*, 3. 22. 7. apud Lauronem cæſus Cn. Pompeius, Magni filius, 4. 2. 86.

Laurus in prætoria nata, 2. 7. 7. Laurus, *pro triumpho*, 4. 2. 88: 4. 12. 53.

Lectulus aureus, 3. 5. 28.

Legatio, *pro officio legati, ſive locumtenentis*, 2. 8. 14. *pro officio legati, ſive nuntii*, 2. 2. 23. *pro legatis ipſis.* Legatio Allubrogum ſollicitatur a Catilinariis, 4. 1. 9. Appuleii ad Senatum, 3. 16. 6. Cæſaris ad Arioviſtum, 13. 10. 11. Cimbrorum ad Romanos, 3. 3. 2. Cimbrarum ad Marium, 3. 3. 17. Indorum ad Auguſtum, 4. 12. 62. Orodis ad Craſſum, 3. 11. 4. Pyrrhi ad Romanos, 1. 18. 20. Romanorum ad Achæos violatur, 2. 5. 3. ad Illyrios violatur, 2. 5. 3. ad Jugurtham corrumpitur, 3. 1. 6. ad Tarentinos violatur, 1. 18. 5. Sarmatarum, Scytharum, Serum ad Auguſtum, 4. 12. 62. Legationis dux, *h. e. princeps*, 2. 6. 7.

Legati, *pro vicariis imperatorum*; *Gall. Lieutenants*, 3. 6. 8: 3. 19. 7: 3. 22. 6: 4. 2. 26, *&* 31: 4. 9. 4, *&* 5: 4. 12. 51.

Legiones tres a Germanis cæſæ, 4. 12. 34. undecim a Parthis, 3. 11. 2.

Lentulus *Marcellinus* legatus Pompeii, 3. 6. 9

Lentulus prætor vincitur a ſervis, 3. 19. 7.

Lentulus *Cn. Cornelius Clodianus* vincitur a Spartaco, 3. 20. 10.

Lentulus *P. Cornelius Sura* prætor conjurat cum Catilina, 4. 1. 8.

Lentulus *L. Cornelius Crus* cos. 4. 2. 15.

Lentulus Dacos vincit & Sarmatas, 4. 12. 19, *&* 20.

Lentulus Getulicus. *Vide* Coſſus.

Lentuli *Batiati* ludus gladiatorius, 3. 20. 3.

Leonidas, 2. 2. 4.

Lepidus *M. Æmilius* bellum civile concitat, 3. 23.

Lepidus *M. Æmilius* triumvir, 4. 6. fratrem proſcribit, 4. 6. 4. ad Urbis præſidium relinquitur, 4. 7. 5.

Leucas inſula, 4. 11. 4.

Leucates mons, 4. 11. 4.

Levis armatura, 4. 2. 49. Levia præſidia, 4. 2. 18.

Lex Sulpicia, 3. 21. 6. Leges agrariæ, 3. 3. 3. 3. 13. 1. Auguſti, 4. 12. 65. frumentariæ, 3. 13. 1. Gracchanæ, 3. 16. 1: 3. 17. 1, *&* 6. judiciariæ, 3. 12. 9. Leges Rom. a Græcia allatæ, 1. 24. 1. Leges citant nefas, *h. e. facinus examinatur legibus*, 1. 3. 5. Leges ferre, jubere, 3. 17. 8. ferre, *pertinet ad magiſtratus*; jubere, *ad populum.* Leges pacis, *pro conditionibus pacis*, 2. 6. 59.

Levare *pro extollere, altiorem facere. ſic*

hiems

hiems altius Levat Alpes, 3. 3. 11. *Vide etiam* H.
Libanus mons, 3. 5. 29.
Libellus rationes theſaurorum continens, 4. 12. 44.
Liberi Cereriſque certamen Campania, 1. 16. 4.
LIBERIS gravis eſt ipſa beneficiorum potentia, 4. 2. 92.
Liberaliter educari, 1. 6. 1.
LIBERTAS omnibus potior, 4. 2. 25. LIBERTATIS cupidine incenditur populus injuriis agitatus, 1. 8. 7. Lib. gaudium, 1. 9. 3: 2. 7. 14. in Lib. pretium nulla largitione corrumpi, 1. 26. 6. Lib. vindices imperio ornati, 1. 9. 1. Lib. acerrimus cuſtos pop. Romanus, 1. 26. 6. Libertatem, quam maxime reſtitutam voluerunt, perdiderunt Brutus & Caſſius, 4. 7. 1. Lib., a dominis datam, in ipſos erigere, 1. 21. 2. in Lib. excipi, 2. 6. 4. ad Lib. vindicandam accingi. 1. 9. 1. Libertate, a Romanis data, adverſus ipſos utitur Critolaus, 2. 16. 2. pro LIB. pugnantium cruentior pugna, 3. 10. 4. pro Lib. arma corripere, 1. 9. 6: 1. 10. 1: 1. 11. 5.
LIBIDO non minus exoſa, quam ſævitia, 4. 12. 31. Libido Sexti Tarquinii, regibus imperium abrogat, 1. 7. 9. Appii Claudii decemviris poteſtatem, 1. 24. Libido pugnandi, *pro ardore*, 4. 2. 46. libidines, *pro congreſſibus Venereis*, 4. 11. 2. *Sic Propertius*, 2. 16. 1: *Rumpat ut* aſſiduis *membra* libidinibus.
Libro *L. Scribonius*, 4. 2. 19. Pompeii legatos, 4. 2. 31.
Liburnæ, *navium genus*, 3. 9. 5.
Liburni, *pop.* 2. 5.
Libycum mare, 3. 6. 9.
Licentiæ ſcelus addere, 2. 5. 2.
Licinius Craſſus *M.* Spartacum vincit, 3. 20. 12. *Vide etiam* Craſſus.
Lictoris virgæ, 4. 12. 31.
Lictoriæ virgæ ſonus, 1. 26. 3.
Ligures, aſſidui Rom. hoſtes, 2. 3. 3. Liguſticus ſinus, 3. 6. 9.
Lilybæum, *urbs*, 2. 2. 14.
Limen maris, *pro oſtio, ingreſſu primo*, 3. 6. 9.
Lingua cauſſidici vipera appellata, 4. 12. 37.
Liris, *fl.* 1. 18. 7.
Liris, *urbs*, 1. 18. 24.
Litare ſanguinem, 3. 4. 2. extis, 4. 12. 17. Litare Manibus occiſorum, 2. 5. 4: 3. 18. 14.
Livius Druſus *M.* trib. pl. 3. 17.
Livius Salinator M. debellat Aſdrubalem, 2. 6. 50.
Locus ſceleris & pœnæ idem, 2. 2. 29. *Adde Val. Max.* 1. 1. 19. *& Dionem, lib.* 51. *pag.* 513. Loci fiducia reſiſtere, 2. 8. 11. Loci ingenium obſervare, 2. 6. 16. Locum in prælio captum, amiſſa anima, corpore tegere, 4. 1. 12. *Totidem verbis Salluſtius.* Loco movere urbem, 2. 15. 6. Locorum ſitus ingenia format. *Vide* I. Locis tuti populi, 2. 3. 4.
Longe illis nauticæ artes, *h. e. artes nauticæ nihil profuerunt illis*, 2. 2. 8. *ſic explicat ipſe Florus*, 2. 6. 34: Longe illi triplex murus, &c. niſi quod hactenus profuere. *Sic Virg. Æn.* 12. 52. Longe illi dea mater erit —. *Ovid. Metamorph.* 8. 435: ne longe tibi captus amore Auctor — *Hieron. fine apologiæ ad Domnionem*: Procul Epicurus, longe Ariſtippus. *Hinc corrigendum putem Cæſ. de bel. Gall.* 1. 36. *ubi vulgo*: longe ab his fraternum pop. Romani nomen abfuturum; *putem, inquam, ſcribendum*: longe iis fr. p. R. n. futurum, *Vide Lipſii notam*, 480, *ad paneg. Plinii. & Livinei. in paneg. vet. pag.* 289. *f. Item Ovid. Epiſt.* 17. 53. *Sic Papin. Theb.* 3. 666. —— procul hæc tibi mollis Infula, terrificique aberit dementia Phœbi.
Longini *familia patricia*, 4. 1. 3.
Loqui *dicitur* fama, 4. 10. 7.
Lorica, *pro opere*, circumdati obſeſſi, 2. 18. 13: 3. 10. 25. *Quid proprie ſit, vide apud Vegetium*, 3. 28. *& Lipſ. Poliorc.* 2. 2.
Lucania, 2. 6. 30. conſurgit contra Romanos, 3. 18. 6.
Lucani, 1. 18. 1. vincuntur a Carbone, 3. 18. 13.
ad Lucernam legere, 4. 2. 71.
Lucretia, 1. 7. 10: 1. 24. 2.
Lucrinus portus, 1. 16. 4.
Luctatur pop. Rom. cum finitimis, *Præfat.* 5. domi. 2. 1. 2. Luctari *vocat, bella ut non magna, ita difficilia gerere, viribus nondum confirmatis.*

Digitized by Google

Lucullus *L. Licinius* Turdulos vincit, 2. 17. 11.

Lucullus *M. Licinius* Thraces vincit, 3. 4. 6.

Lucullus *L. Licinius* Mithridatem vincit, 3. 5. 2, *&* 17.

Lucullus *L. Licinius* vincitur a ſervis, 3. 19. 11.

Lucus aſylum factus, 1. 1. 9. in Lucis conventus Gallorum, 3. 10. 21.

LUDIBRIUM calamitatem auget, 3. 20. 2. Ludibrio hoſtium ſe eximere, 3. 21. 15. Ludibrio eſſe, 3. 11. 10, *&* 11. haberi, 3. 21. 26. Ludibriis fœdare mortem, 3. 4. 2.

Ludibundus, 2. 10. 2.

Ludimagiſtri Faliſci perfidia, 1. 12. 5.

Ludii, 3. 20. 3.

Ludus gladiatorius, 3. 20. 3.

Ludi, *pro ſpectaculis*, Aſculanorum, 3. 18. 9. equeſtres, 1. 1. 10. Nemeæ, 2. 7. 14. Tarentinorum, 1. 18. 4.

Lumen prætoriæ navis, 4. 8. 5.

Luna commilitans, 3. 5. 22. Luna quarta, 1. 18. 19.

Lupa, Romuli nutrix, 1. 1. 3.

Luſitani, 2. 17. 12. Viriato militant, 2. 17. 15. Sertorio, 3. 22. 1.

Luſtrata quaſi incendio Gallico Urbs, 1. 13. 18.

Lutatius Catulus *C.* cum Pœnis debellat, 2 2. 33. *alii ſcribunt* Luctatius, *ſed illud rectum eſſe claret ex verſ. Silii*, 15. 730. Æquoreis victor cum claſſe Lutatius armis.

Q. Lutatius Catulus Lepidum compeſcit, 3. 23. 6. *Vide etiam* C.

Luxuria, *pro luxu*. 1. 18. 22. LUXURIA ſua debellatus Antiochus, 2. 8. 10.

LUXUS famem facit, 3. 12. 8. Luxu extinctus furor Antonii, 4. 11. 1. Luxus *pluraliter*, 2. 8. 8.

Lyſimachia, *urbs*, 2. 8. 7.

M.

MAcedo, *pro Macedones. Vide* Sing. pro Plur. affectator imperii populus, 2. 7. 2. Macedones, 1. 18. 27. Macedonum tributarii Thraces, 3. 4. 1.

Macedonia, 1. 18. 6. debellatur, 2. 7. *iterum*, 2. 12. *tertium*, 2. 14. in partibus Pompeii, 4. 2. 5. provincia Bruti, 4. 7. 4.

Macerare hoſtem, *attenuare & venare*, 2. 6. 28.

Machinas incendere, 4. 2. 24.

Macra, *fl.* 2. 3. 4.

Macte, 2. 18. 16.

Mæander, *fl.* 2. 8. 15.

Mælius *Sp.* regnum affectat, 1. 26. 7. *apud Plut. Bruto, cap.* 2. *corrupte eſt* Μάλλιος Σπόριος.

Mæotis lacus, 3. 4. 6.

Magaba mons, 2. 11. 5. *Totum locum ita reſtituo*: quamvis ſub adventum hoſtis, relictis ſedibus, in altiſſimos ſe montes recepiſſent. Toloſtobogii Olympum, Tectoſagi Magaba inſederant. utrinque fundis ſagittiſque acti, &c.

Magiſter regis, 4. 2. 60. *h. e. qui eum inſtituit quacunque in re.* Plaut. Bacchid. 3. 3. 42. *Virg. Æn.* 5. 669: —— nec exanimes poſſunt retinere magiſtri. *Statio, ſilv.* 5. 193. Moderator *eſt*; —— indomiti Phœnix moderator alumni. *Μνήμονα vocat Ptolem. Hephaſtion. apud Photium, Biblioth. Cod.* 190.

Magiſtratu ſe abdicare, 3. 14. 5. Magiſtratuum cauſſa exorta ſeditio, 1. 26. 1.

Magnanimitas ducum Romanorum, 1. 18. 16.

Magnificus apparatus conviviorum, 3. 12. 12

MAGNITUDO apparatus exitioſa, 2. 3. 35: 2. 18. 17: 4. 2. 49: 4. 11. 5. cladium, 3. 19. 4. elephantorum, 1. 18. 8. navium Antonianarum, 4. 11. 5. Pompeii, 3. 5. 2. prædæ Veientis, 1. 12. 10. Romana, *Præfat.* 1, & 3. eo Magnitudinis crevit pop. Rom., ut ſuis viribus conficeretur, 3. 12. 6. Magnitudo ſerpentis Libyci, 2. 2. 20. Tarenti, 1. 18. 2. MAGNITUDO virtutis calamitatibus approbatur, 2. 2. 22. Magnitudo *igitur vel proprie ſumitur, vel tranſlate, pro potentia & præcellentia.*

Magna fortuna pop. Romani, & ſemper in malis major, 3. 18. 13. MAGNÆ indolis ſignum ſperare ſemper, 4. 8. 3. Magnum fidei monumentum Saguntus, 2. 6. 5. MAGNA nomina, ut non in uſum; ita ad ſpeciem imperii, acquiſiſſe, decorum, 3. 12. 4.

Majeſtas Cæſariani nominis, 4. 4. 4. populi,

populi, 1. 9. 4. Reguli, 2. 2. 25. Romana, 4. 2. 8. Senatus, 1. 5. 2: 3. 17. 3. majeſtas capta, *in Perſeo*, 2. 12. 11.

Majorum cauſſa parcere delinquentibus, 3. 5. 10. Majoribus noſtris ablata, non ſunt noſtra, 1. 2. 4. *Vide diſputationem Jephtæ adverſus regem Ammon., Judicum c.* 11. Majus fuit imperium Rom. quam ut ullis externis viribus extingui poſſet, 4. 2. 1.

Male, *pro nequicquam, fruſtra*, 3. 5. 26. *pro obiter, vix, non ſatis. ſic* MALE obrutum incendium majore flamma reviviſcit, 3. 21. 9. *Ita* —— male viva caro, *Ovidius, Met.* 15. 380: *& Faſt.* 3. 102: male forte genus. male focillata ſocietas, *Suet. Aug.* 17. 1: *&* 21. 2. nationes male quietæ. *Statius, Theb.* 11. 552. Qua male jam plumis imus tegit inguina thorax.

Maleus ſinus, 3. 6. 3. Maleum jugum, 2. 9. 4.

Malus genius Bruti, 4. 7. 8. MALIS augetur animus fortis, 3. 5. 20. Malis ſuis maria terraſque permiſcuit Sertorius, 3. 22. 2. in MALIS ſemper major pop. Romani fortuna, 3. 18. 13. in ipſis Malis beatiſſima Numantia, 2. 18. 16. in ipſis Malis utcunque felix, 4. 2. 50. hoc ei in Malis ſuis indulgente fortuna. 2. 14. 5.

Mamilius Tuſculanus, 1. 11. 1.

Manare, *pro emanare*, 4. 2. 94.

Manciniana deditio, 3. 14. 2.

Mancinus. *Vide* Hoſtilius Mancinus.

Mandare, *pro jubere, & delegare*, 4. 12. 12. Mandare expeditionem, & ſumere, ut differant, 4. 12. 48. Mandare ſibi inferias, 2. 6. 8. *verbum teſtamentarium, quo de late Briſſonius in Lexico.* Mandare aliquid ad uxores, *jubere aliquid renuntiari*, 3. 3. 6. *ita intelligo Tacit. H.* 4. 51. 3. *ſic Vopiſcus Aureliano, cap.* 30: Mandare ſcelus inſidiis, *h. e. per inſidias exequi*, 3. 1. 4. *ſic Juſtinus*, 5. 2. 5. *Anonymus, de rebus bellicis, pag.* 87: Vindictam ſuam malis artibus commendavit. Ultionem. *Vide* U.

Mandata morientium, 1. 9. 1. Hujus generis ſunt mandata de funere, *apud Sueton. Aug. cap. ult.* ſuprema, *apud Senec. Medea, verſu* 451. *Vide Tacit. Agric.* 45. 8 *Silium*, 15. 791. Ovid. Faſt. 5. 654.

Manifeſta victoria, *pro haud dubie eventura*, 2. 7. 7. *Sicut è contra apud Ovid. Metam.* 15. 577. —— *Tyrrhenæ gentis haruſpex Magna quidem rerum molimina vidit in extis*, Non manifeſta *tamen*. Manifeſto vultu eſſe, *h. e. vultu aperte præ ſe ferre*, 4. 2. 83.

Manibus ſe conſecrat Senatus, 1. 13. 9. ſe devovent Decii, 1. 14. 3: 1. 17. 7. Manibus Cæſaris graves Caſſius & Brutus, 4. 6. 2. exercituum Rom. Aſculi everſione litatur, 3. 18. 14. legatorum Rom. principum Illyriorum cæde litatur, 2. 5. 4. Pompeii vindictam quærit fortuna, 4. 2. 55. Saguntinorum parentatur, 2. 6. 8.

Manilius *Manius* cos. Carthaginem oppugnat, 2. 15. 7.

Manilius prætor vincitur a ſervis, 3. 19. 7.

Manlius *M. Capitolinus* Capitolium defendit, 1. 13. 13. ab arce Tarpeia dejicitur, 1. 26. 8.

Manlius *Cn.* vincitur a Cimbris, 3. 4.

Manlius Torquatus *T.* 1. 13. 20. filium occidit, 1. 14. 2.

Cn. Manlius vincitur ab Hiſtris, 2. 10. 2.

Manlius *Cn. Vulſo* Gallogræcos vincit, 2. 11. 2.

Manlius Catilinæ ſocius, 4. 1. 8.

Mannius trib. mil. 2. 2. 17. Mannii *alias dicuntur indecori vultus perſonæ, quibus pueri terrentur; vetus Scholiaſtes ad Perſ.* 6. 56. *& ita forte cepit Auguſtus in nequiſſimo illo ſuo epigrammate.*

Manubiæ armorum, 2. 18. 6. captarum urbium, 1. 7. 8.

Manus dextra Craſſo amputata, 3. 11. 11. Manus porrecta ſalutantibus, 3. 21. 16. Manum injicere, 3. 14. 5: 4. 1. 9. Manu ſua aliquem occidere, 1. 10. 8. quadam quaſi Manu repellere hoſtem, 3. 5. 9. quaſi una Manu facta ſtrages, 4. 2. 49. conſerere, *pro confligere*, 2. 18. 3. Manu reſtituere prælium, *h. e. pugnando*, 3. 10. 4. *ſic* Manu pulcer apparuit Auguſtus, 4. 4. 5. Manus amputatæ cauſſarum patronis, 4. 12. 37.

Manus

Manus abſcindere, 3.4.7. Manus quaſi amputantur ademtis armis, 2.18.4. Manus jungere, *amicitiæ ſignum*, 4.6.3. inter Manus lacerata præda, 3.19.12. inter Manus laniatus Bæbius, 3.21.26. Manibus amnem retinere, 3.3.12. Manibus ſuis ad necem non uſi Caſſius & Brutus, 4.7.15. Manibus & ſuis, & ipſorum, Saguntum evertit Annibal, 2.6.4. Manus, *pro copiis, exercitu, globo*, 1.12.1: 3.3.19: 3.10.11: 3.14.4, & 6: 3.15.4, & 5: 3.21.13: 4.2.33, & 58: 4.10.3. Manus, *pro vi, bello, armis. ſic* Manu capta matrimonia, 1.1.16. Latini Tarquinios Manu reducunt, 1.11.1. Antonius conjurationem Catilinæ Manu opprimit, 4.1.5. *Sic Tacitus, Germ.* 36. 2: ubi manu agitur. *Salluſt. Jug.* 31.13: non manu, neque vi. Manus, *pro poteſtate. ſic* in Manus alicujus incidere, 2.8.4. venire, 4.12.38. *Ita princ. Inſt. de libert.* quamdiu quis in ſervitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitus eſt. *Hinc* Manumiſſio *dicta*. omnia manu a regibus gubernabantur, l. 1. de O. I. *ſic apud Livium*, 34.7.8. minus filiæ, uxores, ſorores etiam quibuſdam in manu erant; Manus ferreæ, *machina a comprehendendo (quod manuum officium eſt) dicta*, 2.2.9. *Lucan.* 3.635. Hieron. epiſt. 3.3.

Marcellinus, Pompeii legatus, 3.6.9. *Videtur autem hic jungendus Lentulo, & unum ex iis faciendum corpus.* Marcellinus *enim* Lentulorum *cognomen eſt. & Appianus, de bel. Mithrid. pag.* 236. *Africam Lentulo* Marcellino *tributam affirmat, an legendum videatur in noſtro*; Lentulus Marcellinus Libycum & Ægyptium, &c.

Cl. Marcellus *M.* opima reportat, 2.4.5. coſ. 2.6.25. Annibalem vincit, 2.6.29. Siciliam recipit, 2.6.33.

Marcellus *C. Claudius* coſ. 4.2.15.

Marcellus, diminutum a Marco, 1.3.8. *Plutarchus tamen, in vita Marcelli, a Marte derivat.*

C. Marcius Coriolanus, 1.11.9. patriam oppugnat, 1.22.3.

Marcius Philippus *Q.* coſ. bellum cum Perſe gerit, 2.12.4.

Marcius Philippus *L.* coſ. bello ſociali, 3.18.8. *Vide etiam* P.

Marcius *C. Figulus* Dalmatas vincit, 4.12.11.

Marcomanni, *pop.* 4.12.23.

Mare Adrianum. Ægæum. Africum. Hadriaticum. Ionium. *Vide ſuis quodque locis.* Mare externum, *pro Oceano Atlantico*, 4.2.76. *Plut. Cæſ. cap.* 17. *eſt* ἡ ἔξω θάλασσα. *Vide etiam* Inteſtinum mare. Mare hoſpitale, *pro placido & portuoſo*, 1.16.4. velis opertum, 2.8.2. Maris otia, portus, 1.16.4. gemitus, 4.11.5. Mare præcludunt piratæ, 3.6.1. Maria revomunt ſpolia, 4.11.7. Maria piratica rabie corrumpunt Baleares, 3.8.2. Maria prius Oceani, quam arma Romana, montes ſuos aſcenſura credunt Hiſpani, *proverbialis locutio*, 4.12.94.

Margaritæ Indicæ, 4.12.62.

Mariana rabies, 4.2.2. tempeſtas unde, 3.12.11.

Maritimus triumphus, *pro navali*, 2.2.9. Maritimum quaſi Urbis hoſpitium Oſtia, *h. e. quod mari venientia reciperet*, 1.4.3. Maritima, *ſubaudi* loca, 4.12.51.

Perperna *M.* Ariſtonicum vincit, 2. 20. 6.

Perperna ſervos vincit, 3. 19. 8.

Perperna Sertorianus vincitur a Pompeio, 3. 22. 9.

Perpetrare cœpta, *h. e. perficere*, 3. 14. 6.

Perpetuitas, 3. 6. 15.

Perpetuus dictator Cæſar, 4. 2. 91. Auguſtus, 4. 12. 66.

Perſæ. 2. 8. 2. Perſæ ſeptem, 3. 5. 1.

Perſes, *Macedo*. 2. 12. 2.

Perſici arcus, 2. 8. 17.

Pertinacia Samnitium, 1. 16, 7.

Pervicaciſſimi hoſtes, 1. 11. 11.

Peruſia, *urbs*, 4. 6. 3. obſidetur, 4. 5. 3.

Peruſinum bellum, 4. 5.

ad Pedes alicujus provolvi, 4. 11. 9.

Peſſumdare *pro perdere*, 3. 12. 7.

Peſtilentia ex fame, 3. 5. 17. *Sic Curtius*, 9. 10. 13: Famem deinde peſtilentia ſecuta eſt.

Peſtis, *pro hominibus noxiis, ut hoc loco pro piratis*, 3. 6. 7. *ſic dicitur* Clades. *Latro in Catilinaria*: Vigent enim in illa clade res diverſiſſimæ. *Catilinam intelligit. Ita* Scelus, *Plauto, Amphitruone*, 2. 1. 7. *Græcis* κάθαρμα *ut Synesio, epiſt.* 4. ἀλλ' ἐξεκεκώφει τὸ κάθαρμα. Peſtis *autem ſæpius. Idem Latro, in Cat.* omitto peſtis hujus impuriſſimas voces. *Cicero, Philipp.* 5. 6:

 Hanc

Hanc peſtem agmen armatorum ſequebatur. *& Philipp.* 8. 3: omnes Caphones, omnes Saxæ, ceteræque peſtes, quæ ſequuntur Antonium. *Sic apud noſtrum* Portenta, *&* Prodigia.

Petreius dux Pompeianus, 4. 2. 26. Jubam & ſe interficit, 4. 2. 69.

Phaleræ, 1. 5. 6.

Pharnaces *Ponticus*, 3. 5. 26. vincitur a Cæſare, 4. 2. 56. de Pharnace triumphus, 4. 2. 89. Pharnaces *autem dicitur etiam Ciceroni ad Atticum*, 11. 21. 4. *alii efferunt* Rharnax. *ſicut & gentile* Καππαδόκης *Latinis eſt Cappadox*, etiam Græcis Καππάδοξ *eſt, auctore Stephano. ſic* Pollux *Plauto, Bacchid.* 4. 8. 53. *eſt* Polluces. *Non enim pluralis eſt ut putabat Sitzmannus in Rutilium, verſu* 155.

Pharos, *inſ.* 4. 2. 59. in ferculis Ægyptii triumphi, 4. 2. 88.

Pharſalia *pro regione ad Pharſalum: aut forſan ipſa urbe*, 4. 2. 64, 66, *&* 89.

Phaſelis, *urbs*, 3. 6. 5.

Philippici campi, 4. 2. 43.

Philippus *L. Marcius*, cos. 3. 17. 7. ambitus poſtulatus, 3. 17. 1. *Vide etiam* Marcius Philippus.

Philippus *Macedo*. 2. 7. 2. *&c.*

Φοινικίδα Græci appellant, quod Latini paludamentum, 1. 5. 6. *ſic forte ſcribendum in Dione, lib.* 46. *pag.* 356. *ubi de omnibus Panſæ oblatis:* χλαῖνις ἐν τούτῳ φοινικῆ αὐτοῦ περισφίγων *&c. vertendum certe fuit;* paludamentum.

Phryges in Italiam veniunt, 1. 1. 9.

Φυγαδοθῆραι, 3. 19. 7.

Picentes, *pop.* 1. 19. 2.

Picentia, *urbs*, 3. 18. 11.

Picenum *regio Picentium*, 3. 18. 5.

Pictæ togæ, 1. 5. 6.

Pignus *dicitur omne quod rem aut cauſſam ſecuram facit, quoniam ea pignoris proprie dicti virtus eſt. ſic* Pignus annonæ, 4. 2. 22. conjurationis, 4. 1. 4. imperii, 1. 2. 3: *& Liv.* 5. 52. 5: *&* 26. 27. 12. *Ita Capitolium* pignus imperii *vocat Tacitus, H.* 3. 72. 2. *ſupercilium conſulis*, pignus reip., *Cicero pro Sextio, cap.* 8. *Rutilius, Itiner.* 2. 55: æterni fatalia pignora regni. *Ovid. Met.* 6. *VI*: Pignora virgineis fatalia tollite palmis. *Seneca*, 1 *controv. III, de inceſta de ſaxo*: Veniet ad colendum imperii Romani pignus, etiamſi non ſtupro, at certe carnificis manu inceſta.

Piiſſimus, 4. 7. 15.

Pila ingentia, 2. 7. 9. in elephantos congeſta, 1. 18. 18.

Piræeus, 3. 6. 3. Piræei portus, 3. 5. 10.

Pirata navalis, 4. 8. 2. Piratæ communes gentium hoſtes, 3. 6. 1.

Piratica rabies, 3. 8. 2. Piraticum bellum, 3. 6.

Piſo *L. Calpurnius* Thraces vincit, 3. 4. 6: 4. 12. 17.

Piſo prætor vincitur a ſervis, 3. 19. 7.

Piſtrix, *marinus piſcis*, 3. 5. 16.

Plaga, *pro regione*, 1. 16. 3. 3. 2. 2: 3. 5. 15. *pro vulnere*, 4. 2. 72: 4. 12. 3. in Plana deducti Ligures, 2. 3. 5. deſcendere juſſi Aſtures, 4. 12. 59. Orodes, 3. 5. 28. in Plana ſubmittere ædes, *h. e. quæ in excelſo loco poſita erant, demoliri, & in planitie ædificare*, 1. 9. 4.

Plane quaſi, 1. 10. 8. *Vide* Q.

Plato, 4. 2. 71.

Plaudit populus ſuccumbente gladiatore, 3. 3. 21.

Plauſtra Cimbrorum, 3. 3. 16.

Plauſus Græcorum, recepta libertate, 2. 7. 14. Plauſus ſupplicantium ſignum, 3. 6. 13. Plauſus *eſt compleſio, h. e. concuſſio manuum; unde & nomen habet.*

Plebes, *pro plebs*, 1. 25. 1. 26. 1.

Plebeii magiſtratus, *h. e. ex plebe deſumti*, 1. 26. 1.

Plena dignitas, *h. e. adulta, perfecta*, 4. 4. 2.

Plurimus pulvis, 2. 6. 16. Plurimum quantum, *ſicut immane quantum*, 4. 2. 74.

PLUS eſt in imperio, quam in victoria, *h. e. majus emolumentum*, 1. 14. 2. in utro Plus eſſet (*hominibus captis, an agris*), nec ipſe victor æſtimare poteſt, 1. 15. 3. PLUS eſt provinciam retinere, quam facere, *h. e. majoris operæ*, 2. 17. 8. Plus negotii cum ſemiruta Carthagine, quam integra, 2. 15. 13. Pluſquam bellum, 4. 2. 4. *h. e. quod non ſatis exprimi poteſt hoc nomine. ſic Lu-*

canus,

tatus, 7. 639: — plus eſt quam vita ſaluſque.

Plotius Pompeii legatus, 3. 6. 8.

Pœni in Hiſpania, 2. 17. 5. Pœnorum metus diſciplinam Romanam continet, 3. 12. 2. *Vide etiam* Carthaginienſes.

Polliceri *dicuntur omnia, quæ colliguntur & ſperantur ex iis. ſic* victorium laurus in prætoria nata, 2. 7. 7. Pollicentur aves, Urbem bellatricem fore, 1. 1. 1. numina, Romæ firma omnia & æterna fore, 1. 7. 8. *Ita* Promittere.

Pollux. *Vide* Caſtor.

Polyxenidas, Antiochi præfectus, 2. 8. 12.

Pompeii, *urbs*, 1. 16. 6.

Pompeius Q. fœdus init cum Numantinis, 2. 18. 4.

Pompeius Strabo, *Cn. Magni pater*, rebelles Italos vincit, 3. 18. 14.

Pompeius *Cn. Magnus*, 3. 12. 13. piratas vincit, 3. 6. 7. *&c.* Cretenſes in deditionem accipit, 3. 7. 6. Aſiam ſubigit, 3. 5. 31: 3. 10. 1. fœdus cum Parthis ferit. 3. 5. 31: 3. 11. 4. contra Sertorium mittitur, 3. 22. 5. Lepidum compeſcit, 3. 23. 6. fugit a Brundiſio, 4. 2. 20. trucidatur, 4. 2. 52. Armenos rectores a Romanis accipere cogit, 4. 12. 43. Pompeius & Brutus Caſſiuſque eodem in loco victi, 4. 7. 6. Pompeii magnitudo, 3. 5. 2. potentia nimia, 4. 2. 8. geſta bello Mithridatico, 3. 5. 21. *&c.* filia interficitur, 4. 2. 90.

Pompeii juvenes, *Magni filii*, legati patris, 3. 6. 9. bellum contra Cæſarem inſtaurant, 4. 2. 74. *Horum natu major*

Cn. Pompeius vincitur a Cæſare, 4. 2. 78. interficitur, 4. 2. 86. *minor*

Sex. Pompeius, 4. 2. 87. paterna repetit, 4. 3. 3. ejus bellum & interitus, 4. 8.

Pompilius Viriatum per inſidias tollit, 2. 17. 17.

Pomptinus ager, 1. 13. 9.

Ponere caſtra, *h. e. caſtrametari*, 2. 8. 15: 3. 5. 28: 3. 11. 4: 4. 2. 31. 37, 38, & 70: 4. 11. 4. pœnas, *pro abolere, deſinere*, 3. 21. 27. tentoria *pro figere, erigere*, 2. 8. 9. Urbem, *pro condere*, 2. 8. 7, *quo loco malim legere*: poſitam majoribus, *quam* a majoribus, *ſic apud Tacitum*, 6. 41. 3: urbes Macedonibus ſitæ. *ſicut & eundem ſcripſiſſe cenſeam*, 3. 38. 7: Philippopolim Macedoni Philippo ſitam. *ita noſter*, 3. 1. 14: urbem Herculi conditam. Ponere *pro condere dixere præter noſtrum Tacitus, Velleius, Virgilius, Varro apud Nonium voce* lavit. *Hinc* poſitor *pro conditore. Ovid. Metamorph.* 9. 453: — in Aſide terra Mœnia conſtituis poſitoris habentia nomen.

Pons de cadaveribus, 2. 6. 18. Milvius, 3. 23. 6. navibus factus, 3. 5. 22. Rheni, 3. 10. 15. Rhodani, 3. 10. 3. ſublicius, 1. 10. 4. Ponte committitur Tiberinus, 1. 4. 2. jungitur urbs, 1. 8. 4: 4. 12. 26. jungi mare non poteſt, 2. 2. 2. Ponte quaſi jugo captus Rhenus, 3. 10. 15. Ponte reciſo Tiberim tranſnatat Cocles, 1. 10. 4.

Ponticæ gentes, 3. 5. 1. Ponticum mare, 3. 5. 1, & 18: 3. 6. 10. Pontici triumphi, Pompeii, 4. 2. 8. Cæſaris, 4. 2. 89.

Pontifex ſenes Romanos devovet, 1. 13. 9. Pontifices a Numa inſtituti, 1. 2. 2.

Pontius *Samnis*, 1. 16. 10.

Pontus, *regio*, 3. 6. 8.

Popedius, 3. 18. 6. dux & auctor belli ſocialis, 3. 18. 10.

Poplicola *ſcribendum*, *non* Publicola, 1. 9. 4.

Populari. Ignis populatus incendio ſilvas, 2. 2. 1.

Popularis, *addictus & favens plebi*. 3. 14. 2. *ſic* facta popularia, *apud Liv.* 6. 14. 2. *His enim locis populus pro plebe accipitur: quemadmodum & apud Martialem, epigr.* 8. 15. & 50. *Suetonium ſæpius; cum alioquin differant. Vide* §. 4. *Inſt. de J. N. G. & C.*

Populus affectator quondam imperii, Macedones, 2. 7. 2. gentium victor, orbiſque poſſeſſor, Romani, 3. 13. 2: 3. 9. 3: 4. 12. 61. Victor omnium gentium populus, *Arellius Fuſcus, apud Senec. controv. lib. II, controv. IX.* Martius, Rom. 3. 3. 2. nauticus, Rhodii, 3. 7. 8. princeps, Rom., *Præfat.* 3: 1. 8. 5: 1. 26. 5: 2. 2. 32. Albani, 3. 1. 2. Princeps gentium, Rom. 3. 19. 1: 4. 2. 1.

Digitized by Google

4. 2. 1. regum & gentium arbiter, 3. 18. 7. rudis & paſtorius, Rom. 2. 2. 4.

Populus Romanus. *Vide* Romani.

Populus virorum, 1. 1. 10: 4. 6. *conſtans tantum ex viris. ſicut Amazones, ſi qua fuerunt, poſſis dicere* populum feminarum. *Non igitur videtur pertinere hoc exemplum ad illa, in quibus pro multitudine ponitur* populus. *ſicut apud Corn. Nepotem de bel. Troj.* lib. 6. *de Niobe*: —— Se quem peperit populum, flevit. *Senec. Nat. quæſt.* 6. 32: communes populis cadentibus rogi. *alioſque quos obſervarunt ita locutos viri docti. quibus etiam lingua Germanica accedit. Vide Lipſ. ad Senecam, de benef. lib. VI. not. CCXXX.*

Porcius Cato, legatus Pompeii, 3. 6. 10.

Porcius Cato *M. Uticenſis* Cyprias opes Romam vehit, 3. 9. 5. *Vide etiam* Cato.

Porcii Catilinæ ſocii, 4. 1. 3.

Porſena *Tuſcus*, 1. 10.

Porta Collina, 3. 21. 6, *&* 22. Eſquilina, 3. 21. 6. Scelerata, 1. 12. 2. Portis pene apertis Carthago capta, 2. 2. 18.

Portenta, *pro hominibus prodigioſe ſceleratis*, 4. 2. 60. *Vide* Peſtis.

Portus foſſitius Carthagine, 2. 15. 14. inclitus Brundiſii, 1. 20. 1. marmoreus Cyzici, 3 5. 15. Syracuſis, 2. 6. 34. Morinus, 3. 10. 16. Pyræei, 3. 5. 10. *Vide* Torrens Vergelli. Tarentinus, 1. 18. 2. Portus nobiles Campaniæ, 1. 16. 4. Portuum utilitas, 1. 18. 2. *Eam oſtendit & Cenſorini cos. oratio apud Appianum in Punicis.*

Poſſe. Magis ut Poterat, quam ut debebat, 4. 7. 5.

Poſt Annibalem quod timeretur, fuit in Jugurtha, 3. 1. 2. Poſt Carthaginem bellum in Africa, 3. 1. 1. *Emphatice iſta proferuntur, quaſi diceret, neminem potuiſſe ſuſpicari, hoſtem aliquem metuendum eſſe, victo Annibale; & quidem in Africa Carthagine deleta, qui hoſtium maxime erant formidoloſi & potentes: cum alias ſoleat fieri, ut validiſſimis domitis, reliqui ſponte in poteſtatem veniant: quomodo* Poſt Carthaginem neminem vinci pudet: 2. 7. 1. Poſt Tarentum nemo Italorum bellum audet, 1. 19. 1. quid enim una Poſt quinque legiones? 4. 2. 29. *itaque cum* Poſt Macedonas Thraces rebellant, 3. 4. 1. *mirabundus addit*: ſi diis placet!

A. Poſthumius Albinus. *Vide* Albinus. Poſthumius *autem ſcribendum non* Poſtumius. *eſt enim a* poſthumo, *non a* poſtumo *ſive* poſtimo: *Sic apud Plinium*, 14. 12. 2: Numæ regis Poſthumia lex eſt: vino rogum ne reſpergito. Ubi *notare libuit* poſthumia *ſcribendum non per majuſculam* Poſthumia, *ne gentile videatur: deinde* poſthumium *dici, quod ad humatum pertinet, ita enim illam legem capio* poſthumiam *ab argumento, ſicut alias ſunt leges ſumptuariæ, annales, veſtiariæ, &c.*

Poſthumius *A. Regillenſis* dictator Latinos vincit, 1. 11. 2.

Poſthumius *Sp.* coſ. Samnitibus deditur, 1. 16. 12.

Poſthumius *M. Regillenſis trib. mil. conſ. pot.* ab exercitu lapidatur, 1. 22. 2.

Poſthumius *A. Albinus cos.* Ligures vincit, 2. 3. 5.

Poſtilla, 2. 2. 14. *Sic reponunt in verſu Plautino Menæchm.* 2. 2. 67. *Douſa pater in Arbitrum*, 2. 14; *& Gulielmius. Et uſurpat Plautus in eadem fabula*, 4. 3. 11. *&* 5. 9. 18.

Poſtremo, *ſicut* Denique, 3. 18. 5.

POTENTIA nimia movet invidiam, 4. 2. 8. FACILIUS creſcit quam incipit, 2. 1. 2. *Senecæ locus citatus, deſumptus eſt ex P. Syro, ille enim*: Facilius creſcit quam inchoatur dignitas. POTENTIA quoque beneficiorum gravis liberis, 4. 2. 92. POTENTIÆ cupidis facile convenit de invadenda rep. 4. 2. 11.

Pothinus *Spado*, 4. 2. 60.

Potio ex frumento, 2. 18. 12.

POTESTAS ſolitudine vel mora corrumpitur, 1. 9. 2. Poteſtas Tribunicia ſeditionum omnium cauſſa, 3. 13. 1. Poteſtatem agere, 1. 7. 2. in Poteſtatem redigere, 1. 15. 3.

Potiri, *cum genitivo jungitur; ut* Potiri gentium, 1. 1. 18. *cum ablativo, ut* Potiri capite, 3. 1. 4. caſtris, 3. 1. 9. *Vide etiam Ind. Juſtinianum.*

Digitized by Google

Præ poculis neſcire ubi ſis, 2. 10. 2. *impedientibus poculis.* Præ tanta victoria leve damnum, *h. e. comparatum cum tanta victoria*, 2. 2. 11.

Præbere ducatum ſceleri, *h. e. præſtare ſe ducem*, 3. 21. 2. ſpeciem conſecrationis, *pro facere*, 1. 1. 17. fauces offocandas, *h. e. offerre*, 2. 11. 6. *Hoc ſignificatu Ovidius, Met.* 12. 111: Et ſe præbentem valuit diſtringere Cygnum. *Seneca, de provid.* 4. 24: Præbendi fortunæ ſumus. *Liv.* 9. 17. 6: Cyrum longa vita vertenti præbuit fortunæ.

Præcinere *dicuntur tibiæ præcedentes*, 2. 2. 10. *tubæ, ad quarum ſonum modumque aliquid fit*, 2. 16. 6.

Præcipitantibus fatis, 4. 2. 43. *h. e. vel urgentibus, & agendi ſignificatu ſumitur; velut* præcipitare mentem, *apud Virg. Æn.* 2. 3. 16. *vel potius in exitum tendentibus. ſicut apud eundem, Æn.* 2. 8. nox humida cœlo Præcipitat, ſuadentque cadentia ſidera ſomnos. *falluntur enim, qui de principio noctis exponunt. non enim idem ſenſus eſt, qui in illis apud eundem, Æn.* 2. 250. & ruit Oceano nox. *Cæſar de bel. civ.* 25: hiems præcipitaverat. *hoc ſenſu Salluſtius*: præcipiti in veſperam die. *Curtius*, 6. 5. 3: præcipiti ſenectute. *Marcellin.* 19. 18: autumno præcipiti. *&* 24. 19: vigilia ſecunda præcipiti, *dixerunt. Ovid. Triſt.* 1. 3. 47: Jamque moræ ſpatium nox præcipitata negabat.

Præcipere, *pro antecapere, præoccupare. ſic* fata, mortem, veneno, 3. 9. 4: 4. 12. 50. *Hujuſmodi exempla multa collegit B. Rhenanus in theſauro locut. Taciti, pag.* 17. *& ſeq.*

Præcludere maria, *h. e. intuta reddere*, 3. 6. 1.

Præco, 4. 7. 15. in judiciis, 4. 12. 31.

Prædæ cupiditate clades accepta, 2. 10. 2. *Eleganter Homerus, Il.* 15. 346. *Hectorem facit imperantem ſociis*: In naves ruerent, & omitterent ſpolia. Prædæ negatæ cauſſa lapidatus imperator, 1. 22. 2. prædam in anteceſſum dividere, 4. 12. 24.

Prædicere, *pro præſagire, præſignificare*, 2. 6. 14.

Prædicta conjuratio, *h. e. prodita, indicata*, 4. 12. 33.

Præfecti, *pro legatis*, 3. 6. 8: 3. 7. 6.

Præfecti navium, *Græcis trierarchæ*, 2. 5. 3.

Præferre, *vox triumphalis*, 2. 7. 7. *Vide* Fercula. Præferre *pro præ ſe ferre, manifeſte oſtendere*, 4. 2. 46.

Præludere, 4. 2. 2.

PRÆMIA armorum armis defendenda, 4. 2. 17.

Prænavigare, *pro prænavigare*, 3. 8. 3.

Præneſte, *urbs*, 1. 11. 7. ſub haſta venditur, 3. 21. 27.

Præneſtina arx, 1. 18. 24.

Præpeditus, *pro impedito*, 2. 8. 17: 4. 11. 6.

Præſagire aliquid animo, *h. e. providere animo*, 1. 4. 3.

Præſagia fatorum, 2. 6. 48, & 53.

Præſens, *pro eo quod non differtur*, 1. 26. 7. Præſentius, *h. e. quod certius demonſtraret faventes deos*, 4. 7. 9.

Præſidere regno, *h. e. regem eſſe*, 2. 7. 2.

Præſidia, *Gall. garniſon. ita* Præſidia levia, 4. 2. 18. Præſidia detrahere, *h. e. removere, expellere*, 2. 2. 12: diſſipare, *fere idem*, 4. 9. 4. in tutelam provinciarum diſponere, 4. 12. 26. Præſidia, *pro qualicunque auxilio, ſubſidio. ſic* PRÆSIDIA dignitati paranda, 4. 2. 9.

Præſidis unius nutu, quaſi anima, regitur imperium, 4. 3. 6.

Præſto eſſe, *h. e. imperata prompte facere*, 3. 5. 29.

Præter ſpem omnium revireſcit imperium. *Præfat.* 8. Præter ſpem omnium rex fraude præcipuus, fraude capitur, 3. 1. 2.

Prætexta, 1. 5. 6.

Prætextatus filius Scipionis, 2. 6. 10. Prætextati ſenes, 1. 13. 14. *Deſcendunt hæc a verbo* prætexere, *quod veſtes illæ purpura* prætexerentur. *Eleganter uſus eſt hoc verbo Virgilius Ciri, verſu* 319. An neſcis qua lege patris de vertice ſummo Edita candentes prætexat purpura canos?

Prætoria, *ſcilicet navis; Gall. l'amiral, ut Græci ναυαρχίδα dicunt*, 2. 7. 7. Prætoriæ navis lumen, 4. 8. 5.

Precibus negata, armis petere, 3. 3. 3.

Premere terga cedentis, *h. e. inſtare cedenti*, 2. 6. 30. Premi fame, 2. 18. 13.

Pren-

Prenſare fugientes, *pro comprehendere ut maneant.* 4.2.82. *Vide Val. Max.* 3.2.19. *Eſt autem hoc orantis maxime, Tac.* 2.31.2.

Pretium, *pro quacunque re, qua aliud quid comparatur & quaſi emitur. ita* Pretium proditionis, 1.1.12. victoriæ, 1.17.7. 1.20.2. Pretium fœderis Jugurtham facit Bocchus, 3.2.16. in Pretium fœderis arma deponere juſſi Numantini, 1.18.4. in Pretium libertatis nulla largitione corrumpitur pop. Romanus, 1.26.5.

Prima acies, *quæ proxime hoſtem eſt*, 4.2.82.

Princeps populus. *Vide* Populus. Principes, *pro primoribus cujuſque civitatis*, 3.17.3. *ſic* Princeps Ætoliæ Thoas, 2.8.9. Princeps nobilitatis, 3.17.5. *ſic* principes Senatus & juventutis, *dicti. Quæ nomina honorem & præcellentiam, non autem poteſtatem, arguebant. Poſtea ab Auguſti tempore, qui remp. nomine* Principis *ſub imperium accepit, nomen* principis *dominum ſignificare cœpit. ſic* PRINCIPUM diſcordiæ, miniſtrorum exitio piantur, 4.6.4. *Inde*

Principatus, *pro dominatione*, 3.12.13.

Principia, 3.10.12: 4.2.45. *Erant autem loca caſtrorum, in quibus tribuni mil. jus dicebant, aliaque militaris juriſdictionis exercebant. ut in quæſtorio quæſtor, imperator in prætorio. Hinc Apuleius, de Mundo, ſub fin. libri.* & (ut *expungo*) ſoitis ejus (*[illegible]is, de qua loquitur*) magiſtratus tribunalia, principia milites frequentant (*ita velim, non* frequentabunt). *ſic* Principia numerorum, S. 4. *de Juſtiniano Codice ad Mennam. Vide latius de his Sigonium, de ant. jur provinc.* 2.6. *Donatum ad Sueton. Othon. cap.* 6. *Stewech. ad Veget.* 1.20.

Privatus conſulem aggreditur, 4.4.4. Privatum bellum, *h. e. quod privati gerunt, tanquam non concernens remp.* 1.12.1. Privatis opibus ſubventum reip. 2.6 24.

Prius, *pro potiori*, 1.16.2.

Pro *varias ſignificationes habet; aliquando enim denotat ante, vel in. ut* pro Roſtris, 3.21.14: 4.2.91. *quod idem* in Roſtris *dicit*, 4.6.5. *aliquando ſecundum, juxta. ut* Cæſar Pro natura ferox, 4.2.38. pro rei atrocitate, 1.15.8. Pro ſcelere animadvertendum, 4.1.10. non Pro cetera felicitate, 4.2.78. *aliquando loco. ut* Romulus accipi ſe jubet Pro numine, 1.1.13. Pro dote, 1.1.14. *ſæpius ad defenſionem cauſſa, propter, de. ut* pugnare Pro finibus, gloria, imperio, libertate, ſociis, 1.9.6: 1.10.1: 1.11.5: 1.13.6: 1.16.1. Pro ultione alicujus, *h. e. ad vindicandum eum*, 2.2.26. Pro victoria, *h. e. ad conſequendam victoriam, ibidem.*

Proboſcis elephanto abſciſſa, 1.18.9. *Plinius*, 8.7. Promuſcidem eorum facillime amputari, Pyrrhi præliorum experimentis patuit. *Ita ex Græcorum* proboſcide, promoſcis, & promuſcis, *in pleriſque Latinis exemplaribus. Dicta autem* προβοσκὶς, *vel Nonio Marcello teſte, quod ante depaſcat, compoſito nomine ex* πρὸ & βόσκεσθαι. *Elephanti naſus eſt, quo & pro manu utitur: unde* manum *etiam appellant: ſicut Oroſius, eandem referens hiſtoriam. De* proboſcide *plura Ariſtoteles, ſecundo de partibus animalium. Iſta Vinetus.*

Probris aliquem inſectari, 4.4.2.

Procella belli, 2.6.12. *Ita* procella equeſtris, *apud Livium*, 29.2.8: & 30.18.4. *item Tacitum, H.* 3.53.4. *ſic* procellæ tribuniciæ, *apud eundem Livium*, 2.1.4. *Eadem eſt metaphora quam notavimus ſupra in voce* Nimbus. *Adde, Polyb. apud Valeſ. pag.* 182.

Proceritas Teutobocchi, 3.3.10.

Procurrere, *pro prominere, ſicut excurrere. ita* Clypea Procurrit a Punico litore, 23.2.19.

Prodigia, *pro rebus inſolitis, quibus aliquid portendi creditur*, 4.2.45. Prodigio ſimile. *Vide* S. Prodigia, *pro hominibus, prodigioſe, h. e. ultra modum mortalitatis affectis. ita* Prodigia Romana, *pro Romanis incredibilis fortitudinis*, 1.10.3. Prodigia municipalia, *pro municipibus ſumme ſceleratis*, 3.18.6. *Vide ſupra* Peſtis. *Quo pertinet etiam uſus vocabuli Lues. Claudianus, in Ruffin.* 1.24: quo tanta lues eruperit ortu. *Seneca, Medea,*

Digitized by Google

Medea, verſu 184: Abolere propere peſſimam ferro luem.

Prælium juſtum. *Vide* J. Prælium nec ſpectare poteſt Antiochus, 2.8.12. Prælio, uno, &c, ut ſic dixerim, non toto, 4.2.63. Præliis frequentibus comminui, 1.3.3. *Vide Salluſt. Jug.* 79.4.

Proficere ad ſtabilitatem pacis, *h. e. aſſequi quod conferat ad ſtabilem pacem*, 4.9.1. ad profligandam provinciam, 2.6.40.

Profligatum, *pro affecto, & pene confecto, ſic* Profligatum bellum, 2.15.2. urbis excidium, 2.15.12. Profligata provincia, 2.6.40. *quo tamen ſenſu recte dici negat Agellius*, 15.5. *quem oppugnat Lipſius ad Tacitum*, H. 2.4.5. *& certe ita reperitur uſurpatum aliis etiam non vulgaris notæ auctoribus. Frontinus*, 2.3.2: victoriam profligavit. *ibidem, exemplo* 20: Quo genere, cum profligari nihil videret. *Seneca, de benef.* 7.13.2: Hæc quoque quæ venit quæſtio, profligata eſt in prioribus: itaque breviter perſtringetur. *Ita aliquoties Tacitus. Porro eandem diſtinctionem harum phraſium*, bellum committere, profligare, conficere, *qua noſter*, 2.15.2 *utitur, reperias apud Livium*, 21.40, *in fine capitis*.

Profluens, *pro fluvio præterlabente*, 1.1.2. *ſic* Profluentes, 4.12.9. *ut dubium mihi ſit an forte ita* ſcripſerit Livius, 1.45.9. infima valle profluit Tiberis. *ubi vulgo legitur* præfluit, *eodem quidem ſenſu*.

Profugus ferialis tabulæ, 3.22.2. *ita ſupra* fugitivum regni *dixit*. Profugus prælio, 3.19.7. 4.2.86. a prælio, 4.2.85.

Proludere, *idem quod præludere*, 3.22.6. *Seneca, Medea, verſu* 907: — proluſit dolor Per iſta noſter.

Promittere, *pro portendere, ſicut ſupra* polliceri. *ſic* aves & victimæ victoriam promittunt, 4.7.9. caput in Capitolii fundamentis repertum, caput terrarum, 1.7.8. flamma circa caput Servii, clarum fore, 1.6.2. Promittere templum diis, *h. e. vovere*, 1.11.4.

Propagare bellum hereditarium in poſteros, *h. e. tranſmittere*, 3.17.2.

Propitius Oceanus, *h. e. favens, bene affectus*, 3.10.19.

Propontis *ſinus maris*, 3.6.10.

Propugnacula claſſis, 2.2.34. *h. e. turres; ſic Horat. Epod.* 1.1: Ibis Liburnis, inter alta navium, Amice, propugnacula.

Propugnare urbem, *pro defendere*, 3.10.23.

Prorogare imperium, 3.14.6. *Vide Gracch. ad poſter. Sigon. diſput. reſut. num. XLIV.*

Prorſus, ut, 1.11.15. *ſic ſupra* Plane quaſi.

Proſcriptionis Syllanæ tabula, 3.21.25. jure belli propoſita, 3.23.3. ejus effectus, 3.22.1. Proſcriptio triumviralis, 2.6.3.

PROSPERORUM nimia continuatio ſuſpecta, 4.2.19.

Provincia pop. Romani extrema, media facta, 3.5.31. Provinciam facere, 2.17.8: 4.12.22. *Vide etiam* F. PROVINCIAM retinere, plus eſt, quam facere, 2.17.8: 4.12.29. ex Provincia cognomen, 4.12.28. Provinciæ antiquiſſimorum Romanorum quales, 1.11.6. PROVINCIÆ quædam, ut non in uſum, ita ad ſpeciem imperii acquiſitæ, 3.12.4.

Provolvi ad pedes, 4.11.9. Provolvuntur Cimbri in Italiam ruina, *h. e. ſponte a ſummis jugis ruunt, & ſe demittunt, urſorum more*, 3.3.11.

Provocare, *ſubaudi, ad pugnam, laceſſere*, 1.3.2.

Provocatio, *h. e. appellatio*, a coſſ. 1.9.4.

Provocatus eſt, *pro provocavit*, 2.17.11.

Pſeudophilippus, 2.14.3.

Ptolemæus, rex Ægypti, 4.2.55. Pompeium trucidari jubet, 4.2.52. perit, 4.2.60.

Ptolemæus, rex Cypri, 3.9.2.

Publice. Hiſpania non tuetur libertatem ſuam publice, 2.17.3. *h. e. conjunctis viribus: gentes enim Hiſpanas reſpectu totius corporis pro privatis habet: ſicut habenda ſunt imperia regnaque in magna illa* rep. generis humani, *ut Seneca dicitur. Itaque ridicule facere videntur, qui ſcita gentium, ex jure aliquo civili aut firmare nituntur, aut infringere, cum jus civile in tali cauſſa non obtineat niſi locum privati teſtimonii.*

Publica

Publica fides, 3.1.8. Publicum parricidium. *Vide* Parricidium.

Pudenda fœdera. 2.18.2.

Pudet. De Verulis & Bovillis, pudet! ſed triumphavimus, 1.11.6. *Martialis epigr.* 2.18: Capto tuam, pudet heu! ſed capto, Maxime, cœnam. *Hac igitur vox in oratione ſuſpendit vocem ſenſumve turpem, aut ominoſum. ita* Pulſi fugatique, pudet dicere, hoſtes, 3.10.12. *Livius,* 7.40.8: in vos, horreo dicere, hoſtes. *Ovidius, Metam.* 9.530. *in nefariis Byblidis literis magno artificio in tertium uſque verſum nomen ejus protelat*: Hanc tibi mittit amans, pudet, ah pudet, edere nomen, &c. *& in eadem fabula* (*verſu* 569. —— Feras fidiſſime noſtro, Dixit & adjecit longo poſt tempore, fratri) *eodem tendit.* Pudor Curioni ſuadet, ut amiſſum exercitum morte ſequatur, 4.2.34. *Junge exemplum Centenii apud Livium,* 25.19.14. *& Aſdrubalis Liv.* 3. *lib. XXVII.* Pudor Romanus, 3.1.10: 3.20.12. ô pudor, 2.6.30. Pudore magis quam virtute reſiſtere, 4.2.81.

Puellas captivas reſtituit Scipio, 2.6.40.

Puer non dicendus Auguſtus, 4.4.1. *Non tamen ignominioſa eſt hac appellatio, ſi vera ſit, & non injuria cauſſa proferatur, h.e. ut ſimul exprobrentur pueriles ineptia, qua rebus agendis obſtant. Ita Propert.* 4.6.82: Auguſtus Differat in pueros iſta tropæa ſuos. *Ovidius, de arte,* 1.182, *de Caſare, ut opinor*: Bellaque non puero tractat agenda puer. *Quid Horatius? qui carm.* 4.4.28. *Druſum & Tiberium pueros vocat, jam multarum gentium victores, & adoleſcentes* 30 *circiter annorum. ille enim*: Auguſti paternus In pueros animus Nerones. *ſed puto Poëtam pueri nomine uti pro filio, Gracorum more: ſicut puer Veneris apud Virg. & alios.* Pueros captivos reſtituit Scipio, 2.6.40.

Pugna Auguſti cum Antonio, 4.4.4. navalis, 4.11.6. cum Caſſio & Bruto, 4.7.10. cum Sex. Pompeio, 4.8.3. cum Illyriis, 4.12.7. Cæſaris cum Ægyptiis, 4.2.60. cum Pharnace, 4.2.63. cum Pompeio, 4.2.43. cum Pompeio juvene, 4.2.78. cum Scipione & Juba, 4.2.66. Cæſarianorum cum Pompeianis, navalis, 4.2.75. Curionis cum Juba, 4.2.34. Romanorum cum Achæis, 2.16.3, & 5. cum Annibale, 2.6.10: 12.13.15, & 60. cum Antiocho, 2.8.15. cum ipſius præfectis, navalis, 2.8.12. cum Ariſtonico, 2.20.5. cum Aſturibus. 4.12.54. cum Balearibus, navalis, 3.8.4. cum Belgis, 3.10.4. cum Britannis, 3.10.17. cum eorum mulieribus, 3.3.16. cum Germanis, 3.10.13: 4.12.34. cum Latinis, 1.11.2. cum Mithridate, 3.5.11.17. & 23. cum Myſis, 4.12.13. cum Numantinis, 2.18.11. cum Parthis, 3.11.8: 4.9.5.4.10.3, & 6. cum Picentibus, 1.19.2. cum Pœnis, navalis, 2.2.8, & 33. cum Pyrrho, 1.18.7, 9, & 11. cum Sabinis, 1.1.13. cum Sallentinis, 1.20.2. cum Samnitibus, 1.16.12. cum Sertorio, 3.22.7. Syllæ cum Marianis, 3.21.19. Pugna proſpera exitii cauſſa, 2.10.2. *Plutarchus Craſſo, cap.* 21: Hæc victoria, quod nimios ſpiritus feciſſet fugitivis, perdidit Spartacum.

Pugnare cum morituris non oportet, 2.18.13. Pugnare ex neceſſitate, quod deprehenſus ſit, 3.6.12.

Pulcerrimus exitus, *pro lætiſſimo, feliciſſimo*, 2.2.14. Pulcerrima terrarum Campania, 1.16.3.

Pulcritudini victæ urbis parcitur, 2.6.34.

Pullus *elephanti*, 1.18.12. Pulli *gallinarum* auſpiciorum cauſſa, 2.2.29.

Pullum, *ſcilicet aniculum*, 4.2.45.

Punica fraus, 2.6.13, & 36: 2.17.6. perfidia, 2.2.11. *Hinc Val. Max.* 9.6.1. *ext. Carthaginem* ipſum fontem perfidiæ *vocat.* Punicum bellum primum, 2.2. ſecundum, 2.6: tertium, 2.15. Punici belli tempeſtas, 2.6.9. Punici maris nomine deficiunt quidam, 2.2.17. Sic Sidon. ep. 8.12: *quamlibet ſola hyemalium menſium nomina tremas.*

Puppis, *pro navi*, 3.7.7: 4.11.8.

Purpura, *pro conſulatu. quod veſtes conſulares, purpura prætexta*, 3.21.17. Purpura fulgentes elephanti, 2.8.16.

Purpu-

Purpuratus, *ita vocantur amicorum regiorum principes*, 1. 10. 5. *Hac voce ſæpiſſime pro ſatrapis utitur Curtius.*
Purpurea veſtis regibus, 3. 19. 10: 4. 11. 3. Purpureum velum in navi Cleopatræ, 4. 11. 8.
Putare, *Præfat.* 1. Cæſarini dum ſe vincere Putant, vicere, 4. 2. 84.
Puteoli, *urbs*, 1. 16. 6.
Pyra, *rogus*, 4. 12. 45.
Pyrenæus, *mons*, 2. 17. 3: 4. 12. 46. Pyrenæum jugum, 2. 17. 6. Pyrenæi montes, 2. 6. 38.
Pyrrhus *Epirotes*, ejuſque bellum cum Romanis, 1. 18. per quatuor annos, 3. 5. 1. minus vaſtavit Italiam, quam ipſi Itali, 3. 18. 11: 3. 21. 21. Pyrrhi regia, 2. 9. 2.

Q.

QUa *adverbialiter poſitum plerumque valet ubi.* Qua longiſſima Italia, 2. 6. 52. *Particulam hanc ſæpiuſcule mutatam a librariis viſus ſum animadvertere. ut apud Curtium.* 3. 11. 12. & qua (*erat* quæ) cuique patebat ad fugam via, erumpunt. *ſic Marcellin.* 18. 20: *& ipſe Curtius*, 5. 13. 25. *Iterum Marcellin. edit. Lindenbrog. pag.* 494. 19. *& forte* 499. 29.
Quærit Romanis hoſtes Annibal, 2. 8. 4. *Expreſſum ex Livio*, 34. 19. 4.
Quærendi hoſtes, ut vincantur, 3. 8. 6. *Sic Claudian. de laudib. Stilic.* 3. 149: Vincendos alio quæſivit in orbe Britannos.
Qualis erat, 3. 10. 22. *Ita Tibullus*, 1. 3: Qualis eris.
Quantum, immane quantum, plurimum quantum, 4. 2. 74.
QUANTI eſt imperator, tanti exercitus, 2 18 11.
Quaſi.. *cum ut plurimum vocem hanc elegantibus ſententiis & comparationibus addat auctor, viſum eſt pleraque ea loca hic annotare. igitur* Quaſi in brev. tabella totam pop. Romani imaginem amplecti, *Præfat.* 3. Quaſi hominem conſiderare pop. Romanum, *Præfat.* 4. Quaſi ad quendam juventæ florem pervenit pop. Romanus, *ibidem.* Quaſi quædam robuſta maturitas imperii, *Præfat.* 7. Quaſi reddita juventute revireſcit imperium, *Præfat.* 8. ex variis Quaſi elementis congregat corpus unum Romulus, 1. 1. 6. Quaſi monitu deæ, 1. 2. 4. ſubſtitutus in locum regis Quaſi ad tempus, 1. 6. 2. Quaſi infantia pop. Romani, 1. 8. 1. quodam. Quaſi inſtinctu deorum concitatus, 1. 9. 1. Quaſi contagione quadam per ſingulos itum, 1. 9. 8. plane Quaſi adulterum ad inferos uſque ſequeretur, 1. 10. 8. Quaſi in regis ultionem, 1. 11. 1. plane Quaſi ſtipendium commilitonibus diis, 1. 11. 4. Quaſi præſentem Jovem, 1. 13 13. Quaſi in terrigenas è cœlo ac nubibus tela mitterentur, 1. 17. 6. Quaſi vindicaret, exiluit, 1. 18. 12. decem pondo argenti, Quaſi luxuriam damnavit, 1. 13. 22. Quaſi quotidie triumpharet, 2. 2. 10. in claſſe Quaſi tota Carthago, 2. 2. 34. quodam Quaſi æſtu & torrente fortunæ, 2. 7. 1. quodam caſu, Quaſi induſtria, ſic adgubernante fortuna, 2. 8. 1. epulis quaſi inferis impleti, 2. 18. 12. Quaſi templa & aræ poſſent defendere, quem nec montes ſui, nec arma potuiſſent, 2. 12. 9. de Andriſco, Quaſi vero rege, triumphatum, 2. 14. 5. Quaſi enata ſubito claſſis erumpit, 2. 15. 14. Quaſi ſubita de cineribus flamma, 2. 15. 15. Quaſi ſæculum illud everſionibus urbium curreret, 2. 16. 1. Quaſi hic Romanis orbis non ſufficeret, 3. 10. 16. Quaſi ſubſidio inſederat Alpium tumulos, 3. 3. 18. Oceanus Quaſi imparem ſe fatetur, 3. 10. 19 nomine Quaſi terrore compoſito Vercingentorix, 3. 10. 20. merſa vitiis ſuis, Quaſi ſentina, reſp. 3. 12. 7. Quaſi jure oppreſſus, 3. 14. 7. Quaſi ſecundum hominum genus ſervi, 3. 20. 1. Spartacus Quaſi imperator occiſus, 3. 20 14. Quaſi non eſſet uſquam dimicatum ſic arma rurſus & partes, 4. 2. 73. rates, captæ Quaſi per indaginem, 4. 2. 32. Quaſi viciſſet, qui evaſerat, 4. 10. 10. Quaſi bene geſtis rebus, 4. 11. 1. Quaſi facilior eſſet Partho Romanus, 4. 11. 2. morte quaſi ſomno ſoluta, 4. 11. 11: 4. 12. 48. efferam gentem, ritu ferarum, Quaſi indagine, debellabat, 4. 12. 48.
Quatere haſtam, 2. 17. 14. urbem machinis,

Digitized by Google

chinis, 2. 9. 2. Quatere omnia navibus, equis viriſque, 2.7. 8. *Plinius*, 2.27: Quum rex Philippus Græciam quateret.
Quatenus, *pro quoniam; ſive* Quatinus, 1. 5. 2. *idem enim eſſe vocabulum puto, & ſcriptione tantum, non etiam ſono, nec origine, aut ſignificatione, differre. Accidit enim huic voci, ut E litera ſonum illum nanciſcatur, quem nec E litera, nec I, plene adſcripſeris, qualia notat & Lipſius de lingua Lat. cap.* 7. *Vide tamen Acidal. ad Vellei.*, 2.68.4. *Vinetum, ad auctorem noſtrum*, 2.2.2. *& Caſaub. ad Suetonium, Claud.* 26. 7. *Ovid. Triſt.* 5. 6: Quatenus & non eſt in caro conjuge felix.
Querela, 1. 18. 5. *eſt expoſtulatio de injuria; utque ea luatur, petitio. Sic* Queri, 2. 6. 5. Querelæ *dicuntur etiam, cum ſocii, aut ſubditi, ab aliis infeſtari ſe nuntiant, contraque eos auxilium orant*, 3. 2. 4. *ita dicitur* Queri de aliquo, 3. 10. 14. de incurſionibus hoſtium, 3. 2. 3: 3. 10. 17. Queri de diis, 2. 6. 14. de fortuna, 3. 11. 2. *h. e. conqueri de iniquitate deorum aut fortunæ.*
Quiddam indomitum, 1. 22. 2. Quiddam ſimile nivibus, 2. 4. 2.
Quinctilius Varus *P.* 4. 12. 31.
L. Quinctius *Cincinnatus* dictator, 1. 11. 12: 1. 26. 7.
Quirinalis, *mons*, 1. 13. 16.
Quirinus, 1. 1. 18. *Julianus, princ. de Cæſaribus*: Quirinus, quo quidem nomine ille nobis, ſi quidem deum reſponſis paremus, appellandus eſt.
Quis, aut unde, 1. 18. 4. *Videtur hæc formula uſitata fuiſſe in contemtu, & faſtidio, cum etiam notos per ſuperbiam ſe non noſcere ſimularent. ſic Ovidius, epiſt. Phyllidis, verſu* 106: Hei mihi, ſi quæ ſim Phyllis, & unde, rogas. *Alias etiam ignotos ita compellare ſolebant*; Quis genus? unde domo? *Virg. Æn.* 8. 114. *Vide Savaronem ad Sidonium, epiſt.* 1. 11.
Quomodocunque, 3. 23. 4.

R.

RAbies Mariana Cinnanaque, 4. 2. 2. Numantinorum, 2. 18. 15. piratica, 3. 8. 2. pugnandi, 4. 2. 46. Samnitium, 1. 16. 7. Thracum, 4. 12. 17. victorum, 4. 2. 85. *Vide etiam* Furor.
Radiare, *Radiis diſtinguere.* quaſi de induſtria proſpera adverſis Radiarentur, 4. 2. 30.
Radiis diſtincta corona, 4. 2. 91.
Radices Alpium, 2. 5. 1: 3. 3. 7. Veſuvii, 3. 20. 4.
Rapere, *ſemper celeritatem notat, & violentiam. de flumine dictum, pro haurire*, 3. 11. 3. Rapere, *pro occupare, corripere. Sic* Rapere caſtra ſubito impetu, 3, 20. 4. improviſo adorti caſtra Rapiunt, 4. 12. 34. primus impetus belli Bithyniam Rapuit, 3. 5. 6. Rapta impetu Hiſpania, 2. 17. 6. *ita Curtius*, 4. 14. 1. Syriam Ægyptumque prætereuntibus raptas. Raptos *tamen dicit* Veientes, 1. 12. 4. *qui decenni obſidio vix ſubacti ſunt.* Rapere regnum, *h. e. vi invadere, nondum debitum*, 1. 7. 1. *Sic* cenſum, imperium, patrimonium, 4. 2. 21. *pro eripere. ſic* Rapta jure belli repetere, 3. 5. 13. Rapere ſcutum de manu, 4. 12. 7. quo quemque Rapuit fuga, *h. e. quo quiſque ſe fuga proripuit*, 3. 11. 10.
Rates Balearium, 3. 8. 3. Rates ex cratibus, 3. 20. 13. rates inopia navium factæ, 4. 2. 32.
Ratio reip. *h. e. conditio, utilitas, quam hodieque Ital. la ragion' di ſtato appellant*, 1. 8. 1. Rationes theſaurorum continens libellus, 4. 12. 44. *ſic apud Livium*, 38. 55. 9. *eſt* liber rationis.
Raudius Campus, 3. 3. 14.
Ravenna, *urbs*, 3. 10. 22.
Receptator hoſtium Rhenus, 3. 10. 9.
Recens & integer, 3. 1. 13.
Recipere, *pro accipere, capere. ſic* totius orbis opes Oſtia recipit, 1. 4. 3. *pro admittere, ſuſcipere. ſic* receptus Gabiis Tarquinius, 1. 7. 7. Recipere ſe *plerumque cedentium eſt, & locum munitiorem quærentium, Gall. ſe retirer. ſic* Aquitani in ſpeluncas ſe Recipiunt, 3. 10. 6. C. Gracchus in Aventinum ſe Recipit, 3. 15. 5. *interdum* Recipere ſe *dicuntur, qui etiam non fugiendi gratia iter faciunt; ut* 4. 7. 12. Recipere, *pro occupare, capere, de iis, quæ nunquam in poteſtate fuerunt. ſic* Cypros Recepta

Digitized by Google

cepta ſine bello, 3.9.1. Hiſpania Recepta, 4.2.29. *Ita Livius*, 44. 32.1: Anicius Scodra recepta. *Caeſ. civ.* 1.16: Recepto Aſculo. *Similem ſignificationem verborum redire, reddere, &c. obſervat Salmaſius ille ad Spart. Adrian. cap.* 2. *ſic infra* Redigere. Recipere ſpiritum, 2.3.1. *deſumptum a luctatoribus, aliiſque qui vehementer exerciti, difficulter reſpirant: & ita ad recipiendum ſpiritum interquieſcere coguntur.*

Reciprocantes aquæ, *h. e. per æſtum huc illuc jactatæ*, 2.8.9.

Reciſo ponte, 1.10.4. *Edit. Boxhorn. habet* reſciſſo.

Recoquere ferrum, *h. e. iterum immittere igni, & ad alios uſus formare*, 3.20.6.

Redigere, *pro ſubigere nondum poſſeſſa, ut videatur ex eorum cenſu eſſe verbum hoc, de quibus modo in* Recipere *diximus. ſic* pop. Romanus totam Italiam ſub ſe Redigit, 1.9.8. Redigere in deditionem, 3.10.15. in ditionem, 1.18.23. in poteſtatem, 1.15.3. Redigere intra urbes, *h. e. compellere*, 3.7.4. intra muros, 4.5.3. eo Redegit populum, *h. e. eo deduxit pop.* 1.2.4. Redigere conſecrationem ſuam in pretium victoriæ, *h. e. conſecrat. ſuam pretium victoriæ facere*, 1.17.7.

Redimita frons regium in morem, *h. e. diademate revincta*, 3.19.10.

Redire rurſus. *Vide* Rurſus. in perniciem, *h. e. verti in pern. fieri pernicioſum*, 3.13.4. Redierat, *pro* rediiſſet, 4.3.2. *Vide etiam* Erat.

Referre ad populum, 3.21.9. *h. e. legem ferre ad populum.* Referre populum in cenſum, diſcrimina officiorum, &c. in tabulas, 1.6.3.

REGERE ſe ipſum non poteſt arbiter regum & gentium populus, 3.18.7.

Regionum nomina conſtructa ut urbium, 2.2.15: 3.10.16.

Regilli lacus. 1.11.2.

Regius furor *appellatur auctori, dominandi cupido in decemviris, qui regiam poteſtatem, etiam nudo nomine odioſiſſimam, captabant*, 1.24.1. *Hinc ubi quid inſolentius gerebatur; aut ubi quis alterius potentiam ad invidiam vocabat*, regnandi & dominandi *verbo utebantur. Sic in noſtro* Regnum judiciorum, 3.13.3 & Regnare judiciariis legibus, 3.12.9; *dicuntur equites immani illa poteſtate ſubnixi. Apud Livium*, 6.40.6. *Claudius tribunos pl. exagitans:* Tantum licentiæ, novem annis, quibus regnant, ſumpſiſſe, & *violentus ille Coriolanus apud eundem ſcriptorem*, 2.34.10: Tarquinium regem qui non tulerim, Sicinium feram? *atque ita aliis locis plurimis. Salluſt. Hiſt.* 1.1.12: ſervili imperio patres plebem exercere, de vita atque tergo regio more conſulere. Regium in morem redimita frons, *h. e. diademate revincta*, 3.19.10. Regio nomine fretus Antiochus Annibalis conſilia negligit, 2.8.6. Regia inſignia ſumit ſervus, 3.19.6.

Regnare judiciariis legibus, 3.12.9. *Sic* Regnum judiciale *dixit Cicero ad Attic.* 1.1. *Vide* Regius. Regnum in honorem virtutis ultro delatum, 1.3.1. dolo partum induſtrie agitur, 1.6.2. a Tarquinio ultro petitum, 1.5.1. Regni cupiditate fratres interfecti, 3.1.3. Regni inſignia oblata Cæſari, 4.2.91. Regno præſidere, *h. e. regem eſſe*, 2.7.2. Regnum invadere, *pro condere, inchoare*, 1.8.2. rapere mavult Tarquinius, quam expectare, 1.7.2. Regna teſtamentis relicta, 2.20.2. Regna donare conſuetus pop. Romanus, 3.9.3. Regna, *pro regibus*, 1.10.1. *Vide etiam* Dominatio.

Regyrare, *h. e. revolvi, quaſi in orbem redire*, 4.2.6.

Religare, *pro ligare, alligare*, 1.3.8: 3.7.3: 1.9.8.

Religio, *h. e. ſanctitas*, Numæ inclita, 1.2.1. fœderum ſumma Romanis, 2.6.5. publica privatis affectibus antecellere debet, 1.13.12. Religionis auxilio incolumis, 1.13.16. RELIGIONE & juſtitia gubernanda imperia, 1.2.4.

Religioſus, *qui religiones ſancte colit. ita* quid Numa Religioſius? 1.8.3. *alii* Religioſum *eſſe in culpa ponunt, ut* ſuperſtitioſum. *unde verſus apud Agell.* 4.9: Religentem eſſe oportet, Religioſum, nefas. Religioſiſſimum, *h. e. quod maxima religione colitur, ſanctiſſimum*, 1.13.11.

Reliquiæ Aſiæ rebelles, *h, e. reliqui Aſiaticorum rebellium*, 3. 5. 17. Gallorum, 1. 13. 21. latronum, 3. 19. 8. naufragarum partium, 4. 2. 64. Reliquiæ Veiorum nullæ, *h. e. veſtigia*, 1. 12. 11.

Reliqua, *pro reliquiis*; 3. 10. 1. Reliqua corporis, *Victor de Cæſar. cap.* XX. *f.*

Remeare, *pro recedere*; 1. 12. 8.

Remittere exercitum, *pro dimittere, non detinere*, 4. 2. 17.

Remunerari, 3. 5. 28. *h. e. viciſſim dona dare.*

Remus, 1. 1. 6. occiditur, 1. 1. 8.

Remorum ordines, 4. 11. 5.

Renus, *fl. Vide* Rhenus.

Repercuſſus, *nempe ſolis, pro reflexione*, 3. 3. 15.

Reprimere, amnem, *h. e. coërcere, & contrahere*, 1. 1. 3.

Repurgare aurum venis, 4. 12. 12.

Requirere, *pro quærere, inveſtigare. ſic* Samnium in ipſa Samnio requiritur, 1. 16. 8. *Similis locutio Senecæ epiſt.* 91, 6. Lugdunum, quod oſtendebatur in Gallia, quæritur. *pro interrogare*, 4. 2. 68.

Res mira dictu, 1. 7. 7. Res poſcit, 1. 8. 3. Res unius ætatis, populus virorum, 1. 1. 10. in Re eſſe, *h. e. revera eſſe, exiſtere*, 4. 7. 11. Res motæ, 3. 17. 9. Rerum novarum cupidus, *h. e. turbarum*, 3. 23. 2. Quatuor anni belli, pro clade Rerum breve tempus, 4. 2. 6. Rebus ſuis diffidere, 3. 1. 16. Rebus arctis, afflictis, 2. 6. 31. deploratis, 2. 15. 16. perditis, 4. 8. 4. Res *pro rep. ſic* Res Romana, 3. 22. 5. Veientium, 1. 12. 8. *Ita ſæpiſſime auctores.*

Res familiaris, *pro ſubſtantia, bonis cujuſque*, 4. 1. 1.

RES publica etiam hoſtibus recipiendis augenda, 1. 1. 14. cum REI publicæ clade nihil movendum, 3. 23. 2. REI publicæ ægræ ſauciæque expedit quieſcere, 3. 23. 4. de RE publica invadenda facile convenit potentiæ cupidis, 4. 2. 11.

Reſcindere acta, *h. e. abrogare*, 3. 23. 2. domus, tecta, *pro demoliri*, 3. 15. 10. *pontem*, 3. 10. 3. plagam, *h. e. rurſus aperire jam coaleſcentem*, 4. 2. 72. *hoc ſenſu* VULNERA interdum ipſa curatione reſcinduntur, 3. 23. 4.

Reſiduum nihil eſt crudelitatis, 3. 4. 2.

Reſignare, *pro reſcindere*, 4. 7. 14. *Cic. pro Archia.*

Reſilire ab impoſito jugo, 4. 12. 2. in aquas, 3. 6. 6.

Reſpirare, 2. 6. 23. Reſpirat inſula, 3. 19. 9. *Vide* Recipere ſpiritum.

Reſponſum ſuperbum Craſſi, 3. 11. 5. Tarquinii, 1. 7. 7.

Reſtare, *pro manere.* Reſtitere Juventas & Terminus, 1. 7. 7. *pro ſupereſſe*, 3. 10. 1, & 2.

Reſurgere in aliquem, *h. e. rurſus inſurgere*, 1. 13. 19.

Retinere amnem manibus & clypeis, 3. 3 12.

Retro dare gradum, *h. e. loco pelli, retro cedere*, 4. 2. 81.

Revellere, *pro avellere. ſic* Revulſa aquila, 4. 12. 38. Revulſa Italiæ Sicilia, 2. 2. 2.

Reverens *tam de eo dicitur, qui meretur reverentiam, quam qui exhibet. ut* Reverentius viſum eſt nomen Auguſti, 4. 12. 66. & Reverentior captæ majeſtatis nemo fuit, 2. 12. 11.

Reverentia par inter Parthos & Romanos, 4. 10. 1.

REVERERI oportet fortunam, cui tantum licet, 2. 12. 11.

Revireſcit imperium, *Præfat.* 8. *Vide* I.

Reviviſcit imperium, 2. 6. 27. Reviviſcunt incendia, 3. 5. 14.

Revomere. Hiſtri cum ſanguine & ſpiritu male partam revomuere victoriam, 2. 10. 3. *Dictum de ebriis interemptis, ad inſtar illius Virgiliani, Æn.* 9. 349. Purpuream vomit ille animam, & ſanguine miſta Vina refert moriens ——. Maria revomunt ſpolia, *h. e. hauſta reciprocant, & rejiciunt ad litora*, 4. 11. 7.

Reus ambitus, 3. 17. 5. in præſentem Reum peroratum, 4. 1. 7.

Rex appellatur Appuleius, 3. 16. 4. Rex hoſtium captus maximum victoriæ decus, 3. 2. 5: 3. 7. 10: 3. 10. 26. & *ibi Nota.* Rex viliſſimus Ptolemæus, 4. 2. 52. Regem ſe vocat ſupplex Perſes, 2. 12. 10. in Regem deſciſcit Antonius, 4. 3. 4: 4. 11. 3.

Digitized by Google

Reges auxilia petunt è Romanis, 2.7.5. Regibus parere conſuetæ urbes, 2.20.4: 3.5.6.

Rhea Silvii, 1.1.1.

Rhenus, *fl.* 3.10.2. tranſitur a Cæſare, 3.10.14. ponte jungitur, 3.10.15. imperii terminus, 4.12.39, & 61. bis trajectus a Cæſare, 4.12.22. Rheni effigies in triumpho Cæſaris, 4.2.88. per Rheni ripam L amplius caſtella a Druſo directa, 4.12.26.

Rhodanus, *fl.* 3.2.4. Helvetiorum terminus, 3.10.2. Rhodani effigies in triumpho Cæſaris, 4.2.88.

Rhodii nauticus populus, 2.7.8. Antiochi claſſem vincunt, 2.8.12. pro Ætolis deprecantur, 2.9.3. Rhodiorum claſſes, 3.6.8.

Rhodope, *mons*, 3.4.6.

Rhodus, *inſ.* 3.5.8.

Rictus oris, 3.11.11.

Rixa, *pro pugna*, 3.10.5.

Ripa, *pro litore*, 4.11.7. *cum alias* ripæ *dicantur eſſe fluminum*, litora *maris. Hinc* §.4. *Inſt. de rer. div.*: Riparum quoque uſus publicus eſt, ſicut ipſius fluminis. & §.5: Litorum quoque uſus publicus eſt, ſicut & ipſius maris.

Robur pop. Romani, 2.1.1. Robur elanguet clementia ſoli cœlique, 3.3.13. Robur Hiſpaniæ Celtiberi, *h. e. fortiſſimi Hiſpanorum*, 2.17.9. *ſic* Robur Italici ſanguinis, 4.2.5. Orientis, *ibidem*. ſociorum, 3.18.6. Robora gentium, 3.5.22. *ita ſæpe Tacitus & alii.*

Robuſtus populus, 2.1.2. Robuſta imperii maturitas, *Præfat.* 7. Robuſtiſſima oppida, *pro munitiſſimis*, 1.12.3.

Rogare leges, 3.16.2. *h. e. ferre ad populum. rogandus enim erat populus utrum vellet eam legem, & juberet. hinc*

Rogatio, *pro lege*, 3.14.4: 3.17.8.

Rogus, *ſtrues lignorum ad cremanda corpora*, 3.20.9: 3.23.1.

Roma mater ac parens Italiæ, 3.18.5. victrix Aſiæ Europæque, 3.18.7. *Similes ejus titulos largiter congeſſit Merula, Coſmogr. part. 2. lib 2. poſt enumeratas Urbis regiones. ubi vide.* Roma conditur, 1.1.7. obſidetur a Porſena, 1.10.2. occupatur a Gallis, 1.13.14. a Sylla, 3.21.6. a Mario, 3.21.13. a Cæſare, 4.2.21. civitas hominum ac deorum domicilio deſtinata, 1.13.18. inter tres maximas urbes, 1.16.6. templo comparatur, 1.18.20. Romam convertitur Annibal, 2.6.42. de Roma invadenda deliberat Spartacus, 3.20.11.

Romanus, *pro Romani. Vide* Singul. pro Plurali. Rom. populus comparatur homini, *Præfat.* 4. princeps populus. *Vide* P. Romani barbari, 1.2.4. gentium domini, 4.12.14: 4.3.8. Etruſcos, Latinos, Sabinos ſibi miſcuerunt, 3.18.1. Romanorum fortitudo, 1.18.18: Romanis ſacer auguratus, 1.5.4. a Romanis gentes regeſque præſidia petunt, 2.7.5.

Romana avaritia, 3.5.18: 3.9.2. dominatio, 4.3.8. Romanum imperium. *Vide* I.

Romulus, 1.1. Romulus pater, 2.4.5. Romulum vocari voluerunt Auguſtum, quod condidiſſet imperium, 4.12.66. *ſic opinor noſtrum*, 2.17.15: *Viriatum dicere* Hiſpaniæ Romulum.

Roſæ per hiemem collatæ, 2.8.9.

Roſtra, 1.11.20. Roſtris collegam depellit Gracchus, 3.14.5. pro Roſtris expoſita capita proſcriptorum, 3.21.14: 4.6.15. pro Roſtris oblata Cæſari regni inſignia, 4.2.91.

Rubiginem ſentiunt arma, 2.8.2.

Rudes bellorum elephanti, 4.2.67.

Ruere in prælium, 2.18.12. Ruens ulterius hoſtis, 3.5.9.

Rufinus *P. Cornelius* notatur è Cenſore, 1.18.22.

Ruina provoluti in Italiam Cimbri, 3.3.11. Ruina belli *dicitur quod vicina plerumque ſecum trahat, ut accidere ſolet in ruinis ædificiorum*, 2.11.1: 2.12.1. bellum Tarentinum Regem Pyrrhum, totamque fere Italiam una Ruina involvit, 1.18.1. Mithridates totum pene Orientem & Occidentem ſua Ruina involvit, 3.5.21. Ruina incendium ſuum reſtinguere vult Catilina, 4.1.7. *Velleius*, 2.91.5: Ita ſe mores habent, ut publica quiſque ruina malit occidere, quam ſua proteri; & idem paſſurus, minus conſpici. *Claudianus in Ruffin.* 2.17: Quid reſtat,

reſtat, niſi cuncta novo confundere luctu, Inſonteſque meæ populos miſcere ruinæ? *forte, ſecutus Lucanum*, 7.654. —— trahere omnia ſecum, Merſa juvat, genteſque ſuæ miſcere ruinæ.

Rumpere fidem, 4.2.16. fœdus, 1. 16.7: 2.6.4: 3.6.1. vallum, *pro cædere*, 4.2.24.

Ruptor fœderis punitus, 1.3.8.

Rurſus redire, 1.3.9: 1.11.14. *Sufſecerat* redire, *ſed gaudent interdum hoc pleonaſmo ſcriptores. ſic* rurſus repetere *eſt apud Sueton. Cæſ. c.* 2. *ubi Caſaubonus*: *&* 17.1. recidit rurſus in diſcrimen aliud. *Claudian.* in Ruffin. 1.357: —— revocataque ſecula rurſus, rurſum recipere, *apud Juſtin.* 5.4.12: *&* 42.2.12. *Ita* rurſum denuo *conjungit Plautus, Prologo Caſinæ, ver.* 33. *& extremis Menæchmis*. Venibit uxor quoque etiam. *quod & in l.* 1. §. 1. *d. juſt. & jur.* verum etiam præmiorum quoque. *Sic Livius*, 41.24.17: Legati deinde poſtea miſſi. *Ita Prol. Juſtini*, 27: Antiochus inſidiantem ſibi effugit Artamenem; dein poſtea cuſtodes Tryphonis.

Rutilius *P. Rufus* damnatur, 3.17.3.

Rutilius *P. Lupus* vincitur a ſociis, 3.18.12.

S.

SAbæi, *pop.* 4.11.7.

Sabini, *pop.* 1.1.12. Romam demigrant, 1.1.14. vincuntur a Romanis, 1.15. Romanis mixti, 3.18.1. triumphi de Sabinis, 1.18.26.

Sacer, mons, 1.23.1. *Alius ſacer mons eſt apud Antigonum, hiſt. mirabil.* 144. (Athos, *ut opinor, qui etiamnum incolis* ἅγιον ὄρος, *teſte Bellonio, Obſerv.* 1.35.) *alius item apud Philoſtratum in Apollonio. Alius etiam apud Strabonem, lib. VIII*: παρὰ δὲ τοῖς Γέταις ὁ ἱερεὺς ὠνομάζετο θεὸς, καὶ τὸ ὄρος ὑπελείφθη ἱερὸν, καὶ προσαγορεύουσιν οὕτως

Sacerdos, *pro Veſtali*, 1.1.2. *ita* Sacerdotium petunt Cimbræ, 3.3.17. *Oroſius aliter hoc profert*, 5.16: ſi inviolata caſtitate, virginibus ſacris ac diis ſerviendum eſſet. *hoc enim modo non ſacerdotium tantum, ſed & libertatem illis adimit, qua re moveor, ut credam auctoris: aut librarii, incuriane dicam an inſcitia, vocem* virginibus *additam, qua remota conſtaret idem cum noſtro ſenſus.*

Sacramentum militiæ, 2.6.23: 4.2.65. *Eleganter hoc verbum transfert auctor ad quamcunque neceſſitatem, qua quis ad bellum gerendum adigitur. ſic de* incenſis urbibus Helvetiorum, 3.10.2. *de* trucidatis legatis a ſociis, 3.18.9. *de* crematis centurionibus a Germanis, 4.12.24. *ita Seneca, de brev. vitæ*, 5.6: Juvenes adulterio, velut ſacramento, adacti.

Sactiportus, *locus*, 3.21.23.

Sacroſanctum caput tribuni pl. 3.15.16. Sacroſancta arma Romana, *h. e. pura impolluta*, 2.20.7.

Sacrum ſollemne gentis, *pro ſacrificio*, 1.13.16. *Notandum autem talia ſacra non potuiſſe rite fieri, niſi propriis & ſuis locis. nec enim alia cauſſa fuit Fabio tantum adeundi diſcrimen. Livius*, 5.52.2. Sacrificiis ſollemnibus non dies magis ſtati, quam loca ſunt, in quibus fiant. *Cenſorinus apud Appian. in Punicis, ad Carthaginienſes*: Manebunt immota ſepulcra, & licebit eas parentandi cauſſa inviſere; ſacris etiam operari, quotieſcunque libuerit eo accedere. *Immo tanta religione colebantur, ut etiam milites excuſarent, ſi prædicta die non adfuiſſent. Cincius Alimentus, apud Agell.* 16.4: Sacrificium anniverſarium (*inter legitimas abſentiæ cauſſas eſt*) quod recte fieri non poſſet, niſi ipſius eo die ibi ſit. *Exemplum ejus rei eſt in Livio*, 43.11.1: ex Sexto Digitio trib. mil. qui ſacrificii cauſſa Romam venerat, ſunt audita. Sacrorum apud Rom. origo, 1.2.1. Sacra, *pro cæremoniis, religionibus, rebus ipſis conſecratis, ut deorum imaginibus, &c.* 1.13.12. *Sic Virg. Æn.* 2.717: Tu, genitor, cape ſacra manu, patrioſque penates.

Sæculum everſionibus urbium currens, 2.17.1. fluens in luxuriam & ad omnia mala pronum, 4.12.65. SÆCULI mores divitiis afflicti, 3.12.7.

Sævire in urbes, 3.6.35. templa, aras,

ſepul-

ſepulcra, 2.7.4. *h. e. illa dirnere.* Sæviunt omnia prælio, tempeſtate, 4. 2.76. Sævius Sævitum, 3.21.13.
Sævitia Mithridatis, 3.5.7. Tarquinii, 1.7.4. Thracum, 3.4.2. SÆVITIA bonam quoque cauſſam corrumpit, 3.21.12.
Sageſama, *urbs* 4.12.48.
Sagittarum uſus ademptus Parthis conſilio Ventidii, 4.9.6.
Saguntus, *urbs*, 2.6.3.
Salamina, *inſ.* 2.8.13.
Salii, 2.2.2.
Salinacidis, 4.10.8.
Salire ſuper ſcuta, *h. e. inſilire in ſcuta*, 3.10.13.
Salentini, *pop.* 1.20.
Salmacidis, *fl.* 4.10.8.
Salondicus *Hiſpanus*, 2.17.13.
Saltus *a ſaliendo*, Saltu vallum increpat Remus, 1.1.8.
Saltus, *pro ſilva, nemore. ita* Saltus Calidonius, 1.17.3. Camerinenſium, 2.2.13. Caudius, 1.16.10. Ciminius, 1.17.3. Hercynius, 1.11.8. 1.17.3: 4.12.27. Saltus Falerni, Gaurani, 2.6.28. in Saltus diffugiunt Germani, 3.10.14. Saltibus graſſantur Samnites, 1.16.7.
Salutare regem, virum ſuum cupit Tullia, 1.7.3. Salutantibus manus porrecta, 3.21.16.
Salyi, *pop.* 1.16. vincuntur a Romanis, 2.3.5: 3.2.3.
Samnites, *pop.* 1.16. vincuntur a Sylla, 3.18.13. Samnitium deſcriptio, 1.16.7. triumphi, 24. de Samnitibus, 1.16.8. quales, 1.18.26. Samnium hodie in ipſa Samnio requiritur, 1.16.8. cum reliquis Italis conſpirat contra Romanos, 3.18.6.
Samos, *inſ. & urbs*, 2.20.4.
Samothrace, *inſ.* 2.12.9.
Sancire fœdus, 4.2.55.
SANCTITAS, *h. e. integritas, abſtinentia*, ducis maxime proficit ad profligandam provinciam, 2.6.40. *Hoc ſenſu apud Tacit.* 13.46.9. *Otho* integre ſanƈteque egit. *Ita*
Sanƈtus vir, Camillus, 1.12.6.
Sanƈtum ærarium, 4.2.21. Sanƈtius fœdus, *pro arƈtiore*, 1.16.2. Sanƈtius & reverentius viſum, 4.12.66. *Conjungit iſta & Tacitus, Germ.* 34.7. Sanƈtiſſimæ animæ Bruti & Caſſii, 4.7.15.
Sanguis humanus pignus conjurationis, 4.1.4. *Multa ad hanc rem Jo. Guilielmus Stukius, convivalium lib.* 1. *fol.* 105. Sanguinis Gallici inundatione incendia urbis deleta, 1.13.17. Sanguinis ſui ſemita iter ad victoriam aperit Decius, 1.14.3. Sanguinem humanum litant Thraces, 3.4.2. SANGUINE ſuo curiam implet, qui civili terrarum orbem impleverat, 4.2.95. Sanguine ſpecioſiores duces, 4.12.7. Sanguis, *pro genere*, 1.26.2. *ſic* unum Sanguinem ducere, *ejuſdem originis eſſe*; 3.18.1. Sanguinis jus, *pro jure affinitatis*, 3.1.15. Sanguine nihil ſcripſiſſe, 2.2.14.
SAPIENTE dignum eſt, lætum accire mortem, 4.2.70.
Sapientia ſeniorum, 1.16.10.
Sarcinæ ſuperfluæ ab exercitu remotæ, 2.18.10.
Sardinia pignus annonæ, 4.2.22. occupatur a Romanis, 2.2.15. a Cæſare, 4.2.22. a Sex. Pompeio, 4.8.1. in Sardinia bellum, 2.6.32, & 35. in Sardinia mortuus Lepidus, 3.23.7. Sardegna *vocatur Leandro*; *Hiſpanis* Cerdeña. *Sic Sueyro in verſione Vellei.*
Sarmatæ, *pop.* 3.4.6. vincuntur a Lentulo, 4.12.20. amicitiam Auguſti ambiunt, 4.12.62.
Satelles, 3.16.4: 4.1.3. *Per irriſum ita vocantur plerumque aliena potentiæ miniſtri. Juſtinianus ita vocavit miniſtros ſuos in condendo jure*, §. 1. *Conſt. de confirmat. Dig.*
Satis inſolenter, 1.26.3. Satis ſuperque idonea clades, 1.12.2.
Satisfacere, 4.12.45. *Civiliter ſumptum, valet excuſare errorem, deprecari culpam, &c. ut omnis illa ſatisfaƈtio in verbis videatur conſiſtere: noſter autem de pœna hoc accepit. ſicut Juſtinus*, 15.1.9.
Satius, *pro melius*, 3.12.6.
Satricum, *urbs*, 1.11.6.
Savus, *fl.* 4.12.8.
Saxa *Decidius*, legatus Antonii, 4.9.4.
Scaurus *M. Æmilius*, 3.1.5. ambitus poſtulatur, 3.17.5. *immo repetundarum. Vide Pighium, ad A. U.* DCLXII.
Scæva *M. Ceſius*, centurio Cæſaris, 4.2.40.

Scelerata porta, 1. 12. 2. *Ita* ſcelerata caſtra *apud Suet. Claud.* 1. 7.
Scelus Catilinæ, 4. 1. 6. Scelus per amorem, 2. 18. 14. Scelus ſummum civilis belli, cædes Pompeii, 4. 2. 55. Scelere domeſtico oppreſſus Druſus, 3. 18. 4. Scelere alieno, judicio ſuo uti, 4. 7. 15. SCELERA non latent diu, 3. 1. 6. SCELERA plebeiorum quam nobilium, malorum quam bonorum, æquiore animo feruntur, 3. 21. 2. Scelera in tabulis Antonii, *h. e. proſcriptio virorum illuſtrium*, 4. 6. 6. *Ita Seneca*, *Nat. quæſt.* 6. 23. *de rebus Alexandri*: Nihil tam magnum erit, quam ſcelus Calliſthenes; *nempe occiſus*. Scelerum furor, 4. 9. 3.
Scenicus rex, 2. 14. . *h. e. non verus, ſed quales ſolent introduci in dramatibus. Vide Bourdelotium ad illa Satyrici*: Grex agit in ſcena mimum: Pater ille vocatur; filius hic; nomen Divitis ille tenet. *ad illa verba*; nomen Divitis. *Alio ſenſu* Scenicus *appellatur Nero apud Tacitum*, 15. 59. 3. *quod ſcenis gauderet, & ipſe fabulas cantaret.*
Scilicet, *per ironiam dictum*, 3. 21. 16.
Scipio *P. Cornelius Africani pater*, 2. 6. 10. occiditur, 3. 6. 36. 2. 17. 6.
Scipio *Cn. Cornelius*, *Africani patruus*, 3. 6. 36: 2. 17. 6.
Scipio *P. Cornelius Africanus* patrem ſervat, 2. 6. 10. Hiſpaniam recipit, 2. 6. 38: 2. 17. 7. Africam invadit, 2. 6. 55. legatus fratris, 2. 8. 14. primus nomine victæ gentis nobilitatus, 1. 11. 9. *Idem dicit Silius*, *fine operis.*
Scipio *L. Cornelius*, *Africani frater*, Antiochum vincit, 2. 8. 14.
Scipio *P. Cornelius Æmilianus* hoſtem ex provocatione vincit, 2. 17. 11. Carthaginem evertit, 2. 15. 12. & Numantiam, 2. 18. 8.
Scipio Naſica *P. Cornelius* Carthaginis excidium diſſuadet, 2. 15. 4. Tib. Gracchum interficit, 3. 14. 7.
Scipio *L. Cornelius* coſ. *anno U. C.* *DCLXX*, 3. 21. 18.
Scipio *Q. Cæcilius Metellus* Pompeianarum partium dux, 4. 2. 65. mortem ſibi conſciſcit, 4. 2. 68.
Scipionum nomen Africæ fatale, 2. 15. 12.
Scopulus ſecuritatis publicæ, *h. e. ad quem alliſa naufragium faceret, ſicut navigia in veris ſcopulis*, 4. 9. 1. *Ita Piſonem & Gabinium* voragines & ſcopulos reip. *vocat Cicero in Piſon. cap.* 18. *ſicut &* ſcopulum patrimonii, *&* Voraginem bonorum, *de Orat.* 3. 40. ſcopulum libidinis, *de Orat.* 2. 37. *Sic Petronius, in carm. de bel. civ. verſu* 240. *Pompeium vocat* piratarum ſcopulum: *& apud Val. Max.* 3. 7. 9. Caſſii tribunal ſcopulus reorum dicebatur. *Alludit vetus poëta apud Scalig. in catalectis, pag.* 190. *f.* Maximus hic ſcopulus, non tamen unus erat.
Scordiſci, *pop.* 3. 4. 3.
Scorta ab exercitu remota, 2. 18. 10.
Scribæ, 2. 6. 25.
Scutum è fugientis manu rapit Cæſar, 3. 10. 4. in Scuto Scævæ 120 tela, 9. 2. 40. Scutis ſuper capita elatis tegi, 3. 10. 13. 4. 10. 6. Scutum imperii Fabius, 2. 6. 27.
Scythæ, *pop.* 4. 12. 62.
Scythicus Septemtrio, 3. 5. 28.
Securus magis, quam tutus, 1. 13. 16. *Ita Seneca, epiſt.* 79.
Secreta imperii pignora. Ancilia atque Palladium, 1. 2. 3 *nam illa maxime abſcondebantur, nec tractabantur niſi rare, & ab hominibus ei rei ſacris.*
Secta paſtoria, 3. 12. 2. *h. e. modus & ratio vivendi. ſic* temporum ſuorum ſectam *aliquoties dicunt Impp.*
Sector, *qui bona haſtæ ſubjecta ſimul emit*, 2. 6. 48. *Vide Barth. adverſ.* 5. 4. *Plinius inde femininum deducit*, 36. 15. *m.* Metella proſcriptionum ſectrix.
Secundus, *pro favente*, 3. 15. 3. Secundum hominum genus, 3. 20. 1. *Cicero, Offic. III*: Quaſi ſecunda quædam honeſta eſſe dicunt. *Tertullian. pag.* 195. 1. *edit. Rigalt.* femina genus ſecundi honoris.
Securi, quam gladio, percuti, atrocius, 3. 5. 3. Securi percuſſi liberi Bruti imperio patris, 1. 9. 5. Securi diſtricta, 2. 2. 17. Secures in principum colla ſtrictæ, 2. 5. 4. Securi magis, quam tuti, *Not. ad* 1. 13. 16. *Adde Senec. epiſt.* LXXIX. *Solin. cap.* I.
Sedere, *pro placere, fixum obſtinatumque eſſe. ſic* Sedet bellum, 2. 15. 4. conſi-

Digitized by Google

conſilium fugæ, 2. 18. 14. *Sic Sidonius; carm.* 7, 337. *Marcellinus*, 14. 2: 18. 2: 19. 15. 28. 29: Quicquid Cæſaris implacabilitati ſediſſet. *l.* 7. *in fin. qui ſatiſd. cog.* ſi judici ſederit. *Adde l.* 3. *C. de Coſſ. lib. XII.* Sedet ſententia, 2. 15. 9. *Claudian. de Bel. Gild.* 415. Ut viſum eſt atque ſedit, *Arnobius, lib. IV. pag.* 173. *f.* Sedere, *de telis dictum pro incidere, pervenire. ſic* in Scuto Scævæ 120 tela Sedere, 4. 2. 40.

Sedes belli, *pro loco ubi geritur*, 4. 2. 35. imperii Roma, 1. 7. 9. *ſic apud Herodian. Severo Imp. appellatur Roma ἡ βασίλειος ἑστία.* Sedes novas quærere, 3. 3. 1: 3. 10. 2. Sedibus ſuis mota urbs, 3. 3. 21. *ſic Curtius.* 3, 2. 12. totius Orientis excita ſedibus ſuis moles.

Seditiones, 1. 23: 1. 24: 1. 25: 1. 26. Gracchanæ, 3. 14: 3. 15. Appuleiana, 3. 16. Druſi, 3. 17. Seditionum omnium cauſſa tribunicia poteſtas, 3. 13. 1.

Seditioſitas, 3. 13. *in lemmate capitis.*

Segeſtes *Germanus*, 4. 12. 33.

nec Segnius quam minati fuerant, 3. 3. 6.

Segovia, *urbs*, 3. 22. 7.

Segulenſes, *pop.* 2. 18. 3.

Seleucia, *urbs*, 3. 11. 5.

Sellæ curules, 1. 5. 6: 1. 13. 10.

SEMEL in perpetuum vinci, non eſt ex dignitate, 2. 12. 2. SEMEL ignoviſſe, ſatis, 4. 2. 90.

Sementis tempus, 1. 11. 13.

Semeſus, 4. 2. 69.

Semigræcus, 1. 18. 6. *Ita* Semigætulus, *&* Seminumida, *apud Appulei. in Apologia.*

Seminarium exercitus Punici Hiſpania, 2. 6. 38. *Ita Curtius*, 8. 6. 6: Hæc cohors velut ſeminarium ducum præfectorumque apud Macedonas fuit. Seminarium triumphorum Macedonia, *Cic. in Piſon. c. XL.*

Semirutus, 2. 15. 13. *Ita Livius*, 5. 49. 4: in Semirutæ ſolo Urbis. *&* 10. 4. 4. tecta ſemiruta. *&* 31. 24. 2, ſemirutæ ac fumantis ſociæ urbis. *&* 31. 26. 7. inter anguſtias ſemiruti muri. *item*, 32. 17. 7, ſtrage ſemiruti muri. *ſic Tacitus aliquoties*: *& Salluſtius, Incert.* 6. 24, etiam cum ſemiruta mœnia. *Lucan.* 1. 24: At nunc ſemirutis pendent quod mœnia tectis. *Apulei. princ. Florid.*, ſemiruta mœnium. *D. Hieron. princ. epiſt. ad Lætam*: delubra ſemiruta. *Rutilius, Itin. verſu* 228: Judex ſemiruti porta vetuſta loci. *ſic Apulei. lib. II. Floridor. pag.* 312. *edit. Vulcanii. Liv.* 36. 24. 2. *Quæ exempla eo citavi, quod aliis noſter hoc verbo nove uſus videretur.*

Semita ſanguinis ſui iter ad victoriam aperire, 1. 14. 3.

Sempronius *P. Sophus* Picentes vincit, 1. 19. 2.

Sempronius *Tib. Longus* vincitur ab Annibale, 2. 6. 12.

Sempronius Gracchus *Tib.* Annibalem ſequitur, 2. 6. 30. *Vide etiam* Gracchus.

Senatores CXL proſcripti, 4. 6. 3.

Senatus origo & etymologia, 1. 1. 15. ſapientia, 1. 18. 16. Senatum in ſententiam ſuam pecunia pertrahit Jugurtha. 3. 1. 4. in verba ſua jurare cogit C. Gracchus, 3. 16. 2. de Senatu, legatorum Pyrrhi judicium, 1. 18. 20. Senatus fugatur ab Urbe, 3. 2. 21. Senatus, *pro curia.* de Senatu, quaſi de carcere, qui jugularentur, educti, 3. 21. 20.

Senatus ſociorum ad ſimilitudinem Romani, 3. 18. 6.

Senior, *pro ſene*, 1. 16. 10. Seniorum ſapientia, 1. 16. 10. a Senioribus conſilium petitum, 2. 6. 26.

Senones, Alpini populi, 4. 12. 4.

Senones Galli, 1. 13. 1, *&c.* eorum veſtigia nulla, 1. 13. 19.

Senſus, *pro intellectu*, 1. 18. 28. *contra* intellectus *pro* ſenſu, *apud Plinium*, 9. 45.

Sententia, *pro partibus*, traxit in ſententiam ſuam Senatum, 3. 1. 4.

Sentina, vitiis ſuis, quaſi Sentina, merſa reſp. 3. 12. 7.

Sepire, *pro cingere.* Septæ ignibus latebræ, 2. 3. 5.

Septimius *L.* Pompeium interficit, 4. 2. 52.

Septemtrione nihil infeſtius, 3. 2. 2: 4. 12. 3. Septentrio Scythicus, 3. 5. 28.

ad Sepulcra cæſorum mactati inimici, 3. 21. 26: 4. 6. 2. in Sepulcra ſævire eſt contra jus belli, 2. 7. 4.

Sequani, *pop.* 3. 10. 20.

Sequi, *pro ſuccedere*, 1. 18. 1. *pro*

Digitized by Google

perſequi, 1. 10. 8: 4. 2. 50.
Seres, *pop.* 4. 12. 62.
Serica tentoria, 2. 8. 9.
Serpentes ad venas admovet Cleopatra, 4. 11. 11.
Serpit bellum, 2. 2. 15: 2. 9. 4.
Sertorianum bellum, 3. 22.
Sertorius, 3. 5. 4. dux Marianus, 3. 21. 13. domeſtica fraude opprimitur. 3. 22. 9.
Servare, 4. 2. 70. *Vide* Obſervare. *Sic Virg. Æn.* 2. 567. —— limina Veſtæ Servantem —— *Plaut. Moſtell.* 2. 2. 2.. Natus nemo in ædibus ſervat. *Vide Gruteri Suſpic.* 5. 1.
Serviis inſcriptio dignitatem triumphi violat, 3. 19. 8: *h. e. ſi ita inſcribatur*: Triumphus de Servis. Servilia bella, 3. 19. eorum cauſſa, 3. 12. 10. Servilia opera, *h. e. ſervis digna*, 2. 18. 10.
Serviliter in terga ſævire, 1. 23. 1. *Vide Bernec. in Juſtin.* 1. 5. 2.
Servilius Ahala *C.* mag. equ. 1. 26. 7.
P. Servilius *Vatia* Iſauricus, 3. 6. 4.
Servilius prætor vincitur a ſervis, 3. 19. 11.
Servilius Cæpio Q. 3. 17. 4. *Vide etiam* Cæpio.
Servitia militant, 2. 6. 23. auxilium pudendum, 2. 6. 30. *Primum qui memoratur ſervos armaſſe, crediderim fuiſſe Miltiadem bello Perſico. Pauſanias in Achaicis*: Diæus, quod Miltiades ante pugnam Marathoniam fecerat, imitatus; vocatis ad Pileum ſervis, *&c.*
ad Servitutem confugere ſalutis cauſſa, 4. 3. 4. Servitute multata Macedonia, 2. 14. 5.
Servius rex Rom. 1. 6. utilis pop. Romano, 1. 8. 6.
Servi quaſi ſecundum hominum genus, 3. 20. 1. Servi rebelles in ſervos infeſtius ſæviunt, quaſi transfugas, *nempe quod communem cauſſam proderent*, 3. 19. 10. Servi Volſinienſium dominos opprimunt, 1. 21. 2. *Ita Mamaluchi in Ægypto.* Serva mater Servii.
Si credere fas eſt, 3. 3. 19. *Conſtat mihi ſcripſiſſe Florum*: ſic credere fas eſt. Si diis placet, 3. 4. 1. *Sic Quintilianus*, 8. 3. 31. dicta ſancte & antique, ridentur a nobis, ſi diis placet, *Liv.* 44. 22. 6.
Sibi, *pro ei, aut illi*, 1. 12. 5. *Sic in querela Mali eleganti epigrammate, quod non merebatur obſcœnis inſeri*: Nec venti, pluviæque, ſiccitaſve, Quod de ſe quererer, malum dederunt.
Sibi, *h. e. in ſuam utilitatem. ita* bellum Samniticum pop. Romanus Sibi geſſit, 1. 16. 2. Parthi ſub auxilii ſpecie Sibi vincunt, 4. 9. 5. ſub ſpecie partium Se vindicant Samnitium duces, 3. 21. 22. *Sic intelligendus Seneca, de benef.* 1. 13. 3: Hercules nihil ſibi vicit. *Lucan.* 10. 13: —— Magnumque periſſe Non ſibi ——. *&* 10. 81: dum, non ſibi, vincere mavult. *Juſtinus*, 2. 8. 6. quaſi ſibi, non patriæ viciſſet. *Curtius*, 6. 11. 29. non enim ſibi, ſed hoſti eſſe occiſuros Alexandrum. *Cicero*, *Philipp.* 1. 29: num ſibi ſoli vicit? *Apud Senecam autem, de benef.* 6. 31. 12. *liceat mihi diſſentire a magno interprete, qui verba illa*, qui non dicebat ſibi, *hoc in quo ſumus modo exponit. Sed videntur nimirum aliud ſibi velle*: *& in ipſum Demaratum torqueri ſuſpicionem movent illa*: Dignus erat præmio, antequam peteret. *quod dictum eſt, ſicut apud Tacit. H.* 1. 49. 9: omnium conſenſu capax imperii, niſi imperaſſet. *ideoque interpretarer, Demaratum verum dixiſſe Xerxi: ejus potentiam non eſſe tantam ut vinci non poſſet: non autem dixiſſe ſibi, ſe tam ſtultum eſſe, ut præmium hoc extremæ vanitatis peteret. Ut autem verbo* ſibi *utuntur, ſic etiam dicunt* mihi, tibi, nobis, illi, *&c. Ita Lucan.* 5. 35. 7: Jam certe mihi bella geram. *argutatur in hoc ſenſu Plautus Menæchm.* 4. 2. 82. *ubi Taubman. Seneca Medea, verſu* 276. —— illi Pelia, non nobis jacet. *& mox* Toties nocens ſum facta, ſed nunquam mihi.
Sibilare *ſerpentum proprium ad cauſſidicos tranſlatum*, 4. 12. 37.
Sibyllini verſus, 4. 1. 8. Sibyllini libri. *Vopiſc. in Aureliano, cap. XVIII.*
Sic *optantis*, 1. 1. 18. Sic, quaſi, *frequenter junguntur; ut*, 3. 6. 1, *&* 10: 3. 10. 15: 3. 21. 20: 4. 7. 1. & Sic, *uſurpari ſolet cum intervenit actui* quod-

quoddam impedimentum, non tamen ad eum tollendum ſufficiens, *ita* 2. 2. 32. *eodem ſenſu* Sic quoque, 3. 11. 14: 4. 10. 5. *Ita Statius*, 12. 258. *Livius*, 45. 38. 11. *Martialis epig.* 1. 16. *Seneca, Troadib. verſu* 1118.

Sicambri, *pop.* 4. 12. 24.

Sicilia, *inſ.* 1. 18. 3. occupatur a Romanis, 2. 2. a Sex. Pompeio, 4. 8. 1. multo cruentius vaſtata ſervili, quam Punico bello, 3. 19. 2. frugum ferax, 3. 19. 3. in Sicilia bellum, 2. 6. 32. Sicilia contenti debuerant eſſe Romani, 3. 12. 6.

Sicoris, *fl.* 4. 2. 26.

Siculum fretum, 4. 8. 3. mare, 3. 6. 8.

Sidus Herculis, 1. 18. 19. Sidera, *pro uno Sole videtur poſitum*, 4. 3. 8. *ſic apud Marcellinum*, 18. 17: *&* 22. 35. *Vide Bernecc. ad Juſtin.* 13. 7. 10. *ſicut in iis, ubi* velut ſideribus mota belli tempeſtas, 2. 8. 8: *&* quaſi Sideribus agitatum bellum, 3. 21. 3. *dicitur, quod ut Sol tempeſtates, ita illa cauſſa bella conciverint. ita Claudianus, in Eutrop.* 2. 424. *pro tempeſtate poſuit* Sidus, *cauſſam nempe pro effectis*: Fertur in abruptum caſu, non ſidere puppis.

Signifer, *pro aquilifero*, aquilam Auguſto tradit moriens, 4. 4. 5. aquilam intra baltei ſui latebras abſcondit, 4. 12. 38. Signifer *dicitur etiam qui præcipue factionem aliquam juvat; quomodo &* Anteſignani *dicuntur*: *ita* Signiferi & duces Syllanæ dominationis, 3. 23. 6.

Signum, *pro omine*, 4. 7. 7. *pro argumento*, 4. 8. 3. Signum dare, 3. 21. 13. *ſolebat autem militibus pugnam inituris* ſignum dari, *quando concurrerent. de quo Lipſ. M. Rom.* 4. 12. Signa militaria Parthorum, 3. 11. 8. Signa in hoſtes jaculari, 1. 11. 2. *ad notam pertinet Seneca, epiſt.* 95: Primum militiæ vinculum eſt, religio, & ſignorum amor, & deſerendi nefas. Signa Craſſi haurit Euphrates, 3. 11. 3. Signa canunt. *Vide* C. ſub Signis ordinare, 3. 19. 9. *Vide etiam* O. Signa *pro copiis ſæpe ponuntur, aut ipſa acie, ſic* infeſta quatuor agminum Signa per Etruriam volitant, 1. 17. 2. Signa circumferre, *eſt exercitum circumducere*, 3. 5. 29. inferre, *exercitum admovere*, 1. 22. 3: 4. 1. 8: 2. 7. 6. *ita* Signa convertere, 2. 6. 51: 2. 17. 2. Signis Pompeianis omnis fere Aſia tenetur, 3. 5. 31. collatis Signis dimicare, *eſt juſta acie, juſto prælio*, 2. 6. 52, *&* 58. Signa, *pro ſtatuis, imaginibus*, Corinthia, 2. 16. 6. *Sic Ovid. Am.* 3, *Eleg.* 6: —— inutile ſignum. Salluſt. Catil. 11. 3: Signa mirari.

Silanus *M. Junius* vincitur a Cimbris, 3. 3. 2.

Silentium ſubitum inter medium prælium, 4. 2. 80.

Sillaces, præfectus regis Parthorum, 3. 11. 8.

Silvæ Calidoniæ, 3. 10. 18. Hercyniæ, 3. 10. 14. *Vide etiam* Saltus. turis & balſami, 3. 5. 29. *Ita Solinus, cap.* 35. balſami ſilvam *appellat, &* lucos. *quod poſterius inepte dictum arguit magnus interpres. poſſit tamen videri, ubi* ſilvæ *vox conveniat, non male etiam* lucum *dici*. in Silvas dilapſi Morini, 3. 10. 6.

Silveſtres homines, 3. 8. 2. *Vide etiam* Feri.

Similis exitus belli Punici, initio, 2. 6. 8, Similior victo populus, qui vicit, *ibidem*. Simile prodigio, 3. 4. 4. *Ita* ſimile portenti. *Cicero, Philip.* 2. 27. monſtri ſimile, *Val. Max.* 9. 11. 1: SIMILE quiddam cum nivibus ſuis habent Alpina corpora, 2. 4. 2. *Sic pr. Inſt. de publ. jud.*

Simulacrum, *pro exemplo, ſimilitudine*, 1. 2. 3: 4. 2. 88.

Simulatus furor fanaticus, 3. 19. 4. metus, 4. 9. 6: 4. 10. 3. Simulata fuga, 1. 3. 4. proditio, 4. 12. 44. ſtultitia, 1. 9. 1. Simulatum colloquium, 2. 2. 11. transfugium, 1. 7. 5: 3. 11. 7. Simulati ludi equeſtres, 1. 1. 10.

Sine miſſione pugnare, *Vide* M.

Singularis *pro plurali ſæpiſſime ponitur. Vide Quintilian.* 9. 3. *Sic in noſtro*, Barbarus, 3. 10. 13. Bruttius, Apulus, Lucanus, 1. 18. 26. eques, 2. 6. 13: 3. 17. 4. Germanus, 3. 10. 14. Macedo, 2. 14. 2. miles, 1. 12. 8: 2. 18. 11: 4. 2. 43: 4. 2. 50. Romanus, 2. 13. 1: 3. 3. 9. Tarentinus, 2. 6. 42.

Singu-

Singulare certamen Manlii, 1.13.20. Scipionis, 2. 17.11.

Sinus *receſſum & cavitatem ſignificat. ita* Sinus vallis, 1.17.7. Sinus ultimus Italiæ, *pro angulo*, 2.6.46. in Sinu bellum & pacem porto, 2.6. 7. *Hinc* Sinus *Geographis dicitur, ubi mare terris utrinque abſcedentibus, quaſi in gremium admittitur. ita* Sinus Ambracius, 4.11.4. Gallicus, Liguſticus, 3.6.8. Maleus, 3 6.3. *Sic è contrario terra fluminibus intercepta, ut* Sinus inter Euphratem & Orontem, 4.9.5.

Sipylus mons, 2.8.15.

Siti ad deditionem compulſi, 4.2. 28.

Situm ſentiunt arma, 3.2.3. *h.e. ſquallorem ex ſitu contractum. ita Virg. Æn.* 6.462. — loca ſenta ſitu —.

Socialis claſſis, 3.6.8. Sociale bellum, 3.18. ejus cauſſa, 3.12.9: 3. 17.9. Sociale non poteſt dici bellum Cæſaris & Pompeii, 4.2.4.

Sociare opes, 1.1.14. ſibi aliquem fœdere, 2.7.4.

SOCIETATIS inter hos & illos duces pœnas dant miſeræ civitates, 3.22.8: 4.2.77. Societate trium principum orbis imperium occupatur, 4.2.12.

Socius rex confiſcatus, 3.9.3.

Socii fortiſſimi fideliſſimique, 3.18.6. Socii Pompeii moram increpant, 4. 2.43. Socios hoſtium perſequi, 1. 19.1. in SOCIIS etiam noſtrum animum perdimus, 4.2.29. 4.7. 14. pro Sociis intervenit pop.Rom. 1.13.6. *Livius tamen,* 5.35.5. *expreſſe ſcribit, Cluſinis* adverſus Romanos nullum jus ſocietatis amicitiæve fuiſſe.

Sol in maria cadens, 2.17.12. Solis defectio, 1.1.17. a Sole venire, 2. 6.12. ſub ipſo Sole habitare 4.12. 62. Soles Campaniæ, 2.6.22, *h.e. calor, quo gaudebant Afri. Sic Ovid. epiſt.* 5.111: —— ariſta quæ levis aſſiduis Solibus uſta riget.

Solatium eſt poſſe transferre in alium culpam cladis, 3.11.2.

Sollertia Tulli, 1.6.3.

in Solido decernere. *q. terreſtri prælio,* 2.2.9.

Solitudo Romæ, 1.15.14. Solitudinem Urbi minatur plebs, 1.22.5. SOLITUDINE, *h. e. ubi unus imperat*, corrumpitur poteſtas, 1.9. 2. *Contra Aſinius Gallus, apud Tacitum,* 1.12.4: Unum eſſe reip. corpus, atque unius animo regendum. *Et incommoda communis imperii ex Scipionis quoque verbis patent, relatis a Val. Max.* 6.4.2: ſe ex majeſtate reip. omnia geſturum, ſi ſibi cives vel dediſſent collegam, vel non dediſſent. *Plut. Sylla, cap.* 33: Hoſtes, nec alias ducibus, quod plures haberent, parentes.

Solium, *pro loculo, ubi conduntur mortui,* 4.11.11.

Sollemne ſacrum, 1.13.16, *quod certis temporibus fit, ut explicat Feſtus. Sic Veget.* 4.40. diem ſollemnem *vocat, quem paullo ante* ſtatutum *dixerat.*

Sollicitare urbes, nationes, *eſt in ſuas partes velle pertrahere*, 2.20.4: 3.5. 21. Sollicitare in auxilium, 4.9.3. in colloquium, 3.11.9. Marius provinciam Syllæ decretam Sulpicia lege Sollicitat, *h.e. hoc agit, ut ſibi decernatur*, 3.21.16.

Solum. SOLI cœlique clementia robur elanguet, 3.3.13. Solo exæquare urbem, 1.13.14. SOLO mutato frugum ſemina degenerant, 2.11.4.

Solvere fidem, *h.e. præſtare quod promiſeris,* 1.1.12. *Livius,* 3.19.1: ut P. Valerii fidem exſolverent. Solvere, *de navibus dicitur iter auſpicantibus,* 3.10.16. Solvi morte, *h. e. in mortem ſolvi, mori,* 4.11. 11. *ita* ſomno. *Ibidem Ovid. Am.* 2. *Eleg.* 10. Solvi, *pro mori, abſolute dixit.*

Somnium medici de Auguſto, 4.7.9.

Sonare ample, 4.2.65. *Vide etiam* A.

Sora, *urbs*, 1.11.6.

Soranus prætor occiditur, 3.21.26.

Sortis ultimæ vir. *h. e. infimæ conditionis*, 2.14.3.

Spadones Ægyptii, 4.2.52.

Sparſæ magis quam oppreſſæ vires, 4. 2.65.

Spartacium bellum, 3.20.

Spartacus, 3.20.2. de invadenda Roma deliberat, 3.20.11.

Species belli, *pro forma prælii*, 1.17.6. Speciem cæſorum præbent Romani teſtudine tecti, 4.10.6. Speciem viventium præbent roſtra Rom. navium, 2.2.35. ad Speciem fiduciæ

Digitized by Google

ciæ panes a Capitolio jaculantur Romani, 1. 13. 16. *in quibuſdam Impreſſis eſt*, ad ſpem fiduciæ, *errore ex compendio ſcripturæ orto*: ad ſpem, *h. e.* ad ſpeciem. *ſic apud Livium*, 28. 24. 9: Forma tamen Rom. caſtrorum conſtabat una ex ſpe. *vetuſtiores edd.* conſtabat ea una ſpe: *quis dubitet, ſcriptum fuiſſe* ſpē; *legendum* ſpecie? magna nomina, ut non in uſum, ita ad Speciem imperii acquiſiiſſe, decorum, 3. 12. 4. Species, *pro prætextu, obtentu. ita* Specie juvandi ſocios, mare ingreditur pop. Romanus, 2. 2. 4. ſub Specie partium ſe vindicant Samnitium duces, 3. 21. 22. ſub Specie falſa bella movere, 1. 11. 1: 2. 2. 4.

Specioſa mors, *pro pulcra, conſpicua*, 3. 3. 16. Specioſiora vitia, *h. e. quæ majorem ſpeciem habent*, 3. 12. 11.

Spectaculum, *ſc. ludorum*, 1. 1. 10. Spectaculo quaſi expoſita urbs, 2. 16. 1. *Laudat pulcritudinem Corinthi.* Spectaculis indulgent Romani, 3. 12. 10. Spectaculum belli, 1. 18. 8. prælii, 1. 11. 4.

Spectatio gentis, 2. 7. 3.

Specula Africæ Clypea, 2. 2. 19. veluti ultima Septentrionis Specula, 3. 5. 5. Speculæ Herculis, *pro* columnis, 4. 2. 76.

Speculari, *pro explorare*, 1. 17. 4.

Speculator, 4. 7. 13.

Speculatorium navigium, 4. 2. 37.

in Speluncis incluſi Aquitani, 3. 10. 6.

SPERARE ſemper, indolis magnæ ſignum, 4. 8. 3. Sperare (*ἀνύειν*, *ut Virgil.* ſperare dolorem) 3. 1. 1.

Spirare altius, 2. 2. 27. quiddam indomitum, 1. 22. 1.

Spiritus, *pro magno animo*, 2. 6. 31: 3. 10. 20: 4. 2. 10. Spiritum expellere, *h. e. vitam*, 3. 5. 26. recipere, 2. 3. 1. *Vide etiam* R.

Spoletium, *urbs*, 3. 21. 27.

Spolia *nautica* in ſuggeſtu fori ſuffixa, 1. 11. 10. roſtra *intelligit*: *ea enim hac appellatione fere veniunt. Vide Bernecc. ad Sueton. Aug.* 18. 3. *Adde Liv.* 10. 2. 14. Spolia opima. *Vide* O. Spolia præferre, 2. 7. 7. ſuffigere, 1. 11. 10.

Sponſor fœderis, 3. 14. 2. *de fœderibus per Sponſionem late Livius*, 9. 9.

Stare, *pro adeſſe*. pro uno duos Stare Pompeios, 4. 2. 74. Stat pro partibus fortuna, *h. e. militat*, 4. 7. 10. imperium Stat in Ripa Rheni, 4. 12. 39. *h. e. ſubſiſtit, ultra non progreditur. ſic Quintilianus, declam.* 3: Gens majorem terrarum partem victoriis pervagata, tantum in Mario ſtetit. Stans urbs, *pro ſalva, non diruta*, 4. 12. 57.

Statim capta Carthago, *nempe eodem die quo obſeſſa*, 2. 17. 7. Statim ac ſine mora, 2. 2. 6: 2. 3. 2. Statim & è veſtigio, 7. 8. 12.

Stator Jupiter, 1. 1. 14.

Status Aſiæ a Sylla datus, 3. 5. 12. Græciæ antiquus redditus, 2. 7. 13. reip. a Romulo impoſitus, 1. 1. 15. mutatus, 1. 9. 3.

Status ſacrificii dies, *h. e. ſolennis*, 1. 13. 16. *Pro hoc vocabulo ſæpius reperias* ſtatutus, *neſcio an probe.*

Stellis iter ſequi, 3. 5. 28. *Curtius*, 7. 4. 28: Qui tranſeunt campos (*in Bactrianis*), navigantium modo noctu ſidera obſervant, ad quorum curſum iter dirigunt.

Stipendiarius Thrax, 3. 20. 8. *h. e. auctoratus gladiator.* Stipendiaria provincia, *quæ ſtipendium pendit*, 2. 17. 7.

Stipendiorum origo, 1. 12. 8. *Ulpianus vocis hujus etymon recte deducit, l.* 17. *de V. S.* Stipendium a ſtipe appellatum eſt, quod per ſtipes, id eſt, modica æra, colligatur, *quamvis eo loco non de ſtipendio militari, ſed provinciarum, loquatur. ſed & ipſum militare, quod alteri poſtea nomen dedit, ita confectum. Vide Livium*, 2. 60. *Eſt igitur* Stipendium *a pendenda ſtipe, quod tum pecunia non numerabatur, ſed appendebatur. Vide Plinium*, 33. 3. Stipendii loco terra petita, 3. 3. 2. templa promittit Poſthumius, quaſi Stipendium diis commilitonibus, 1. 11. 4.

Stoliditas barbarica, 3. 3. 12. Domitii centurionis, 4. 12. 17.

Stolo *C. Licinius*, trib. pl. 1. 26. 4.

Strabo Pompeius. *Vide* P.

Strangulati in carcere Catilinæ ſocii, 4. 1. 10. *Hoc ſupplicio fere duces hoſtium triumphatos afficiebant.*

Strategema Annibalis, 2. 6. 12, 13. & 16. Cæſaris, 3. 10. 3: 4. 2. 84. Claudii Neronis, 2. 2. 52. Coſſi,

1. 11. 3. Duillii, 2. 2. 9. Horatii, 1. 3. 4. Manlii, 1. 13. 16. Marci Philippi, 2. 12. 7. Marii, 3. 3. 8, & 15. Parthorum, 3. 11. 7: 4. 10. 3. Posthumii, 1. 11. 2. Spartaci, 3. 20. 4, 6, & 13. Tarquinii, 1. 7. 6. Tulli Hoſtilii, 1. 3. 7. Ventidii 4. 9. 6.

Stringere bellum, 3. 21. 1. *ubi tamen melius totidem literis legas* ferrum, *hoc enim* ſtringendi *verbo melius convenit. aut* telum, *quam vocem etiam in Liviana epitome in* bellum *tranſiſſe, notavi*, 3. 16. 7. Stringere gladium, 3. 21. 25. Stringere, *pro vulnerare*, 4. 12. 44.

Studere nomini, provinciæ, 3. 10. 19. revocandis regibus, 1. 9. 5.

Studium, *pro favore*, 3. 13. 1.

Stultitia ſimulata, 1. 9. 1.

Stupens occaſione, 1. 16. 10.

Stuprum Lucretiæ regifugii cauſſa, 1. 7. 10. Virginiæ deſtinatum, decemviratus ſuolatii cauſſa, 1. 24. 3 Stuprum ſuum egregie ulciſcitur Orgiagontis uxor, 2. 11. 7.

Sub ſilvis, *pro in ſilvis, aut propter ſilvas*, 4. 12. 10.

Subducere. Antonium metus ſubducit a prælio, 4. 7. 10. æſtibus Subducitur Oceanus, 3. 10. 5. *Habet igitur ſignificationem paullatim & prope ſine ſenſu rei ſubtrahendi. Velleius*, 2. 72. 6: quos præſenti periculo fortuna ſubduxerat.

Subigere, *pro domare. ita* pop. Romanus Subigit Italiam, *Præfat.* 6: 1. 26 9. Samnites, 1. 16. 8. continuis cædibus aliquem Subigere, 2. 18. 5.

Subire, 1. 13. 15. *habet ſignificationem appropinquandi, interdum etiam ſcandendi, quam & in hodierno idiomate Hiſpano retinet.*

Subitus evadit, *pro ſubito ev.* 4. 2. 59. Subita belli, 1. 1. 11. *ita Liv.* 25. 15. 19.

Submittere ædes, *h. e. in plana transferre*, 1. 9. 4. faſces populo, *h. e. imperium & poteſtatem conſularem ſubjicere populo, ibid.* Submiſſis cervicibus, *h. e. inclinatis*, 1. 18. 28.

Submovere hoſtes, *pro repellere*, 1. 10. 4: 3. 10. 7: 4. 5. 59: 4. 12. 19. Submovere mari, *pro pellere, mari*, 3. 6. 5.

Subrogare, *h. e. ſubſtituere per rogationem*, 3. 16. 1.

Subſtituere alicui, 1. 9. 4. in locum alicujus, 1. 6. 2.

Subterranei doli, *pro cuniculis*, 1. 12. 9.

Subtrahere ſe, *pro ſubducere ſe. ſic* Armenia ad Parthos ſe ſubtrahit, 4. 12. 42.

Suburbano pop. Romani provincia Sicilia, *h. e. quæ proxima eſt omnium provinciarum, & propemodum in conſpectu Urbis*, 2. 2. 15: 3. 19, 3. Suburbanum Tibur *ob magnitudinem Urbis eo uſque protentæ*, 3. 11. 7.

Succedere caſtris, *prope accedere ad caſtra. eodem ſignificatu eſt, quo verbum* Subire, 4. 9. 6.

Succeſſio provincias obtinentium, 4. 2. 15.

Succingi in aliquem, h. e. expeditionem in aliquem ſumere, 4. 7. 5. *Deducto loquendi uſu a militibus, quorum erat* cingi. cornua ſinus Ambracii claſſe Succincta, *h. e. inſeſſa & munita*, 4. 11. 4.

Succlamare, *pro acclamare*, 2. 6. 7.

Sucro, *urbs*, 3. 22. 7.

Sudibus circumdata urbs hoſtilis, 3. 10. 25. Sudibus pugnant Romani, *ibidem. &* 3. 21. 7.

Sudor ſimulacrorum, 2. 8. 3. *Dio hoc loco citatus*: *& Plut. Coriol. cap.* 57, *diſputant, hoc naturalibus ex cauſis quandoque poſſe fieri.*

Suevi, *pop.* 4. 12. 24.

Suffigere ſpolia, 1. 11. 10.

Suggerunt ſe cauſſæ, *h. e. ultro ſe offerunt*, 2. 8. 1.

Suggeſtus fori, 1. 11. 10. *locus editus ubi concionabantur, dictus a ſuggerendo, h. e. aggerendo.* Suggeſtus Cæſaris in curia, 4. 2. 91.

Sulmo, *urbs*, 3. 21. 28.

Sumere bellum, *pro ſuſcipere*, 4. 12. 24. expeditionem, & mandare, oppoſita, 4. 12. 6, & 48. *nam* mandare expeditionem, *eſt committere ducibus*: ſumere, *per ſe id agere, & ipſum proficiſci.* Sumere impetum, 4. 12. 54. Sumpta prælio Theſſalia, *h. e. electa*, 4. 2. 43.

Summa rerum, *h. e. ſummum arbitrium*, 4. 3. 5.

Summovere. *Vide* Submovere.

Summus *pro excellentiſſimo in quaque re. ita Summus* aſtu, audacia, 2. 17. 13. augurio, 1. 5. 2. *Sic Plinius*, 35. 12. 9: in omnibus his ſummus.

Apulei. lib. 5. in fine : manduconem ſummum. Summa fames, *pro extrema, maxima*; 1. 13. 16. religio fœderum, 2. 6. 5. virtus, 3. 22. 2. Summum nefas, 4. 1. 4. Summa rupes, *pro apice rupis*, 1. 13. 15.
Sumptuoſa largitio, *qua nimios ſumptus requirit*. 3. 12. 12.
Super, *pro in*. Super caſſidem foculus, 4. 12. 16. Super ſcuta ſalire, 3. 10. 13. Super menſas & pocula, 4. 2. 69. *Curtius*, 7. 4. 7. debellaturus ſuper menſa Alexandrum.
Superata in una urbe Sicilia, 2. 6. 33.
Superbia Arioviſti, 3. 10. 11. Tarquinii tolerata, 1. 7. 10. SUPERBIA crudelitate gravior bonis, 1. 7. 4. NON minus exoſa, quam ſævitia, 4. 12. 31.
Superbus, Tarquinii cognomen, 3. 7. 1.
Supergredi, *pro ſuperare*, 3. 21. 5.
Superior, *pro victore*, 1. 10. 2.
Supervacuum, 2. 2. 37.
Supervivere expeditioni ſuæ, 2. 2. 14.
Suppetere, *pro adeſſe*, 3. 20. 13.
Supplices, *de iis, qui auxilium orant*, 2. 7. 5.
Supplicium de filio ſumit pater Caſſii, 1. 26. 7. SUPPLICIO nihil deformata majeſtas Reguli, 2. 2. 25. Supplicia quondam hoſtium, artem faciunt Romani, 3. 12. 10. Suppliciorum metu voluntaria mors, 3. 19. 11.
Supprimere vectigalia, *pro intercipere*, 3. 13. 4.
Supra. Africa Supra Theſſaliam, 4. 2. 73. *h. e. ſuperavit Theſſaliam, ea quidem re, de qua loquitur, nempe apparatu & crudelitate belli*.
Suprema pugna, *h. e. ultima, noviſſima*, 1. 18. 21.
Surenas, præfectus regis Parthorum, 3. 11. 8.
Suſcipere bellum, 4. 4. 1.
Suſpenſus utre, *h. e. incumbens utri & ſuper eum hærens*, 3. 5. 16.
Suſpicere arma, mores, *pro revereri*, 4. 12. 30. populum, 1. 26. 5.
Suus *eleganter ponitur, pro nativo, proprio, aut eo, quod quis affectu ſuum fecit. ut* Sua fortuna, Sua natura, *h. e. quam quis in poteſtate habet*, 3. 5. 21. *Not. ad Ovid. Epiſt.* 12. 83. Sed mihi tam faciles unde deoſque meos? *leg.* meoſque deos. Sua magnitudine præpedita Antiochi acies, 2. 8. 17. Sua obſidio Gallos fatigat, 1. 13. 17. Suo ebore fulgentes elephanti, 2. 8. 6. SUIS moribus domiti Thraces, 3. 4. 7. hoſtem SUIS artibus aggredi, 3. 1. 10. adverſus hoſtem SUIS viribus uti, 2. 6. 41. SUIS viribus confectus pop. Romanus, 3. 12. 6. caſtra quaſi jam Sua circumvolant vultures, 4. 7. 7. *Hoc fere modo Vellei.* 2. 75. 3: fugiens mox futuri *ſui Cæſaris arma*. adverſus hoſtem callidum SUIS conſiliis pugnandum, 2. 6. 26. *Livius*, 22. 16. 4: Nec Annibalem fefellit, ſuis ſe artibus peti. *Plautus, Amphitr.* 1. 1. 113: hunc telo ſuo ſibi, malitia, a foribus pellere.
Sylla *L. Cornelius*, 3. 5. 4. Jugurtha potitur, 3. 1. 17. Mithridatem vincit, 3. 5. 2, & 9. Samnites, 3. 18. 13. fœdus cum Parthis ferit, 3. 11. 4. multos interficit, 3. 21. 24. decus ſeculi ſui, 3. 21. 2.
Sylla Fauſtus, 4. 2. 90.
Syllæ in conjuratione Catilinæ, 4. 1. 3.
Syllana proſcriptio, 3. 21. 25: 4. 6. 3. tempeſtas, 4. 2. 2.
Sypliax *Numida*, 2. 6. 56.
Syracuſæ, *urbs*, 2. 6. 33.
Syria, 3. 11. 10. debellata, 2. 8. provincia Caſſii, 4. 7. 4. occupatur a Parthis, 4. 9. 5. recipitur a Ventidio, 4. 9. 7. prima corrupit Romanos, 3. 12. 7. Syriæ laus, 2. 8. 4.
Syriaticus, *pro Syriacus*, 2. 9. 1. *& ita ſcribendum fuerat*, 2. 11. 1, & 2. 12. 1.
Syria dea, 3. 19. 4.
Syrus quidam ſervus bellum concitat, 3. 19. 4.
Syrtes, *Africæ loca vadoſa & arenoſa, eaque exitioſa navigantibus*, 2. 2. 31.
Syrtium accolæ domiti, 4. 12. 40.

T.

T & D invicem mutant, 1. 18. 11.
Tabernæ argentariæ, 2. 6. 48.
Tabula proſcriptionis Syllanæ, 3. 21. 25. feralis, 3. 22. 2. Tabulæ duodecim,

Digitized by Google

decim, 1. 24: 1. in Tabulas referre quæ, 1. 5. 3. *Cæl. ad Cic. in ep. fam.* 8. 8. 8. Tabulæ, *pro picturis*, Corinthiæ, 2. 16. 6.

Tabulata navium, 4. 11. 5.

Tagus, *fl.* 2. 17. 15.

Tanquam viri occidi volunt Numantini, 2. 18. 13.

Tantum non, *h. e. propemodum, parum abeſt*, 2. 6. 46: 3. 21. 21. *Sic Suetonius ſæpe, item Velleius, & ad eum Acidalius. Seneca, de benef.* 5. 16. 4: ut qui civem Romanum occidiſſet, impunitatem, & pecuniam (*forte repetendum* &) tantum non civicam acciperet. *Adde Portum, in Xenoph. pag.* 135. *An ſic leg. apud Cic. ad Q. frat.* 1. 1. 3, 6. *ubi vulgo*, tantum jam ad nimiam levitatem?

Tanti eſt exercitus, quanti imperator, 2. 18. 11. Scilicet in vulgus manant exempla regentum; Utque ducum lituos, ſic mores caſtra ſequuntur, *Claudian. de laud. Stilic.* 1. 168.

Tarchondimotus, 4. 2. 5.

Tarentinus, *pro Tarentinis. Vide* Singul. pro plurali. Tarentinum bellum, 1. 18. Tarentinæ deliciæ, 1. 18. 28.

Tarentus Lacedæmoniorum opus, 1. 18. 2. occupatur ab Annibale, 2. 6. 21. recipitur a Romanis, 2. 6. 42.

Tarquinius Priſcus rex Romanus, 1. 5. quid profuerit populo, 1. 8. 5.

Tarquinius Superbus, rex Romanus, *prioris nepos* (*Vide diſputationem Laurentii Vallæ, præfixam notis in Livium*), 1. 7. quid profuerit populo, 1. 8. 7.

Tarraco, *urbs*, 4. 12. 51.

Tatius, *Sabinus*, 1. 1. 14.

Taurus, *mons*, 4. 12. 61.

Taxata dignitas equeſtris menſurâ, *h. e. æſtimata*, 2. 6. 18. Taxata ſtipendio hiberna, 1. 12. 8. *Utitur hoc verbo Juſtinus. Seneca conſol. ad Marciam*, 19. 2: Tanti quodque malum eſt, quanti illud taxavimus. *Plinius*, 35. 11: Talentum Atticum XVI M taxat Varro.

Tegumenta pecudum, *pro coriis*, 3. 20. 6.

Teleſinus, 3. 18. 6. opprimitur, 3. 21. 23.

Tellus dea, 1. 19. 2.

Temere, *pro facile*, 1. 13. 7: 1. 18. 20. 2. 18. 3. *Utitur hoc modo Sueton. Aug.* 16. 6. *& Tito*, 6. 6. *Quintilian.* 1. 3: Ingeniorum præcox genus non temere pervenit ad frugem. *Eodem modo voce* ῥᾳδίως *utitur Herodianus*, 6. 3, *&* 13.

Temeritas barbaris ſolita, 4. 12. 54. felix, 3. 10. 22. Salondici, 2. 17. 14.

Tempe, *locus Theſſaliæ*, 4. 2. 51.

Tempeſtas claſſem Mithridatis lacerat, 3. 5. 18. oboritur inter necem Romuli, 1. 1. 17. Tempeſtate interceptus triumphus, 2. 2. 31. Tempeſtate flexus ſuos ſignificant ſidera, 4. 3. 8. Tempeſtas belli Aſiatici, 2. 8. 8. Punici, 2. 6. 9. *Sic Livius*, 31. 10. 7. *D. Hieron. ad Gerontiam de Monogam. in fine*: Hannibal de Hiſpaniæ finibus orta tempeſtas. Tempeſtas Mariana & Syllana, 3. 12. 11: 4. 2. 2.

Templum Jovis Statoris, 1. 1. 13. Templum Tarquinio erectum de manubiis *Capitolium*, 1. 7. 7. Templo comparata Roma, 1. 18. 20. Templa vota inter diſcrimen pugnæ, 1. 1. 13: 1. 11. 4: 1. 19. 2: 1. 20. 2. Templa non poſſunt defendere, quem arma non potuerunt, 2. 12. 9. circa Templa imagines Cæſaris, 4. 2. 91. Templis detracta arma, 2. 6. 23. —— patriis modo fixa revellunt Arma deis——, *Statius, Thebaïd.* 12. 709. κεκόσμηνται δὲ τοῖς ὅπλοις τὰ Θηβαίων ἱερά, *Ariſtides, orat. V. tom. II. pag.* 95. *Sic Argivæ mulieres arma templis detraxerunt adventante Cleomene. Plut. in apophth. Lacon. cap.* 73. *Nam in templis ſuſpendi dedicarique ſolebant ab hoſtibus capta.*

Tenere *variæ ſignificationis verbum eſt.* Tenere concordiam, *valet continere, cuſtodire*, 4. 2. 13. lacrymas, 4. 6. 5. *ut* tenere ora, *apud Virg. Æn.* 2. 1. *&* riſum, *apud Horat. de arte, verſu* 5. militem in caſtris, 3. 3. 5. regnum, *pro habere, poſſidere*, 1. 7. 2.

Tentum, 2. 12. 11. *utitur hac voce unus, quod ſciam, antiquorum Horatius*; *Epodon* 12. 12.

Tenue fretum, *pro anguſto*, 2. 8. 9.

Tenus *valet uſque ad, & ultimo caſui jungitur.* Colchis tenus, 3. 5. 25. Dacis

Digitized by Google

Dacia tenus, 3. 4. 6. Hadriatico tenus mari, 1. 15. 2:
Tergeminorum fratrum pugna, 1. 3. 4.
a Tergo ordinatis omnibus, 4. 12. 36.
in Terga ſerviliter ſævire, 1. 23. 1. *Salluſt. Hiſt.* 1. 1. 12: de vita ac tergo regio more conſulere. *Servile enim ſupplicium hoc erat. unde nihil crebrius apud Comicos hujuſmodi dictis*: omnem in tergo theſaurum gerit. Virgis dorſum depoliet meum, &c.
Terme, *urbs Hiſp. Forte rectius* Termes, *ut alii edunt; hinc enim deducti videntur* Termeſtini, *Tac.* 4. 45. 1.
Terminus deus non poteſt exaugurari, 1. 7. 7. *Cato*, 1 *Originum*: Fana in eo loco compluria fuere, ea exauguravit: præterquam quod Terminum fanum fuit, id nequitum exaugurari.
Terræ recondere, *ſicut humi*, 1. 13. 11. Terrarum ſitus qui pingunt, *eos Florus in hoc opere imitatur*, *Præfat.* 3. *Ad ejus forte imitationem*, *alia, nec minus eleganti, comparatione opuſculum ſuum orditur Sex. Ruffus*: Morem ſecutis calculatorum, qui ingentes ſummas ære breviori exprimunt, res geſtas ſignabo, non eloquar.
Terræ motus inter prælium, 1. 19. 2: 2. 6. 14.
Terreſter, 2. 2. 5. *ita* Silveſter, *Plinius*, 14. 16. 23.
Terrigenæ, *ſic appellati Gigantes, quos Poëtæ fabulantur terra editos*, 1. 17. 6.
Territare fines alicujus, 2. 15. 3.
Terror adventus hoſtici, 2. 2. 18. elephantorum, 1. 18. 9: 3. 2. 5. Germanorum, 3. 10. 12. Mithridatis, 3. 5. 9. Terrori eſſe, 1. 11. 6: 1. 17. 3. Terrorem geminare dolo, 1. 10. 5. nominis ſui circumferre, 2. 2. 21. ad Terrorem movendum facibus armati Fidenates, 1. 12. 7. ipſo nomine ac Terrore Punici maris quidam deficiunt, 2. 2. 17. nomine quaſi Terrore compoſito Vercingetorix, 3. 10. 20.
Teſtamentum Attali, 2. 20. 2. Cæſaris, 4. 4. 1. Teſtamenta paſſim in principiis ſcripta, 3. 10. 12.
Teſtudo militaris, 3. 10 13: 4. 10. 6.
Teutana Liburnorum regina, 2. 5. 2.
Thala, *urbs*, 3. 1. 11.
Thapſos, *urbs*, 4. 2. 66. non oſtenſa in triumpho Cæſaris, 4. 2. 89. *Plutarcho Cæſ. cap.* 76. *ex* Ἰτύκην *corrupte, ut puto.*
Theatrum Pompeii, 4. 2. 8, & 45. Tarentinum, 1. 18. 3. in Theatro diſtincta radiis corona Cæſaris, 4. 2. 91.
Thebæ, *urbs*, 2. 7. 12.
Theodotus magiſter Ptolemæi, 4. 2. 60.
Thermopylæ, 2. 8. 11.
Thermus *Q. Minucius, proprætor*, 4. 2. 19. *apud Cæſ. civ.* 1. 12. *mendoſe forſan.* prætor *ſcribitur.*
Theſaurorum rationes, 4. 12. 44.
Theſſalia, 1. 16. 6. infeſtatur a Thracibus, 3. 4. 1. vaſtatur, 4. 2. 41. in Theſſalia bellum civile, 4. 2. 6, & 43. iterum, 4. 3. 5.
Theſſali, *pop.* 1. 18. 27.
Theutobocchus, *Germanus*, 3. 3. 10.
Theutoni, *pop.* 3. 3. 1. vincuntur a Mario, 3. 3: 7.
Thoas Ætoliæ princeps, 2. 8. 5.
Thorius, 3. 22. 6.
Thracia acquiſita, 3. 12. 4. in partibus Pompeii, 4. 2. 5.
Thracium litus, 2. 8. 7.
Thrax gladiator, 3. 20. 8. Thraces, *pop.* 2. 22. 3. vincuntur a Romanis, 3. 4. a Piſone, 4. 12. 17.
Thurii, *urbs*, 3. 20. 5.
Tiberinus, *fl.* 1. 1. 3. ponte committitur, 1. 4. 2. aliquando terminus imperii, 1. 9. 7: 1. 11. 8.
Tiberinum oſtium, 3. 9. 5.
Tiberius Cæſar. *Vide* Vibius.
Tiberius Gracchus. *Vide* G.
Tibiæ præcinunt Duillio, 2. 2. 10.
Tibur, *urbs*, 1. 11. 7.
Ticinus, *fl.* 2. 6. 10.
Tigurini, *pop.* 3. 3. 1, & 18.
Tigranes, *Armenus*, 3. 5. 27. victus a Pompeio, 4. 12. 43.
Titius, *fl.* 2. 5. 1.
Titulo unum bellum, multiplex victoria, 1. 18. 1. Titulo ipſo conſecratur Auguſtus, 4. 12. 66. Tituli, 3. 5. 21. Titulorum cupido in Antonio, 4. 10. 2. *Val. Max.* 8. 6. 5. *de Servilio*: Majorum ſuorum titulis Iſaurici cognomen adjecit.

Titu-

Digitized by Google

Titurius Sabinus, legatus Cæſaris, 3. 10. 8.
Togæ pictæ, 1. 5. 6. Togæ in judiciis, 4. 12. 32.
Tollere animos. *Vide A. Livius*, 35. 1. 2. Nec dubium eſt, quin omnis Hiſpania ſublatura animos fuerit: & 37. 48. 2. Ob hæc Ætolos ſuſtuliſſe animos. *Seneca, de benef.* 3. 28. 7. Neque enim ulli magis abjiciunt animos, quam qui improbe tollunt. *Hoc modo Spartianus Adriano, cap.* 5: ad rebellionem animos efferebant. Tollere clamorem, *pro clamare*, 3. 8. 6. urbes, *pro delere*, 3. 10. 23.
Toloſtobogi, *pop.* 2. 11. 5.
Torquatus Pompeii legatus, 3. 6. 9. Torquatorum cognomen unde, 1. 13. 20.
Torques Gallorum, 1. 13. 20: 2. 4. 4.
Torrens fortunæ, 2. 7. 1. *Arnobius, lib.* 1: Ut modo Romani, velut aliquod flumen torrens, cunctas ſubmergerent atque obruerent nationes.
Torrens Vergelli, 2. 6. 18. *Sic* fons Arethuſæ, 2. 6. 34. *ita* oppidum Perusiæ, *Epit. Liv.* 126.
Trabeæ, 1. 5. 6. in Trabeis ſunt ſenes Romani devoti, 1. 13. 10. inſignia captis Rom. Trabeis trophæa figit Viriatus, 2. 17. 16.
Tractus, *pro regione*, 1. 5. 2: 3. 3. 13.
Tradere ſe conſiliis alicujus, *h. e. permittere*, 2. 8. 6. *Sic* dare, *Ovid. Ep.* 16. 161. Da modo te —— *Terent. Adelph.* 5. 3. 52: Date hodie mihi. *ubi nota Georgii Fabricii.*
Trahere *habet ſignificationem involvendi, in ſocietatem aut partes traducendi. ita* Macedonici belli contagio Traxit Illyrios, 2. 13. 1. eadem fortuna Trahit ducem & exercitum, 4. 2. 51. Trahere in vires ſuas, 2. 12. 3. *Ita ſæpius Tacitus*, Trahere tot annos, *h. e. durare tot annos*, 4. 2. 13. *Sic* ducere *eſt apud Arnobium, lib.* 2: Roma annos ducit quinquaginta & mille. Trahere naufragia, *h. e. circumferre*, cladem, 1. 13. 19.
Trajanus, *Præfat.* 8.
Transfugæ ſimulati. *Græcis* ψευδαυτόμολοι, 1. 7. 5: 2. 6. 16: 3. 11. 7.
Tranſgredi flumen, 3. 10. 14. *Sic Sueton. Cæſ. cap.* 35. *de maritimo itinere*: in Macedoniam tranſgreſſus. & *paullo poſt*: ab Alexandria in Syriam tranſiit. *Hunc loquendi modum contra Aſinii Pollionis ſententiam defendit Agellius*, 10. 26.
Tranſactum de partibus, *h. e. actum*, 4. 7. 13.
Tranſilire amnem, 3. 3. 12. quaternos ſenoſque equos, 3. 3. 10. per Thraciam, *&c. h. e. raptim tranſgredi*, 3. 5. 25.
Tranſmarina ætas pop. Romani, 2. 19. 2. origo Tarquinii, 1. 5. 1. Tranſmarini, 1. 1. 9. triumphi, 2. 18. 1.
Tranſverſum agere, *h. e. alio impellere*, 4. 2. 10. *Retulit inter proverbia Eraſmus*, 2. 8. 91. *Sic* tranſverſum auferre *eſt apud Plin.* 28. 1.
Traſimenus lacus, 2. 6. 13.
Trebia, *fl.* 2. 6. 12.
Trepidantia carpenta, 3. 10. 17. *h. e. cum cura & metu feſtinantia. ita* non eſt trepidandum *dixit Seneca, benef.* 6. 43. 4.
Trepidare, 1. 10. 6. Trepidatum eſt, 2. 2. 11.
TREPIDATIO *pro victoria*, 3. 10. 17.
Treviri, *pop.* 3. 10. 7.
Tribunicia poteſtas ſeditionum cauſſa, 3. 13. 1. Tribuniciæ ſeditiones, 3. 19. 2.
Tribunorum pl. origo, 1. 23. immanis potentia, 3. 17. 8. Tribuni pl. ſacroſancti, 3. 15. 6. Tribunus pl. Craſſum diris devovet, 3. 11. 3. a Tribunis agros & cibaria flagitat populus, 3. 12. 8.
Tribus inſtitutæ a Romulo, 1. 1. 15. homo ſine Tribu, 3. 16. 1. *Sumptum ex Homero, Iliad.* 9. 63. Tribus, *pro plebe*, 2. 6. 25.
Tributarius, *qui tributum pendit*, 3. 4. 1.
Tridentina juga, 3. 3. 11.
Trifariam, *pro tripartito*, 4. 12. 54.
Trigæcini, *pop.* 4. 12. 55.
Tripertitus, 3. 3. 6.
Triſte prælium, *pro periculoſo*, 4. 2. 78.
Triumphalis agricola, 1. 11. 14. *ita* triumphalis arator, *apud Plin.* 18. 3. Triumphalis ornatus, 1. 5. 6.
Triumphans claſſis, 2. 7. 6. Triumphat de fortuna Regulus, 2. 2. 25. Triumphatum de parvis oppidis, 1. 11. 6. non Triumphatum ex civilibus bellis, 3. 22. 10.

Trium-

Digitized by Google

Triumphatum mare, 4.2.20.
Triumphus, 1.5.6. Allobrogicus, 3.2.5. Jugurthinus, 3.1.17. Macedonicus, 2.12.12. maritimus primus, 2.2.9. Numantinus, 2.18.17. de Verulis & Bovillis, 1.11.6. Triumphi dignitatem ſervili inſcriptione violare veretur Perperna, 3.19.8. Triumphi maximum decus captus imperator hoſtium, 3.2.5. Triumphi Cæſaris, 14.2.88. vigintiquatuor de Samnitibus, 1.16.8. Triumphos contemnit Auguſtus, 4.12.53. Triumphus, *pro re de qua triumphatur*, 2.8.17: 2.15.18. *pro ſpoliis in triumpho ferendis*, 2.2.21: 31, *&* 32. Triumphi, *pro victoriis*, 4.2.8.
Triumviratus, 4.6.
Triumviri conſtituendæ reip. 4.2.12: 4.7.5. dividundis agris, 3.14.6.
Trophæum (*aut rectius Tropæum*) Flaminii ex torquibus Gallorum, 2.4.4. Trophæa Domitii & Fabii, 3.2.6. Druſi, 4.12.23. Trophæa locis eminentibus fixa, 2.17.16. *Sic apud Dionem, lib. 56. pag. 667.* Auguſto & Tiberio inter alios honores duo fornices (ἁψῖδες) decreti, quibus trophæa inſiſterent. Trophæa erigere inuſitatum Romanis ante Domitium, 3.2.6. ſuper Trophæa ipſa eminet Theutobocchus, 3.3.10. Trophæa *hic intelligo de ſpoliis, quæ præferebantur triumphantibus.*
Tubam non ſuſtinere, 4.12.16. *Alludit iſtud Virgilii, Æneid. 11. 27:* —— Cur ante tubam tremor occupat artus? Tuba præcinente deleta Corinthus, 2.16.6.
quia Tueri Saturninum non poteſt Marius, adverſus illi redditur, 3.16.5.
Tullus Hoſtilius. *Vide* H.
Tumultus magis quam bellum, 3.19.2: 3.21.3: 4.12.40. Tumultus magis quam prælium fuit. *Curtius*, 6.5.12.
Tumulus, *pro edito colle*, 4.7.12. Tumuli, 3.3.6. Alpium, 3.3.18. Cynocephalæ, 2.7.11. montium, 3.10.22.
Tunicæ palmatæ, 1.5.6.
Turbantibus invicem copiis, 4.2.49.
Turbo belli, 3.5.5. civilis inſaniæ, 3.21.18. fluminis, 3.11.3. primi impetus, 2.6.10. ſeculi, 4.3.2.
Turduli, *pop.* 2.17.11.
Turpis fames, 4.5.3. *Quintilian.* 8.6: illud quoque & poetis & oratoribus frequens, quo eum qui efficit, ex eo quod efficitur oſtendimus, *&c. Sic Virg. Æn.* 6.276. —— turpis egeſtas. *Sic* obſcœnam famem *dixit idem poëta, Æn.* 5.367.
Turpitudo fœderis Caudini, 1.16.12.
Turres elephantorum, 1.18.10. navium, 4.11.5.
Turis ſilvæ, 3.5.29.
Tuſci paſtores Romam confluunt, 1.1.9. Tuſcum mare, 3.1.8.
Tutia, *urbs*. 3.22.9.
Tuti locis, 2.3.4. *Sic* gentes locis tutiſſimas *Rhætos & Vindelicos appellat Vellei.* 2.95.2.
Tyranni bonis infenſi, 1.7.3. *Tacitus, Agr. cap.* 3: Multi fortuitis caſibus; promptiſſimus quiſque ſævitia principis, interciderunt.

V.

VAccæi, *pop.* 2.7.11. infeſtantur a Cantabris, 4.12.47.
Vadere, *de amne dictum, pro labi, fluere*, 2.7.10.
Vadimonis lacus, 1.13.21.
in Vadis hæret pugna, 3.10.5. *propter vada naves non poſſunt congredi.*
Væcordia mentis, 4.10.10. Væcordiæ pœnas dare, 3.7.3.
Valentia, *urbs*, 3.22.9.
Valere, *pro poſſe*, 3.5.24.
L. Valerius Corvinus, 1.13.20.
Valerius Publicola, quomodo primus coſ. 1.9.4. *Plinius.* 36.15. Publicola, qui primus coſ. fuit cum L. Bruto. *Rutilius, Itin. verſu* 271: Hic eſt qui primo ſeriem de conſule ducit, Uſque ad Poplicolas ſi redeamus avos.
Valida oppida, 1.7.5. Validiſſimæ gentes, 4.12.46. nationes, 4.12.24.
Vallare, *pro munire, protegere. ita* anguibus areniſque vallata Capſa, 3.1.14. armis ferroque Macedonia, 2.12.4. elephantis acies, 2.8.16. mari Pyrenæoque Hiſpania, 2.17.3. *Ducta vox a vallo, quo muniri ſolent caſtra. Alludit vox Scipionis, in*

Ep. Liv. 57. 2: Cum gladio te vallare ſcieris, vallum ferre definito. *Cic. pro Archia; Portus, &c.*
Vallum Urbis, 1. 1. 8. Vallum ferre, 2. 18. 10. rumpere, 4. 2. 24. Vallo circumdata urbs hoſtilis, 3. 10. 25. Vallo xvi millium obducta caſtra Pompeii, 4. 2. 39. *Hæc ratio includendi hoſtes dicebatur* circumvallare.
Vanitas Antonii, 4. 10. 2.
Vargunteii Catilinæ ſocii, 4. 1. 3.
Varius ingenio, 4. 7. 4. *h. e. inconſtans. alias* Varius *valet vafrum, doloſum, ut in l. 1. D. de dolo malo.* Varii ingenio reges Romani, 1. 8. 1. *h. e. differentes, alius bellator, alius ſacricola, &c.* Vario eventu capta oppida, *h. e. diſpari*, 1. 12. 3. Varium bellum, *pro ancipiti*, 4. 12. 26.
Varro *C. Terentius*, cos, 2. 6. 17.
Varro cedit Hiſpania, 4. 2. 29. *Vinetus hoc loco* Varum *reponit pro* Varrone. *male: vide Cæſarem.*
Varus, *fl.* 2. 3. 4: 3. 2. 4.
Varus *P. Actius*, 4. 2. 34. confligit cum Didio, 4. 2. 75.
Varus *prioris filius*, Germaniæ procos, 4. 12. 31.
Vaſtare, Minucius Thraces toto Vaſtavit Hebro, *h. e. in utraque ejus ripa*, 3. 4. 5. *Sic apud Senec. epiſt.* 113: Alexander Perſas & Hyrcanos, & Indos, & quicquid gentium in Oceanum extendit Oriens, vaſtabat, fugabatque.
Vaſtatio Italiæ bello Punico, 2. 6. 8. ſociali, 3. 18. 11. Siciliæ bello ſervili, 3. 19. 2. Theſſaliæ bello civili, 4. 2. 4.
Vaſtitas camporum, *h. e. immenſa planities*, 3. 11. 7.
Vates, 1. 7. 9.
Ubera admovere, 1. 1. 3.
Vectigalia, id eſt, imperii patrimonium, 3. 13. 4. in quæſtu habita, 3. 12. 9.
Veientes vincuntur a Romulo, 1. 1. 11. Fabios cædunt, 1. 12. 2. delentur, 1. 12. 10.
Velato capite diis Manibus conſecrat ſe Decius, 1. 14. 3.
Velificare, *h. e. vela facere, navigare*, 3. 7. 3.
Velificari favori civium, *h. e. aucupari favorem civ.* 1. 9. 5. *Apud Cicer. Ep. fam.* 8. 10: ne velificatus alicui dicaris.
Velini fontes, 1. 15. 2.
Velocitas Marii, 3. 3. 7. Pompeii, 3. 6. 15. Quinctii, 1. 11. 14.
Velox genus Ligures, 2. 3. 4.
Velum purpureum in navi Cleopatræ, 4. 11. 8. Velis opertum mare, 2. 8. 2.
Venas exſolvit Merula, 3. 21. 16. *Hoc genere mortis, ut leviſſimo, multi extincti leguntur.*
Venalis Urbs, 3. 1. 18. *Petronius in carm. de bel. civ. verſu* 41: Venalis populus, venalis curia patrum.
Veneno ſe conficiunt Cantabri, 4. 12. 50. Cretes, 3, 7. 5. Numantini, 2. 18. 15. Ptolemæus rex Cypri, 3. 9. 4. Veneno mori non poteſt Mithridates, 3. 5. 26. Veneno mixti fontes. 2. 20. 7. *Idem fecerunt Afri contra Curionem, apud Appian. civ. lib.* 2. *pag.* 455. *& Lucan.* 4. 360.
Venerari *deos*, 1. 11. 4.
Veneti, *pop.* 3. 10. 5.
Venetia, 3. 3. 13.
Venienti bello occurrendum, 4. 11. 4.
Venire in catenas, 4. 8. 4. in deditionem, 4. 2. 33. in equis, 4. 2. 48. in fidem, 3. 22. 7. in manus hoſtium, 2. 2. 25: 3. 19. 12: 4. 8. 4: 4. 12. 38. in poteſtatem, 4. 9. 4.
Ventidius Parthos vincit, 4. 9. 5.
Ventoſus dies, 3. 3. 15.
Ventis remiſque, 2. 2. 18. Ventorum labor, 4. 11. 5.
Venuleius, 3. 21. 26.
Veneri ſacra Cypros, 3. 9. 2.
in Verbo tantum virtus, 4. 7. 11. *Verba neutra paſſive uſurpata, Præfat.* 8. in Verba jurare, 3. 16. 2.
Vercingetorix Gallus, 3. 10. 20.
Vergelli torrens. *Vide* T.
Vergere in unum, *h. e. prope concurrere*, 4. 2. 76.
Vernantibus floribus Campania, 1. 16. 3.
Verulæ, *urbs*, 1. 11. 6.
ſi Verum volumus, 3. 18. 1. ſi Vera volumus noſcere, 3. 7. 1. *ſic Caius in l.* 63. *in fin. de cond. & demonſtr.*: ſi Verum amamus. *Curtius*, 3. 2. 14: Verum & tu forſan audire nolis, *&c. Sic Matth.* 11. 14.
Veſtæ focus, 1. 2. 3. ſacerdotium, 1. 13. 12.
Veſtales aræ, 3. 21. 21. virgines, 1. 2. 3: 1. 13. 12.

Veſti-

Veſtigia Senonum Flori ævo nulla, 1. 13. 19. incendii Romani Gallici ſanguinis inundatione deleta, 1. 13, 17. Veientium nulla, 1. 12. 11. Veſtigiis inſtare, 4. 11. 8. deductum a curſoribus in ſtadio, quo in genere Homerus, Iliad. 23. 764: Ἴχνια τύπτε πόδεσσι, πάρος κόνιν ἀμφιχυθῆναι. *Gallorum elegans in hunc ſenſum vox eſt,* Talonner.
Veſuvius mons, 1. 16. 5: 3. 20. 4.
Veterani, 4. 2. 81. revocantur ad militiam, 4. 4. 4. Veteranis in pretium militiæ agri dati, 4. 5. 1.
Veto, *vox tribunorum intercedentium,* 3. 24. 5.
Veturius cos. Samnitibus deditur, 1. 16. 12.
Veturia Coriolani mater, 1. 22. 3.
Veteres divitiæ, 3. 9. 2. *Hac forma* Ἀρχαιόπλουτος *apud Græcos dicitur, &* Παλαιόπλουτος *apud Ælian. Hiſt. Anim.* 11. 20: *Tacitus,* 14. 31. 1. *vocat longam* opulentiam: *ad quam formam corrigendum puto Arnobium, lib. 2. pag.* 119. Ac tamen ne cauſſam tam longa (*legebatur* longam) prodere diſſimulatione videamur. *Hactenus enim diſtulerat veri argumenti robur promere. Apud Cæſar. de B. C.* 2. 35: Egeſaretus, veteris homo potentiæ.
Vexat caſtra Romana ſerpens, 2. 2. 20. *hoc verbo crebro utitur Juſtinus.*
Vexilla Parthorum, 3. 11. 8.
Viator *qui trib. pl. apparet, ut lictor conſuli,* 3. 17. 8.
Vibius, 4. 12. 8. Dalmatas perdomat, 4. 12. 12. *utrobique legendum* Tiberius, *ut vere docuit Pighius.*
Vibrare faces, 1. 18. 10. Vibrantia vexilla, *h. e. nitentia, micantia,* 3. 11. 8.
Vices, *pro intervallis,* 2. 17. 2.
Victima novæ Urbis prima Remus, 1. 1. 8. Victimæ ſecuri percuſſæ, 2. 5. 3. victoriam promittunt, 4. 7. 9. Victimarum fuga, 4. 2. 45. infulæ, 4. 2. 92. Victimis centum non perlitat Cæſar, 4. 2. 94.
Victor gentium. *Vide* G.
Victrix Aſiæ Europæque Roma, 3. 18. 7.
Victoria parricidio fœdata, 1. 3. 5. *Sic Tacitus,* 4. 19. 6. fraude violata, 2. 17. 17. ſanguine Decii empta, 1. 14. 3. magna de Pœnis, 2. 2. 37. matura, ſed infamis, 2. 20. 7. SALVA fide, & integra dignitate paranda, 1. 12. 6. Victoria nova, non pugnare, 2. 6. 27. vera, & ſine exceptione, 2. 18. 12. Victoria ex caſu, 1. 18. 11. *Virg. Æn.* 5. 201: Attulit ipſe viris optatum caſus honorem. ex errore, 4. 7. 11. Victoriæ monumentum pulcrius, ſtans, urbs, quam incenſa, 4. 12. 57. pretium, conſecratio Decii, 1. 17. 7. auſpicium, comparatæ claſſis velocitas, 2. 2. 7. jus, 2. 7. 4. maximum decus, captus rex hoſtium, 3. 10. 25. Victoriam paciſcitur a diis Poſthumius, 1. 11. 4. Victoriam ſuam hoſtibus victis non exprobrant Romani, 3. 2. 6. Victoria multiplex bellum, 1. 18. 1. Victoria uti, 2. 6. 19. Victoriis totum terrarum orbem peragrat pop. Romanus, 2. 1. 2. Victoria, *pro manubiis ea victoria partis. ita* Victoria tempeſtate intercipitur, 2. 2. 32.
Victus Hiero priuſquam hoſtem vidiſſet, 2. 2. 6. Victus hoſtis ante quam viſus, 4. 2. 64. Victus magis quam domitus, 4. 12. 30. Victus & vinctus, 3. 1. 18. *eadem hac conjuncta apud alios notavit Savaro, ad Sidonium, carm.* 2. 450. Victo ſimilior populus, qui vicit, 4. 6. 1. Victis ſolamen in ſplendore victorum, 2. 8. 4. *Eodem redit iſtud Livii, Præfat.* 4: Si in tanta ſcriptorum turba mea fama in obſcuro ſit; nobilitate ac magnitudine eorum qui nomini officient meo me conſoler. *ubi dubitare poſſis an potius* lumini *legendum ſit.*
Videntibus procul quaſi marina piſtrix evaſerat, 3. 5. 16. *h. e. qui procul ſpectabant, iis apparebat quaſi piſtrix.*
Vigilia prima, 4. 2. 71. tertia, 3. 10. 16. *de* Vigiliis *vide Lipſ. de M. R.* 5. 9, *pag.* 275.
Vilis morti gens, 2. 6. 35. Viliſſimus rex, 4. 2. 52.
Viminei clipei, 3. 20. 6. viminea vincula, 3. 20. 4.
Vincere hoſtem non vult exercitus, cum poſſet, 1. 22. 2.
in Vincula dare, 3. 10. 18. in Vinculis habere, 2. 2. 22.
Vindelici, *pop.* 4. 12. 4.

Vindelicus, *fl.* 3. 2. 4.

Vindex Capitolii Manlius, 1. 16. 8. Vindices libertatis imperio ornati, 1. 9. 1.

Vindicare *uno loco duplici ſignificatu poſitum*, 1. 9. 1: & 1. 26. 5. Vindicandum libertatis & pudicitiæ decus. libertatem *enim* vindicare, *eſt uſurpare ſibi, aſſerere ſe in libertatem*: pudicitiam, *eſt ulciſci, pœnas ob eam læſam ſumere*. Vindicare injuriam, 1. 22. 3: ſe a captivitate, 4. 12. 50. ſupplices de hoſte, 1. 22. 4. Vindicari volebant ſervi, 3. 20. 3.

Vinnius mons, 4. 12. 49.

Vini dulcedine mitigati Cimbri, 3. 3. 13.

Violatur victoria ſubornatis percuſſoribus, 2. 17. 17. triumphi dignitas inſcriptione ſervili, 3. 19. 8. Violantur beneficio arma Romana, 2. 20. 7. medici Catonem Violant fomentis, 4. 2. 72. Violare manus propria cæde nolunt Brutus & Caſſius, 4. 7. 15. *Apuleius in adlocuta Hermetis. in principio*: Ne tantæ rei religioſiſſimus ſermo multorum interventu præſentiaque violetur.

Vipera ſibilare deſiſte, 4. 12. 37.

Vir *plerumque ſignificationem habet fortitudinis. ita* VIRO cum viris facile convenit, 3. 22. 3. Viris toleranda imperari ſibi volunt Numantini, 2. 18. 12. Iidem orant Scipionem, ut ſe tanquam Viros occideret, 2. 18. 13. digna Viris mors, *quæ pugnando evenit*, 3. 20. 14. Vir, *pro marito*, 1. 7. 3. Viri, *de gladiatoribus dictum*, 3. 20. 3. *ſic de Andriſco*, 2. 14. 4. *qui & ipſe dubii ſtatus erat.* Vir *ſæpius uſurpatur, tanquam loco pronominis. ut* tantum animorum Viro Marius dabat, 3. 16. 1. adortus Virum, 4. 12. 44. auſi Virum violare fomentis, 4. 2. 72. *ſic* Virgo. Vir *de ſexu*. Vir unus Numantinus non fuit, qui in triumpho duceretur, 2. 18. 17. VIRIS fortibus miſerrimum mori ad arbitrium hoſtium, 4. 8. 4.

Virgæ lictoriæ, 1. 26. 3: 4. 12. 31. Virgis liberos ſuos cædit Brutus, 1. 9. 5.

Virginitatis integritas, 2. 6. 40.

Virginius filiam interficit, 1. 24. 3.

Virgines Veſtales. *Vide* Veſtales. Virginum raptus, 1. 1. 10. Virginum Romanarum virtus, 1. 10. 7. Virgo *ut pronomen uſurpatum*, 1. 3. 5. *ſi* Vir.

Virgulta paluſtria, 2. 6. 13.

Viriatus *Luſitanus*, 2. 17. 15.

Virdomarus *Inſuber*, 2. 4. 5.

ne Virilia quidem portenta, *pro eunuchis*, 4. 2. 60.

VIRTUS abſque fortuna parum proficit, *Præfat.* 2. Virtus & fortuna ad conſtituendum pop. Romanum contendunt. *Præfat.* 2. *Similia fere concipit Plut. Demoſthene, cap.* 4. ſi in certamen natura & fortuna velut artifices deſcenderint, haud expeditum ſit, hæc negotiis, an moribus illa magis eos adæquaverit, dijudicare. Virtus acuitur ratione, 1. 1. 3. aufert parricidam, *liberat a pœna*, 1. 3. 5. calamitatibus approbatur, 1. 13. 8: 2. 2. 22. neceſſitate augetur, 3. 3. 8. minus efficax quam fortuna, 4. 7. 11. non in re, ſed in verbo tantum, *ibidem*. Virtus Calpurnii, 2. 2. 13. Numantinorum, 2. 18. 1. Quinctii, 1. 11. 12. Virginum Romanarum, 1. 10. 7. VIRTUTIS nihil intereſt, equis an navibus terra an mari dimicetur, 2. 2. 4. Virtutis ſummæ, ſed calamitoſæ, Sertorius, 3. 22. 2. in Virtutis honorem regnum Tullo datum, 1. 3. 1. Virtutis experimenta, 1. 13. 2. flos, 1. 22. 1. monſtra, 1. 10. 8. Virtutis ſuæ ferrum Alpinis gentibus quaſi cote acuit Romanus, 2. 3. 3. Virtuti dolum addere, 1. 3. 4. 3. 3. 15. in Virtute fiducia, 2. 2. 4. pro Virtute barbari habent impetum, 3. 3. 5.

Vis Romana, *h. e. arma Rom.* 3. 10. 14. *Sic apud Tacitum.* Vis *pro multitudine* hominum, 1. 1. 9: 3. 17. 7. hoſtium, 4. 10. 5. imbrium, 2. 6. 45. ſanguinis, 4. 2. 72. *Ita* vis magna gladiorum, *Liv.* 1. 51. 3. hominum, *Liv.* 2. 5. 3: 2. 34. 8. Volſcorum, *Liv.* 2. 35. 1. Vis belli, *pro tota mole*. 2. 6. 9. calamitatis, 1. 13. 3. Vi partum imperium, 1. 2. 4. Vi repoſcens vi erepta, jure videtur agere, 3. 21. 12. VIRES induſtriam temperant, 2. 12. 3. ſparſæ magis, quam oppreſſæ, 4. 2. 65. VIRIBUS ſuis confectus pop. Romanus, 3. 12. 6.

Viſcera Italiæ, 2. 6. 41. ſenatus, 3. 21. 4.

Viſurgis, *fl.* 4. 12. 16.
Vitigineus, 3. 20. 4.
VITIA creſcunt cum magnitudine imperii, 2. 19. 1. Romanorum ſpem dant Mithridati, 3. 5. 4. VITIA quam imperia Romanorum minus ferunt Germani. 4. 12. 22. VITIIS, quaſi ſentina, merſa reſp. 3. 12. 7. Vitia ſpecioſiora, 3. 12. 11.
Vittæ diſcolores, ſerpentum in modum. 1. 12. 7.
Vivere hoſtium aliqui debent, ut ſint quibus imperemus, 3. 21. 25.
Vivus in manus hoſtium venit Regulus, 2. 2. 23. & pene Craſſus, 3. 11. 9. Vivum ſociumque regem confiſcat pop. Romanus, 3. 9. 3.
Ulciſci, *pro punire*, 1. 1. 12: 1. 3. 5.
Ultimum *ſumitur pro extremo, ſummo, periculoſiſſimo*: *ſic* Ultimus dies, 2. 6. 19. ultima ſpecula ſeptentrionis, 3. 5. 5. ultima rabies, 2. 18. 15. ultimæ ſortis vir, 2. 14. 3. *Velleius*, 1. 11. 1. *de hoc ipſo*: ſe Philippum, regiæque ſtirpis ferebat, cum eſſet ultimæ. Ultimum belli dedecus, 3. 19. 7. ultimum vulnus, 2. 6. 15. *h. e. quod plane jugulat*: *poſt quod alteri non eſt locus.* Ultima, *pro periculoſiſſimis*, 1. 13. 12. ultimi metus, 2. 6. 43. ultimæ diræ, 2. 6. 8. ad ultimum, *h. e. poſtremo*, 4. 7. 15. *ſed ſuſpicor eo loco poſitum* ultimum *pro morte, ſicut alibi* Extrema.
Ultio ad aram jurata, 2. 6. 2. mandata, a moriente, 1. 9. 1. *ita apud Silium*, 2. 422: Ipſa pyram ſuper ingentem ſtans ſaucia Dido. Mandabat Tyriis, ultricia bella futuris. a populo, 2. 9. 2: 2. 16. 3: 3. 1. 9. ultio de rege, 3. 10. 9. in Ultionem aſſurgere, 3. 1. 10. excandeſcere, 2. 18. 8. pro ultione, quam pro victoria, infeſtius pugnatum, 2. 2. 26.
Ultra mortem patentia vulnera, 2. 7. 9. ultra putet ætatem pop. Romani, qui magnitudinem conſiderat, *Præfat.* 1.
Ultro *valet ſponte, non laceſſitum aut monitum. ſic* ultro Numam in regem petunt Romani, 1. 2. 1. regnum datur Tullo, 1. 3. 1. regnum petit Tarquinius, 1. 5. 1. pueros Faliſcorum remittit Camillus, 1. 12. 5. ſocios hoſtium perſequuntur Romani, 1. 19. 1. victoriæ pretium ſibi poſcit Pales, 1. 20. 2. navigat in Italiam Pœnorum claſſis, 2. 2. 30. dona mittit Albanus, 3. 5. 28. *patet igitur ita legendum quoque*, 3. 10. 14. *& in gemino loco Velleii*, 2. 120. 2: ultro Rhenum cum exercitu tranſgreditur *hoc enim eſt, quod præmiſerat de magnitudine Tiberii.*
Umbri *pop.* vincuntur a Romanis, 1. 17. cum reliquis Italis contra Romanos conſpirant, 3. 18. 6.
Umbria, 4. 2. 19.
Uncis carnificum tracti, 3. 21. 15.
Unus ducum, 4. 12. 14. principum, 4. 12. 33. è plebe, 1. 13. 12. Unus vir Numantinus non fuit, qui in triumpho duceretur, 2. 18. 17. UNIUS præſidis nutu, quaſi anima, & mente, regitur imperium, 4. 3. 6. una ex obſidibus, 1. 10. 7. una quaſi manu facta ſtrages, 4. 2. 49. in una urbe tota inſula ſuperata, 2. 6. 33. in unum contrahere copias, 4. 2. 38. *Juſtinus aliquoties* adunare *dicit* in unum vergere, 4. 2. 76. uno prælio obtritus Pharnaces, 4. 2. 63.
Vociferationes, 2. 7. 14.
Volero *Publilius* ſeditionem concitat, 1. 22. 2.
Volitare *ſignificat diſcurſare, ita* volitant per Etruriam infeſta ſigna, 1. 17. 2. per Campaniam Apuliamque hoſtes, 2. 6. 32. trepidantia carpenta, 3. 10. 17. per diverſa gentium Pompeius, 3. 5. 27. per totum agmen oculis, manibus, clamore Cæſar, 4. 2. 82. *ſic Livius*, 4. 19. 2: Volitantem tota acie. *Tacitus*, 2. 21. 4. Tota volitantem acie. Volitat in primam aciem Cæſar, *h. e. celeriter adcurrit*, 3. 10. 4.
Volſci, *pop.* cotidiani Romanorum hoſtes, 1. 11. 11. triumphi de Volſcis, 1. 18. 26.
Volſini, *pop.* 1. 21.
Volucribus quoque invia, 2. 12. 5. *ad notam pertinet quoque vox ominoſa Nicephori apud Cedren. pag.* 396: Nemo noſtrum perniciem evitabit, ne ſi volucres quidem fiamus.
Voluere urbem. *h. e. tentare oppugnando*, 3. 1. 11.
Voluntaria deditio coſſ. 1. 6. 12. fuga Romanorum, 3. 1. 9. legatio Africani, 2. 8. 14. mors, metu ſuppliciorum, 3. 19. 11.

Digitized by Google

Votum Inſubrium, 2.4.3, 4, & 5. Myſorum, 4.12.15. Romuli, 1.1.13. Sempronii, 1.19.2. Vota in Capitolio nuncupata, 1.11.7.

Vox Adherbalis de Annibale, 2.6.19. Annibalis ad milites, 2.6.17. Viſo fratris capite, 2.6.53. Arioviſti ad legatos Cæſaris, 3.10.11. Bruti morientis, 4.7.11. Cæſaris ad gubernatorem navis, 4.2.37. ad milites, 4.2.50. de Pharnace, 4.2.63. Catilinæ in ſenatu, 4.1.7. Craſſi ad legatos Parthorum, 3.11.5. Druſi de largitione ſua, 3.17.6. Furfidii ad Syllam, 3.21.25. Genii ad Brutum, 4.7.8. Germani cujuſdam linguam cauſſidici tenentis, 4.12.37. Jugurthæ de Roma, 3.1.18. Marii ad exercitum, 3.3.8. Myſi ducis ad Romanos, 4.12.14. Parthi cujuſdam ad Romanos, 4.10.7. Pyrrhi de Romanis, 1.18.18. Scipionis morientis, 4.2.68. Vercingetorigis ad Cæſarem, 3.10.26. vox audita in ſomnis, 4.7.9. Vocem mittere, *pro loqui*, 4.10.7.

Vox una duobus ſenſibus ſerviens, 1.1.12. *Vide etiam* Fax, & Vindicare. Voces duæ in unam coalitæ, 2.17.16. *ſic emendo Livium*, 24.3.6. Ac miracula aliqua affingunt, ut (*fuerat* affinguntur) plerumque tam inſignibus locis. *ſic apud Gruterum in Inſcriptionibus*, *pag.* *DXII.* *eſt* MERCASSITUR *pro* MERCASSIT. UT.

Urbs, *pro Roma*, 1.13.21. Urbis urbium, *h. e. metropolis*, 2.6.35. in una urbe, quaſi binis caſtris diſſidetur, 3.17.5. in una urbe tota inſula ſuperata, 2.6.33. urbes tres maximæ, 1.16.6. Aſiaticæ regibus parere conſuetæ, 2.20.4. Celtiberiorum CL everſæ, 2.17.9. URBES miſeræ ſocietatis inter hos & illos duces pœnas dant, 4.2.77. urbium caput, *pro metropoli*, 1.16.6. ad urbium excidia converſi duces, 3.22.8. circa urbium obſidiones diſcurſum, 4.2.77.

Urere, *h. e. eſſe dolori*, 2.6.2. *Sic Ammianus*, *pag.* 191, 25: 241, 29: 489, 33. *Edit. Lindenbr.*

Urgere armis, fame, 1.10.2. obſidio, 2.2.21. Urget fames, 2.18.14.

Uſipetes, *pop.* 4.12.23.

Uſque ad ambitum, 1.16.7. uſque Cæſarem, *Præfat.* 1. uſque *poſtpoſitum.* fretum uſque, 2.2.1. in Sarmatas uſque, 3.4.6.

Uſus, *pro commodo.* ut non in uſum, ſic ad ſpeciem imperii quædam provinciæ acquiſitæ, 3.13.4. *pro conſuetudine, aut exemplo ſaltem*: uſu incognita clades, 2.2.23. *quæ nunquam* venit uſu. *Cic. fam.* 3.8.21.

Ut barbaris, *h. e. ut ſolent barbari*, 4.12.54. *ſic* ut in magno populo, 1.26.6. ut in tali diſcrimine, *h. e. reſpectu talis diſcriminis*, 3.17.9. *ita Livius*, 20.5.1: ſatis, ut in trepida re, impavidus. *Videatur Portus*, *in Xenoph. pag.* 128. ut ita dixerim, 1.11.11. ut ſic dixerim, 2.6.27: 3.21.3: 4.2.63. *Cicero, de Orat.* 3.41: Atque etiam ſi vereare, ne paullo durior tranſlatio eſſe videatur, mollienda eſt; præpoſito ſæpe verbo: ut, ſi olim M. Catone mortuo, pupillum ſenatum quis relictum diceret, paullo durius; ſin, ut ita dicam, pupillum, aliquanto mitius eſt. *Talia igitur paſſim advertas.* *Apuleius*, *pr. Florid.* in ipſo, ut ita dixerim, ſolo (*an* ſolio?) ætheris. *Tacitus*, *Agr.* 3.5: ut ita dixerim, non modo aliorum, ſed etiam noſtri ſuperſtites ſumus. *Caius in l.* 1. *de O. I.* in foro cauſſas dicentibus, nefas, ut ita dixerim videtur eſſe, nulla præfatione facta, judici rem exponere. Ut non, ita, 3.12.4.

Uti & frui *differunt.* *Vide* F. Uti, *pro nanciſci.* non alias tam incruenta victoria Uſi ſumus, 3.6.14.

Utre ſuſpenſus nuncius Luculli ad Cyzicenos, 3.5.16.

Uterque. Utræque, *pro utraque*, 3.5.21. utraque, *pro utrumque*, 3.6.8. utriſque, *pro utroque*, 4.12.9. *Ita Livius*, 23.21.4. Reſponſum utriſque, non eſſe unde mitterentur. *Juſtinus*, 41.2.3: Sermo his inter Scythicum Medicumque medius, & (*vel* ex) utriſque mixtus.

Vulcano promiſſa arma hoſtium, 2.4.5.

Vulnera ultra mortem patentia, 2.7.9. vulnera in pectore, 1.18.17. VULNERA quandoque curatione ipſa reſcinduntur, 3.23.4. Vulnus *tranſlate ponitur pro quavis clade.* *ſic* Vulnus ultimum imperii, 2.6.15. grave Vulnus accipit pop. Roma-

Romanus, 3. 11. 1. Vulnera reip. *de bellis civilibus*, 3. 5. 5. *Juſtinus*. 2. 11. 19: Xerxes duobus vulneribus terreſtri prælio acceptis, experiri maris fortunam ſtatuit. *ubi ineptiſſime interpres Hiſpanus*: recibio dos llagas.

Vulteis trib. mil. 4. 2. 33.

Vulturcius T. Catilinæ ſocios prodit, 4. 1. 9.

Uxores Cimbrorum, 3. 3. 16.

X.

XAnthippus militiæ peritiſſimus, 2. 2. 23. *Polybius*, 1. 32. *vocat* Λακεδαιμόνιον ἄνδρα τῆς Λακωνικῆς ἀγωγῆς μετεσχηκότα, καὶ τριβὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔχοντα σύμμετρον. *Magnus interpres*: Lacedæmonium virum, diſciplina Laconica imbutum, & qui rei militaris uſum mediocrem haberet. *at certe magnum bellorum habuit uſum, ut conſentiunt hiſtoriæ: nec aliter Polybius. nam* σύμμετρος *quidem mediocrem non ſonat. Dubitantem de loco docet* BERNECCERUS *vir optimus ſimul doctiſſimusque, cujus amicitia, colloquiis, conſiliis, exemplo, bibliotheca, tum alia multa magnaque beneficia, quæ per hæc tempora vel a conjunctiſſimis improbe ſperentur; tum inprimis quantulumcunque in his ſtudiis profeci, ex aſſe debeo. Is, inquam, me docet, illud* σύμμετρον *referri ad* ἀγωγὴν *iſtam Laconicam, de qua modo præceſſerat, ut vertendum ſit*: diſciplina Laconica imbutum æqualique rei militaris uſu præditum. *nimirum & inſignem* θεωρίαν *viro tribuit, &* πρᾶξιν *haud deteriorem. Ita* μετρίως *apud Plut. Cic. cap. V. & apud Diod.* 20. 79: ναῦς καὶ χρήματα κεκτημένος καὶ δύναμιν σύμμετρον, *quæ & ipſa per* mediocriter & mediocre *minus recte converſa ſunt.*

Xerxes, 2. 8. 2. comparatur Antiocho, 2. 8. 13. Xerxis miſerabilis fuga, 2. 8. 5.

Z.

ZAcynthos, *inſ.* 2. 9. 4.

Zama, 3. 1. 11.

Zeugma, tranſitus Euphratis, 3. 11. 3.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

LUCIUS
AMPELIUS
EX BIBLIOTHECA
Cl. Salmasii.

Digitized by Google

Digitized by Google

TYPOGRAPHUS, BENIGNO LECTORI.

Cum in eo ſtrenue laboremus ſemper, ut aut Editionem reliquis caſtiorem adornemus, aut nova quædam addamus, quibus & exiſtimationi noſtræ & Auctori recte conſulatur, conſuetæ in bonos Scriptores curæ noſtræ ne nunc quidem defuimus. Quo enim auctior & ornatior fieret hæc, quam nunc publicamus, Editio Flori, Lucium Ampelium adjecimus; Auctorem, ob res, quas tractat, varias; vulgoque vix cognitas, non contemnendum: Eoque magis commendandum, quod ex Bibliotheca Nobiliſſimi Cl. Salmasii, Viri, dum viveret, Incomparabilis, in lucem proferatur. Propter affinitatem vero argumenti, quia multa de Romanis attingit negotiis, & propter ſtili concinnitatem, rerumque adeo plurimarum, quas aliunde non liceat ſumere, novitatem, viſus eſt idoneus, qui Floro comes adderetur, atque in ejus comitatu lucem publicam uſurparet. Sed de hoc Auctore judicium Clariſſimi Viri Salmasii, ita diſſerentis, audiamus.

Quis ille fuerit, quo tempore vixerit, juxta me ſcire dicam cum ignariſſimis, ſi mihi eripias, eum eſſe quem ſuſpicor, cujus meminit Sidonius Apollinaris in Excuſatoria ad Felicem, his verſibus:

Sed

Sed ne tu mihi comparare tentes,
Quos multo minor ipſe plus adoro,
Paulinum, Ampeliumque, Symmachumque,
Meſſalam ingenii ſatis profundi.

Recenſet in ſequentibus plures qui circa illam ætatem fuere, viros ingenio, doctrina & eloquentia celebres. Sed, cur ille Ampelius hic noſter non erit? Dices; Quæ ratio nos cogit ita cogitare, præter idem nomen? Certe alia etiam ſunt, quæ hanc ſuſpicionem augeant. Eo ævo vixiſſe conſtat quo Cæſares Auguſti adhuc in Occidente imperitabant. Ita enim ipſe ſcribit eo capite, quo tangit quas commutationes ſtatus populi Romani habuerit : donec exortis bellis civilibus inter Cæſarem & Pompeium, & oppreſſa per vim libertate, ſub unius Cæſaris poteſtatem redacta ſunt omnia. Ex eo perpetua Cæſarum dictatura dominatur. *Doctum præterea hominem fuiſſe, ac diſertum politumque, ut erat eorum temporum captus, nec indignum teſtimonio illo & elogio Sidonii, apparet ex ipſo hoc ejus, quod damus, ſcripto. Notavit porro Sirmondus ad eum Apollinaris de Ampelio locum, ſe olim a P. Pithœo audiviſſe, L. Ampelii ad Marinum fragmenta quædam prolixioris operis extare Divione in Bibliotheca S. Benigni, & præfationem etiam ſibi oſtendiſſe. Codex Jureti, quo uſus ſum, neſcio an ex Bibliotheca S. Benigni Divionenſis fuerit; & poteſt fieri ut ita ſit, qui ſciam multos ex ea Bibliotheca libros ali-*

quan-

Digitized by Google

quando utendos accepiſſe eundem clariſſimum Juretum. Exemplar tamen illud vetus non ad Marinum, *ſed* ad Macrinum, *habuit inſcriptum, quod præfationis vicem huic Ampelii opuſculo præfixum eſt,* ἐπιστολίδιον. *An fragmentum ſit majoris operis, cujus hæc Epitome videatur eſſe, ne id quidem poſſum affirmare. Veriſimilius tamen, ſi conjecturæ locus ſit, arbitrarer, non aliud opus prolixius auctorem fuiſſe meditatum, cum id vulgavit. Mos quippe fuit eruditorum illius ſeculi, quo literæ jam in barbariam ibant, ejuſmodi doctrinarum & hiſtoriarum ſectari & affectare compendia. Quibus tum vacabat evolvere integra Veterum ſcripta, ut pauci admodum numero erant qui id poſſent, cum & ipſos pauciſſimos eſſe ſcirent, quos cura legendi & diſcendi tangeret, quæ fuſiſſime ab antiquis tractata fuerant, ipſi contrahebant, quia faſtidio ſui temporis, vel potius inertiæ rem ſe gratam facere intelligebant. Lecturos quippe ſua non aliter habuiſſent. Ut autem præcipuus eſt finis eorum qui aliquid literis mandant quod victurum opinentur, famam apud populum, quo docti videantur, mereri, idque unum aucupantur, totum id pendere cum cernerent a guſtu & judicio lectorum, ſatisfacere eis conabantur. Alia via id obtineri non poterat, quam ut ſcriberetur quod legere aliquis dignaretur. Nam pro captu legentium, ut fata libri habent, ita & librorum auctores. Hinc deſidia nata eſt ſcribentium ex*

igna-

ignavia ſtudentium. Imperitia deinde ex eodem fonte ebulliit. Qui docti eo tempore videri volebant, & qui id nomen ex merito habere etiam poterant, cum antiquos ſcriptores jacere viderent, ob grandiora operum volumina, quæ reliquerant, remedium aliquod ex neceſſitate quæſierunt, quo illos vulgo traderent noſcendos, ſeque eadem opera notos in vulgus darent. Nec uno modo omnes in eo negotio verſati ſunt, ut id quod captabant conſequerentur. Quidam ipſos auctores in epitomen redegerunt, ipſis auctorum verbis ſervatis, aut paulum immutatis. Alii breviaria quædam proprio ſtilo confecerunt, ex variis ſcriptoribus excerpendo quod in rem videretur. Nonnulli quaſi centones conſarcinarunt ex pluribus ſcriptoribus qui rem eandem tractabant, alia ab his, alia ab illis ſumendo, ac corpus unum, hinc inde collectis alienis membris aut membrorum particulis, condiderunt. Ita Digeſta contexuit Tribonianus, ex plurimis Juriſconſultorum commentariis & ſcriptis. Alii per locos communes digeſſerunt quidquid præclari in auctoribus occurrebat, & ſub certos ac generales titulos, quæ ex variis deflor averant, congeſſerunt. Hoc modo univerſam Hiſtoriam Græcanicam concerpſit Conſtantinus Porphyrogeneta. Cujus laboris beneficio aliquot fragmenta Polybii, ac Nicolai Damaſceni, & aliorum, nobis, tanquam ex incendio erepta, ſervata ſunt in duobus titulis, quos ab injuria

tempo-

temporum vindicavit eruditorum curioſitas, uno περὶ πρεσβειῶν *altero* περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. *Quartum & eorum genus fuit, qui, ad privatum ſtudiorum uſum, inter legendum laudabilia loca ad oram notabant, quæ* ὡραῖα *&* ζηλήσιμα *Græci Critici appellant, eaque etiam interdum, ut firmius memoriæ inhærerent, deſcribebant. Nec inſignes tantum ſententias plerique in adverſaria ſua referre ſoliti, ſed etiam, ut iidem Critici loquuntur,* ὅλα τὰ κατάβατα, *ſi hiſtoriam aliquam egregiam continerent, aut luculentam alicujus loci, rei aut perſonæ deſcriptionem. Quinimo, & conſueverant multi ſtudioſi, ſi quem auctorem legerent, retento lectionis ordine, quidquid ex eo judicarent excerpendum, in codicem ſuum regerere, & ſibi ſervare. Unde factum ut hæc in bibliothecis privatorum reperta, ſæpe a librariis pro integris auctorum operibus deſcripta fuerint, ac ad poſteritatem, aliis ſubinde ea excipientibus ac deſcribentibus, propagata. Ita conſervatus eſt elegantium nequitiarum curioſis Petronius Arbiter. Quod enim ex ejus Satyrio habemus, mera excerpta ſunt alicujus ſtudioſi, qui, quæ ad guſtum ſuum in illo auctore invenerat, eodem quo opus legebat ordine, adverſariis ſuis commendavit ac commiſit. Qui putant, a monachis ſic eviratum eſſe, vehementer errant. Qualis hæc caſtratio foret, quæ, reſectis a reliquo corpore membris, vel potius ipſo corpore abjecto, ſolas pudendas partes reliquiſſe*

liquiſſe

liquiſſe videatur? Certe, quæ deſiderantur, vix videri poſſunt ſalaciora ac nequiora fuiſſe his quæ relicta ſunt. Immo iſta nullam procacitatis & protervitatis ὑπερβολὴν *vel ipſis lenonibus uſurpandam reliquam faciunt. Sed his excerptorum concinnatoribus facile ignoſcendum, ſi quid ea cauſa detrimenti paſſa eſt Reſp. literaria. Non enim hoc propoſitum videntur habuiſſe, ut excerpta, quæ ad uſum ſuum exſcripſerant, poſteris legenda, loco auctorum ipſorum, ſubſtituerunt. De reliquis, quibus apparet hanc animi mentem fuiſſe, ut pro auctoribus legerentur, quos compilaverant aut abbreviaverant, videndum, an omnino hi extra culpam. Non nemo certe eos accuſat, reoſque peragit illius incuriæ quæ tot præclaros nobis abſtulit ſcriptores. Ego vero Epitomatores, & omnes ejuſmodi Breviariorum compoſitores, & compilatores centonum, non adeo literis cenſeo nocuiſſe ut autumant nonnulli. Quod enim ita exiſtimant, eos in cauſa fuiſſe, cur ipſis auctoribus, quos abbreviarunt, & excerpſerunt, careamus, ego in alia ſum ſententia. Ea ſecordia fuit illorum temporum, quibus barbari literatum & Romanum orbem inundare cœperunt, ut, niſi extitiſſent qui nobis has tanquam ex naufragio tabulas ſervarunt, certum ſit, nihil prorſus ex illorum monumentis ad nos fuiſſe perventurum. Atqui præſtat hæc qualiacunque nos habere, quam nihil. Malo certe, quod ad me attinet, eos majore ſui parte eſſe deperditos,*

quam

quam ſi toti funditus periiſſent. Qui reliquias ſanctorum corporum conſectantur, ac ſtudioſe religioſeque eas requirunt, ſatis habent ſi vel uno oſſiculo potiri queant. Beatiores certe ſe judicarent, ſi totum corpus aliunde nanciſci poſſent. Hoc cum non liceat, ſaltem eo, quod licet, contenti ſunt. Ita ergo nos affectos eſſe oportet erga illas veterum reliquias ſcriptorum, quæ nobis remanſerunt, gratiamque illis habere, niſi maxime ingrati velimus eſſe, per quos eæ hoc qualicunque modo ad nos ſalvæ fuere tranſmiſſæ. Hoc autem Ampelii Opus ex eorum genere eſt, quæ a pleriſque tum ſolebant conſcribi & edi. Non Epitome eſt, non fragmentum longioris Operis, ſed veluti collectaneum rerum toto Orbe memorabilium, ex variis auctoribus brevitate ſumma, ſed qualem in omnibus ea tempora expetebant, compilatum. Memorialem eum ſe librum ſcripſiſſe in paucis illis verbis, quæ vice præfatiunculæ præfixit, profitetur. Quos libros Memoriales ea ætas vocaverit, non latet viros doctos qui verſati ſunt in monumentis illius ævi. Non diſſimili genio, etſi diſſimili argumento, ſcriptus Theodori Manlii liber de rerum natura, cauſiſque naturalibus, de aſtris, & aliis ejuſmodi, qui adhuc in Bibliothecis extat, manu exaratus & pedeſtri ſermone compoſitus. Is eſt Theodorus Manlius, cujus conſulatum celebravit carmine Claudianus, ut & opus ipſum. Inde occaſionem arripuit vir quidam doctiſſimus, tranſcribere illud Manilio, ſive

Manlius ſit, cujus hodie Aſtronomicon habemus, ut idem ſit Manlius ille Claudiano laudatus. Nos alibi pluribus pugnavimus rationibus, & quidem invictiſſimis, non poſſe ita eſſe, cum tot argumenta ſint, quibus probari queat, eum Manilium vixiſſe ſub Auguſto. Exemplar porro, unde Ampelium deſcripſi, ab imperito librario vitioſiſſime ſcriptum fuiſſe indicare hic debeo, ne, qui tam multas adhuc ſupereſſe in eo mendas animadvertit, nihil a nobis, quo ad emendationem, præſtitum eſſe arguere poſſit. Non pauciora in illo codice errata fuere quam verba. Quæ potuerunt ſine magno negotio & citra nimiam libertatem caſtigari, ea correximus omnia. Plurima tamen etiam reliquimus, quæ facillimum erat reſtituere, & mutari tuto poterant; ſed intacta ideo prætermiſimus, quia tantum nobis licere noluimus, & non tanti viſa ſunt nonnulla eorum, ut ſcripturam veterum ſollicitandam putaremus. Fatendum eſt, & non pauca haberi, quæ ſine ope melioris Codicis vix a quoquam poſſint emendari.

" Huc uſque SALMASIUS. Accipe igitur, "quiſquis es, LECTOR, hunc, quem tibi hic "ſiſtimus, Auctorem, non elegantem minus "quam brevem: atque conatus noſtros, ad Reip. "literariæ bonum deſtinatos, adjuva; hoc, atque "aliis è Typographia noſtra quotidie prodeun"tibus, in omni Eruditionis genere, libris, in "ſtudiorum tuorum commodum, utere, frue"re. VALE.

LU-

LUCIUS AMPELIUS MACRINO SUO SAL.

VOlenti tibi omnia noſſe ſcripſi hunc Librum memorialem, ut noris, quid ſit mundus, quid elementa, quid orbis terrarum ferat, vel quid genus humanum peregerit.

De Mundo.

MUndus, eſt univerſitas rerum, in quo omnia ſunt, & extra quem nihil, qui Græce dicitur κόσμος. Elementa mundi IV. Ignis, ex quo eſt cœlum. Aqua, ex qua mare oceanum. Aër, ex quo venti, tempeſtates. Terra, quam, propter formam ejus, orbem terrarum appellamus. Cœli regiones ſunt quatuor: oriens, occidens, meridies, ſeptentrio. Cœlum dividitur in circulos quinque: Arcticum & Antarcticum, qui ob nimiam vim frigoris inhabitabiles ſunt: Æquinoctialem, cui ſubjacet regio quæ catakecaumene dicitur, neque incolitur, ob nimiam vim ardoris: Brumalem & Solſtitialem, ſub quibus habitatur; ſunt enim temperatiſſimi, per quos obliquus circulus vadit; cum XII ſignis, in quibus Sol annuum conficit curſum.

De duodecim ſignis.

SIgna ſunt in cœlo duodecim. Aries beneficio Liberi, quod, is cum exercitum in Indiam per Libyam duceret per loca ſicca & arenoſa, cum aquæ

inopia eſſet, & exercitus ejus ſiti adfligeretur, aries eis aquam demonſtravit, & ob id a Libero Jovis Ammon eſt appellatus, eique fanum magnificum fecit, ad eum locum ubi aquam invenit. Quod abeſt ab Ægypto & Alexandria millia paſſuum novem. Ob eam rem a Jove petiit, ut in ſidera reciperetur. Alii putant, eum eſſe, qui Hellen & Phryxum vexerit. Taurus beneficio Jovis, quem Jupiter a Neptuno fratre per gratiam abduxit, qui ſenſum humanum figura Tauri continebat, iſque Jovis juſſu Europam Agenoris filiam, Sidonia adludens decepit, & eam Cretam deportavit. Ob eam rem Jupiter in ſideribus eum dignatus eſt immortali memoria. Gemini, qui Samothraces nominantur eſſe, quorum argumentum nefas eſt pronuntiare præter eos qui in his præſto ſunt. Alii Caſtorem & Pollucem dicunt, quod hi principes mare tutum a prædonibus præſtitiſſent. Sunt qui dicant Herculem & Theſeum, quod ſimilia athla ſint adepti. Cancer, Carcinus receptus beneficio Junonis, quod ejus juſſu, cum Hercules miſſus eſſet ad Hydram Lernæam, quam nos Excetram dicimus, interficiendam, Carcinus ingreſſus, Herculis pedes & crura lanians, incommodiorem faciebat eum, quam ipſa Excetra. Idque malum Hercules difficillimum habuit, Carcinumque Cancrum ob id factum Juno ſideribus eſt dignata. Leo, Leon, qui educatus eſt Nemeæ, Junonis conſilio ad Herculis interitum miſſus, in terra Argiva diu ſpelunca latitavit, quem Hercules dicitur interfeciſſe cum Molorcho hoſpite ſuo, cujus clavam ei tributam tum principio eſt adeptus, qua Leonem interfecit, ejuſque pellem poſtea pro tegumento habuit. Ob id factum Junoni odio eſſe cœpit, Leonemque cœleſti dignitate eſt honorata. Virgo, quam nos juſtitiam dicimus, fuit cum hominibus. Sed poſtquam homines malefacere cœperunt, Jovis eam inter ſigna poſuit. Sunt qui Erigonem Icarii filiam Athenienſem

di-

Digitized by Google

dicunt, cujus patri Liber vinum dedit, ut hominibus ad ſuavitatem daret. Quibus dedit, ebriati ſunt, & lapidibus eum occiderunt. Canis, qui cum illo erat, vidit hominem occiſum, & cum ululatu ad Erigonem rediit, quem ut mœſtum & ſingularem vidit, ſollicita proficiſcitur cum eo. Venere ad locum ubi Icarius jacebat. Vidit corpus patris. Magna lamentatione in Hymetto monte ſepelivit. Ipſa vero ſe ſuſpendit laqueo. Canis ad pedes ejus diſcumbens diutius, & ſine alimentis deficiens, poſt aquam anhelans in puteum ſe projecit. Tum Liber a Jove petit, quod ſuo imperio deficerent, ut inter ſiderum curſus poneretur Virgo. Icarius autem Arcturus nominatus eſt, cujus ſtella cum exoritur, continuas tempeſtates facit. Canis, Canicula. Libra quam græci Zygon appellant, virile nomen eſt adeptus. Is omni clementiæ juſtitia Mochos dictus; qui primus dicitur libræ pondus hominibus inveniſſe, quæ utiliſſima mortalibus æſtimantur, ideoque in numerum ſtellarum receptus eſt, & Libra eſt dictus. Scorpius, qui dicitur ad perniciem Orionis in inſula Chio in monte Pelenæo voluntate Dianæ natus. Orion autem dum venatur, viſa Diana, ſtuprare eam voluit. Illa Scorpionem ſubjecit, qui eum vita privaret. Jupiter & Scorpionem & Orionem inter ſidera recepit. Sagittarius Crotopi filius, nutricius Muſarum, quæ Muſæ ſemper dilexerunt eum, quod plauſu & luſu Sagittarum eas avocaret. Alii Chironem dicunt, quod juſtus & pius, doctus, hoſpitalis, fuerit. Ab eo Æſculapius medicinam, Achilles citharam, & alia multa. Capricornus, cui nomen Pan. Quo tempore Python ſpeluncas incolens in monte Tauri, Ægyptum profectus eſt ad bellum, Pan ſe in capræ figuram convertit. Igitur dii immortales, poſtquam Pythonem digna pœna affecerunt, Pana aſtrorum memoria decoraverunt. Aquarius, qui putatur eſſe Ganymedes, dici-

Digitized by Google

tur Deucalion Theſſalus, qui maximo cataclyſmo cum uxore Pyrrha ſolus evaſit, & hic pietatis cauſa inter ſidera locatus eſt. Piſces, ideo piſces, quia bello Gigantum Venus perturbata in piſcem ſe transfiguravit. Nam dicitur & in Euphrate fluvio ovum piſcis in ora fluminis columba adſediſſe dies plurimos, & excluſiſſe deam benignam & miſericordem hominibus ad bonam vitam. Utrique memoriæ cauſa piſces inter ſidera locati.

De Sideribus.

PRæter duodecim ſigna, potentiſſima ſidera in cœlo. Septemtriones duo, major & minor, qui numquam merguntur: ideoque navium curſus regunt, quorum alter Cynoſura dicitur. Bootes, idem Arctutus, Orion, qui magnitudine ſua dimidiam cœli obtinet partem. Pliades, quæ Latine Virgiliæ dicuntur. Hyades, quæ a nobis Suculæ dicuntur, quarum ortus & occaſus a nautis & ab agricolis obſervantur. Canicula, cujus vis præcipue Solſtitio eſt. Stellæ potentiſſimæ in cœlo ſunt ſeptem, Saturnus, Sol, Luna, Mars, Mercurius, Jupiter, Venus, quæ a Græcis planetæ, a nobis erraticæ dicuntur, quia ad arbitrium ſuum vagantur, & motu ſuo hominum fata moderantur. Item adverſo curſu contra cœlum feruntur.

Quibus partibus ſedeant XII *ſigna duodecim ventorum.*

ARies, in Africum. Taurus, in Circium. Gemini, in Aquilonem. Cancer, in Septemtrionem. Leo, in Thraſciam. Virgo, in Argeſten. Libra, in Zephyron. Scorpius, in Africum. Sagittarius, in Auſtrum & Africum. Capricornus, in

in Auſtrum. Aquarius, in Eurum & Notum. Piſces, in Eurum.

De Ventis.

VEnti fiunt ex aëris motu & inclinatione. Sunt autem generales quatuor. Eurus, idem Apeliotes, idem Vulturnus, ab oriente. Ab occidente, Zephyrus, idem Corus, idem Favonius. Aquilo, Boreas, Aparcias idem, a ſeptentrione. Notus, idem Libs & Auſter, & Africus, a meridie. Hi ſunt quatuor generales. ceteri ſpeciales adſcribuntur. Ut Iapyx Zephyro, qui ab Iapygio Apuliæ promontorio flat. Leuconotus Noto, cum ſerenior flat. Caurus Aquiloni, cum vehementior Gallias perflat. Item Eteſiæ, qui ſtatis diebus flant per æſtatem.

De Orbe Terrarum.

ORbis terrarum, qui ſub cœlo eſt, quatuor regionibus incolitur. Una pars ejus eſt, in qua nos habitamus. Altera huic contraria, quam qui incolunt, vocantur Antichthones. Quarum inferiores duæ ex contrario harum ſitæ, quas qui incolunt, vocantur Antipodes. Orbis terrarum, quem nos colimus, in tres partes dividitur, totidemque nomina. Aſiæ, quæ eſt inter Tanaïn & Nilum. Libya, quæ eſt inter Nilum & Gaditanum ſinum. Europa, quæ eſt inter fretum & Tanaïn. In Aſia clariſſimæ gentes: Indi, Seres, Perſæ, Medi, Parthi, Arabes, Bithyni, Phryges, Cappadoces, Cilices, Syri, Libyi. In Europa clariſſimæ gentes, Scythæ, Sarmatæ, Germani, Daci, Mœſi, Thraces, Macedones, Dalmatæ, Pannonii, Illyrici, Græci, Itali, Galli, Spani. In Libya gentes clariſſimæ, Æthiopes, Mauri, Numidæ, Pœni, Gætuli, Garamantes, Naſamones, Ægyptus.

Digitized by Google

Clariſſimi montes in orbe terrarum; Caucaſus, in Scythia. Emodus, in India. Libanus, in Syria. Olympus, in Macedonia. Hymettus, in Attica. Taygetes in Lacedæmonia, & Citheron Eleon in Bœotia. Parnaſſus, Acroceraunia, in Epiro. Mænalus, in Arcadia. Apenninus, in Italia. Eryx, in Sicilia. Alpes inter Galliam & Italiam. Pyrenæus inter Galliam & Spaniam. Atlas in Africa. Calpe in freto Oceani. Clariſſima flumina in orbe terrarum: Indus, Ganges, Hydaſpes in India. Araxes in Armenia. Thermodon & Phaſis in Colchide. Tanaïs in Scythia. Strimon & Hebrus in Thracia. Sperchios in Theſſalia. Hermus & Pactolus, auriferi. Mæander & Cayſtrus, in Lydia. Cydnus, in Cilicia. Orontes, in Syria. Simoïs & Xanthus, in Phrygia. Eurotas, Lacedæmone. Alpheus, in Elide. Ladon, in Arcadia. Achelous & Inachus, in Epiro. Savus & Danubius, qui idem Iſter cognominatur, in Mœſia. Eridanus & Tiberinus, in Italia. Timavus, in Illyrico. Rhodanus in Gallia. Iberus & Bætis, in [illegible] nia. Bagrada, in Numidia. Triton, in Gætulia. [illegible], in Ægypto. Tigris & Euphrates, in Parthia. Rhenus, in Germania. Clariſſimæ inſulæ in mari noſtro undecim: Sicilia, Sardinia, Creta, Cypros, Eubœa, Lesbos, Rhodos, duæ Baleares, Eubuſus, Corſica, Gades. In oceano ad orientem, Taprobane. Ad occidentem Britannia. Ad ſeptentrionem Thyle. Ad meridiem, Inſulæ Fortunatæ. Præter has in Ægæo mari, Cyclades duodecim: Delos, Gyaros, Myconos, Andros, Paros, Pharos, Tenedos, Cythnos, Melos, Naxos, Donuſa. Præter has Sporades innumerabiles; ceterum celeberrimæ, Ægina, Salamina, Coos, Chios, Lemnos, Samothracia. In Ionio Echinades, Strophades, Ithaca, Cephalenia, Zacynthos. In Adriatico Ciriteæ circiter mille. In Siculo Æoliæ VIII. In Gallico Stœchades

Digitized by Google

chades tres. in Syrtibus Cercina, & Menynx, & Girrha.

De marium ambitu.

MAre quo cingimur univerſum vocatur Oceanum. Hoc quatuor regionibus inrumpit in terras. A ſeptentrione, vocatur Caſpium. Ab oriente, Perſicum. A meridie, Arabicum, idem Rubrum & Erythræum. Ad occaſum, Magnum mare, idem Atlanticum, quod commerciis totius generis humani peragitur. *Hoc intrat* in fretum Gaditanum inter duos montes clariſſimos Abinnam & Calpen, ob impoſitas Herculis columnas. Dein latiſſime ſimul & longiſſime fuſum medium terrarum orbem inundat, & nomina adquirit. Balearicum, quod Hiſpaniam adluit. Gallicum, quod Gallias tangit. Liguſticum, quod Liguribus infunditur. Tuſcum, Tyrrhenum, idem inferum, quod dextrum Italiæ latus circuit; Hadriaticum, idem ſupremum, quod ſiniſtrum Italiæ latus circuit. Siculum, in quo Sicilia. Creticum, in quo inſula eſt Creta. Ionium & Ægæum, quæ Achaïam, eamdem Peloponneſon, ſimul ambiunt; ut interveniente Iſthmo pene inſulam faciant. Myrtoum & Icarium, quæ adhærent Ægæo mari, illud a Mirtylo, hoc ab Icaro cognominata. Euxinum, Ponticum, quod ingenti ſinu Scythis infunditur. Helleſponticum fauce tranſmiſſum, inter duas celeberrimas urbes, Seſton Aſiæ, Abydon Europæ. Tanaïticum, quo Aſia alluitur. Ægyptium ab Ægypto, Libycum a Libya cognominatur. Syrticum, a duabus Syrtibus, reciprocis æſtibus retorquetur.

Mira-

Digitized by Google

Miracula Mundi.

MIracula quæ in terris ſunt. Ab Apollonia Athamantia millia paſſus quinque, in monte Nymphæo, ibi ignis eſt, & de terra exit flamma. In ſilva Panis ſymphonia in oppidum auditur. Item ſub eo monte in campo lacus aquæ pleni, unde pix exit, & bitumen. Cum manibus ſupplodas, pix alte attollitur, & quaſi ab aqua bulleſcit. Ambraciæ in Epiro in pariete ſunt picti Caſtor & Pollux & Helena, manu Autochthonis, & nemo invenire poteſt quis pinxerit. Arcis in Epiro, quod Ippaton appellatur: ibi pons magnus columnatus duplex, quem Medea ædificari imperaſſe fertur. Ibi picta ſunt gubernacula Argonautarum, quæ cœpta navis; ibi Jovis templum Hyphonis, unde eſt ad inferos deſcenſus ad tollendas ſortes. In quo loco dicunt, duo qui deſcenderunt, Jovem ipſum vidére. Leucade mons; unde ſe Sappho dejecit propter virum: in ſummo monte fanum eſt Apollinis, ubi ſacra fiunt. Et, cum homo inde deſiluit, ſtatim excipitur lintribus. Sicyone in Achaïa, in foro ædes Apollinis eſt. In ea ſunt poſita Agamemnonis clypeus & machæra, Ulyſſis chlamys & thoracium, Teucri ſagittæ & arcus, Adraſti arca, quam depoſuit, in qua quid ſit, ignoratur; ſed & olla ærea in qua Pelias coctus dicitur. Item Palamedis cithara. Marti autem quoque corium remi Argonautarum, & gubernaculi brachia, cauculus quem Minerva ſortita eſt. De Oreſtæ cervice una proci paraſiti palla pendet. quam ſi quis halitu afflaverit, tota patefit. Penelopæ tela. ibi de terra oleum ſcaturit. Argis Inachiæ Junonis templum magnifice ornatum, quod Aſylum vocant. Olympiæ templum Jovis nobile; ubi athletæ initiantur. Corintho balænæ coſta eſt magna ſecundum mare, quam homo com-

Digitized by Google

complecti non poteſt. Eodem in loco fanum eſt Veneris; in quo vas marmoreum Laïdos. Bœotiæ lacus ſacer; ubi Amphiaraüs devoratus in eo lacu eſt. Urceus fictilis fractus pendet, teſta inter ſe compoſita, unde autem pendeat, non apparet, niſi a vento moveatur. Athenis Minervæ ædes nobilis, cujus ad ſiniſtram Clypeus appoſitus, quem digito tangit. In quo Clypeo medio Dædali eſt imago, ita collocata, quam ſi quis imaginem è Clypeo velit tollere, perit totum opus, ſolvitur enim ſignum. Ipſa autem dea habet haſtam de gramine. Ilio lapis quadratus, ubi Caſſandra fuit alligata, quem ſi ante tangas aut fricueris, lac demittit: ex altera autem parte ſimiliter ſi frices, ac ſi ſanguinem remittit. Juxta autem mare, qui locus Rhœte vocatur, ibi eſt Achillis & Patrocli vultus, & flumen Scamandras. Epheſo Dianæ fanum nobiliſſimum, maximum, pulcerrimumque orbis terrarum. Introitu dextra ſiniſtra poſtes marmorei monolithi, longi cubitis XX, qua ſuper templum aſcenſu ſunt CXL millia. Samo in templo Junonis ſcyphus factus ex hedera, cujus capita foras IV arietina magna, cornibus miræ magnitudinis contortis. Pergamo ara marmorea magna, alta pedes XL, cum maximis ſculpturis. Continet autem gigantomachiam. Rhodo ſignum Dianæ marmoreum pulcerrimum, quod ſtat ſub divo cœlo, nec, cum pluit, aqua tangitur. Argyro eſt fanum Veneris ſuper mare. ibi eſt lucerna ſuper candelabrum poſita, lucens ad mare ſub divo cœlo, quam neque ventus aſpergit, nec pluvia extinguit. Sed & Herculis ædes antiqua; ibi columna pendet cavea ferrea rotunda, in qua concluſa Sibylla dicitur. Ibi jacent oſſa balænæ, quaſi lapides quadrati. Marmeſiæ apud Sipilum columnæ ſunt IV. inter has columnas eſt victoria ferrea, pendens ſine aliquo vinculo, in aëre ludens. Sed quotiens ventus aut pluvia fuerit, non movet.

Ædis

Ædis Dianæ Epheſo, quam conſtituit Amazon. Ibi & ſepulcrum Icari ſtertentis quaſi dormiat, miræ magnitudinis, ex orichalco & ferro. Rhodo Coloſſi ſignum Solis altum ſuper columna marmorea cum quadriga. Columna vero habet cubitos centum. Cypro ſignum Jovis Olympii æreum, facies ex auro, quem fecit Phidias in cubitis centum quinquaginta, & lata cubitis ſexaginta. Domus illic Cyri regis ædificata lapidibus candidis, & nigellis, auro vinctis: ubi ſunt columnæ diverſis coloribus, & innumerabiles lanceæ ferreæ, feneſtræ ex argento, & tegulæ ex lapide praſino. Murus intus medio Babyloniæ, quem Memnon ædificavit lapide cocto, id eſt, calce & ſulfure, ferro intermixtus ut ſunt juncturæ. Latitudo ejus cubitis XXX, altus cubitis CXXX, cingitur millia paſſuum XXX. Hunc cœpit Semiramis, filius ejus perfecit. Pyramides in Ægypto, quas ædificavit. Agartus oppidum. ibi eſt Nilus fluvius ære factus, plexilis in cubitis CCC, cujus facies ſmaragdo limpido, brachia ex ebore magno, cujus aſpectu & beſtiæ terrentur. Athenis ſignum Jovis Olympii, Alexandriæ flumen Nilum maxime colunt.

Quot fuere Joves, vel alii in loco Dii Deæque.

JOves fuere tres. Primus in Arcadia Ætheris filius, cui etiam Ætherius cognomen fuit. Hic primum Solem procreavit. Secundus abinde in Arcadia, qui Saturnius cognominatur, qui ex Proſerpina Liberum patrem procreavit primum victorum. Tertius Cretæ, Saturni & Opis filius, optimus maximuſque eſt appellatus. Martes fuere duo. Primus ex Enopoſte, ut eum Homerus ait, & noſter eſt Mars Leucarpis & aliter Marſenius. Secundus ex Jove & Junone.

Junone. Soles fuere quinque. Primus Jovis filius. Secundus Hyperionis. Tertius Nini filius, cui Ægyptus eſt conſecrata. Quartus qui Rhodi natus eſt; cujus etiam Zemintus eſt filius. Quintus Colchi filius, ex quo Circe & Medea & Phaëthon nati ſunt. Volcani fuere quatuor. Primus Crio & Ioppe natus. Secundus Nili filius. Tertius Saturni & Junonis. Quartus in Sicilia Miletis filius. Mercurii IV. Primus Cœli & Diei filius. Secundus Jovis & Croniæ filius, vel Proſerpinæ. Tertius Croni filius & Maiæ, qui eſt inventor lyræ. Quartus Quilleni filius; qui Ægyptiis literas & numerum dixit. Apollines quinque. Primus Vulcani & Minervæ. Secundus ex Corybante. Tertius, Jovis filius ex Latona. Quartus, Sileni filius in Arcadia. Quintus, Ammonis filius, in Libya natus. Dianæ III. Prima, Jovis vel Croni filia ex Proſerpina, quæ eſt Liberi ſoror. Secunda, Jovis & Latonæ, Apollinis ſoror. Tertia, quæ vocatur Ops, de Glauco. Æſculapii tres. Primus, Apollo dictus; Vulcani filius. Secundus, Laï filius. Tertius, Ariſteti & Alcippei filius. Veneres IV. Prima, Hacdeli & Diei filia. Secunda, quæ ex ſpuma nata eſſe dicitur, & Aëris & Oceani filia. Tertia, quæ Vulcano nupſit, quæ cum Marte ſe miſcuit. unde Cupido natus eſſe dicitur. Quarta, Cypri & Syriæ filia, quam Adon habuit. Minervæ quinque. Prima, Vulcani filia; unde Athenarum eſt civitas. Secunda, Nili filia, quam Ægyptii colunt. Tertia, Jovis filia, quæ in fecillis rebus ſe exercuit. Quarta, Solis filia, quadrigas junxit. Quinta, Pallantis & Titanidos filia. Hæc patrem occidit, pro ſuæ virginitatis obſervatione, qui ejus cupidus fuit. Unde & Pallas dicta eſt. Liberi quinque. Primus ex Jove & Proſerpina. Hic agricola, & inventor vini: Cujus ſoror Ceres. Secundus Liber ex Merone, & Flora, cujus nomine fluvius eſt Granicus. Tertius de Cabito, qui regnavit in Aſia.

Quar-

Quartus ex Saturno & Semela, dicunt. Quintus Niſi & Heſionæ filius. Hercules ſex. Primus Jovis & Ætheris filius. Secundus Nili filius, quem principem colunt Ægyptii. Tertium conditorem loci ſui Hellenes dicunt. Quartus Croni filius, & Cartheres, quem Carthaginienſes colunt, unde Carthago dicta eſt. Quintus Joab filius, qui cum rege Medorum pugnavit. Sextus Jovis filius ex Alcmena, qui Atlanta docuit.

De Imperiis.

IMperia ab ineunte ævi memoria fuerunt ſeptem. Primi rerum potiti ſunt Aſſyrii, deinde Medi, poſtea Perſæ, tum Lacedæmones, dein Athenienſes; poſt hos inde Macedones, ſic deinde Romani.

Reges Aſſyriorum.

NInus Rex; qui primus exercitu prope totam Aſiam ſub ſe redegit, & clariſſimam urbem nominis ſui condidit Ninon. Belus Rex, Jovis filius, cujus poſteri primum Aſiæ regnaverunt: per Ægyptum Libyæ, per Darium Europæ. Semiramis, Circetis nymphæ filia, a columbis educta, uxor Nini regis. Cujus poſt mortem Regnum Nini ampliavit; armis Indiam quoque parum proſpera expeditione tentavit. Hæc urbem pulcerrimam omnium, quæ unquam fuerunt, Babylona conſtituit, ſupra flumen Euphratem. Sardanapalus, qui ob nimias delicias & luxuriam perdito regno, ne in poteſtatem hoſtium veniret, cum exoletis ſuis venenum bibit, & igni ſubjecto cum regia ſua conflagravit.

Digitized by Google

Reges Medorum.

ARſaces, primus Rex, qui everſas Aſſyriorum opes luxuria Sardanapali tranſtulit, eoſque juſtiſſime rexit. Aſtyages, vir fortis & juſtus, qui per inſidias victus a Cyro eſt, & diſſolutum eſt Mediæ regnum.

Reges Perſarum.

CYrus rex fortiſſimus, qui majore parte Aſiæ ſubacta, Europam quoque inrupiſſet, ni a Tomyre Scytharum regina victus oppreſſuſque eſſet. Cambyſes, filius æque Cyri; qui, cum LXX millia hominum ſubegiſſet in Ægypto, & regem ejus Amaſin, Æthiopiam profectus, magna parte militum per famem amiſſa, irritus rediit. Urbem tamen ibi condidit Meroën. Is quia Apin ſacrum bovem interfici juſſerat, ira deorum ex equo præceps ſuper gladium ſuum ruit, extinctuſque eſt. Darius rex, unus ex ſeptem Perſis hinnitu equi regnum adſecutus, cum CCLXX millibus Europam tranſivit. Victus ab Athenienſibus ducenta millia apud Pſeudomarathona deceſſit. Xerxes, Darii filius, cum receſſiſſet pater ejus, aliquantis navibus armatis militibus in Europam tranſivit. Contabulato Helleſponto, & forato Atho monte, nequidquam aliud egit, quam ut Athenas incideret mari. Victus a Lacedæmoniis & Athenienſibus, in Aſiam rediit, ibique ſuorum fraude interfectus eſt.

Duces & Reges Lacedæmoniorum.

EUryſtenes & Procles gemini, qui genus ab Heraclidis deducentes primis, parte regna regnaverunt

verunt. Lycurgus legumlator, cui Lacedæmonii principes Græciæ per annos ſeptem inviſi fuerunt. Theopompus & Polydorus Reges, qui Meſſenium bellum xx annis geſſerunt. Othryades vir bellator, qui Meſſenio bello, quo centeni, id eſt, quinquageni, concertaverunt, & trophæum ſuo ſanguine ſcripſit, tertiuſque Meſſenio bello, ex oraculo Apollinis, dux ab Athenienſibus per ludibrium miſſus, pœnateas vota, militum animos concitavit, ut tam diuturnum prælium victoria conſummarent. Leonidas, dux Perſico bello, qui cum trecentis Lacedæmoniis apud Thermopylas totam vim Perſici belli morte ſua ac ſuorum obtinuit. Pauſanias, qui Perſico bello Mardonium præfectum Xerxis cum pedeſtribus copiis apud Aſopum Bœotiæ flumen debellavit: mox proditionis a rege ſuſpectus idem Mardonius, ideoque accuſatus, in aſylum Minervæ confugit, & ibi fame confectus eſt. Leander dux, qui dominantem toto mari claſſem Atticam apud Ægeos primus oppreſſit, & victis Athenienſibus xxx tyrannos impoſuit. Xanthippus, vir Lacedæmoniorum fortiſſimus, qui bello Punico primus Carthaginienſibus dux miſſus Regulum cepit. Ageſilaus, cujus inventum eſt, in hoſtili, quam in ſua terra, pugnare; ideoque in Aſiam miſſus, vaſtata ea, cum jam Regi immineret, revocatus Athenienſes apud Crotonem vicit. Poſtea apud Corinthios flevit, quod decem millia Græcorum occiſa cognoviſſet, nec voluit Corinthum delegare cum poſſet.

Clariſſimi Reges & Duces Athenienſium.

CEcrops rex, qui urbem condidit Athenas, & ex ſuo nomine Cecropidas appellavit cives. Idem fabuloſe, quia indigena fuit, ab inguinibus ſerpens fuiſſe narratur. Erichthonius rex, qui myſte-

ria

ria Eleuſinæ conſtituit. Celeus cum Euboleo ſacerdote, filiabus virginibus miniſtris, Treptolemo frugum præfecto; qui fame laborantem Græciam circumlato frumento reſtituit. Pandion rex, qui filias ſuas Procnen & Philomelam Thraciæ regibus tradidit, ut barbaras ſibi gentes adfinitate ſociaret. Theſeus, Ægei filius, qui Minotaurum interfecit. Demophontes, ejus filius, qui cum Græcis Ilium expugnavit. Codrus rex, qui pro ſalute & victoria patriæ, ſecundum oraculum Apollinis, bello Peloponneſio ſe devovit. Piſiſtratus, vir fortis, & ſapiens, qui adverſus principes populari cauſa tyrannidem invaſit, eamque juſtiſſime adminiſtravit. Armodius & Ariſtogeiton, homines plebeii, qui Hippian & Hipparchum Piſiſtrati filios ſæve dominantes facta conjuratione oppreſſerunt, ideoque ut conſervatoribus divini honores eis ſunt conſtituti. Miltiades dux, qui LXXX millia militum Perſarum Darii regis, præfectis Date & Tiſapherne, in ſaltu Marathonio ſuperavit. Ariſtides Dicæos, qui hoc agnomen moribus eſt conſecutus, ob id ipſum exilio multatus eſt. Cimon dux, qui Perſico bello Xerxis copias, pedeſtres ſimul atque navales, in ipſa Aſia apud Eurymedonta flumen uno die vicit. Alcibiades dux, vir genere, copia, opibus, illuſtris; qui propter detruncatos nocte Mercurios reus factus ad Lacedæmonios confugit Peloponneſi bello, &, cum feciſſet eos ſuperiores, adflictorum civium miſertus, rediit in patriam, & dux creatus, iterum victores Athenienſes fecit. Thraſybulus, qui triginta Magiſtratus Lacedæmonios tyrannidis dominatione ſævientes facta conjuratione adflixit, & libertatem Athenienſibus reddidit. Conon dux, qui omnes Lacedæmoniorum copias apud Cnidum inſulam cepit, & imperium maris Athenis reſtituit. Dion, qui octo onerariis navibus Dionyſium regem Siciliæ centum ro-

ſtratas habentem, dum in Italiam abeſt, regno expulit, occupatis Syracuſis. Hiphicrates, rei militaris peritiſſimus, qui arma habiliore pondere & modo fecit. Phocion, qui vir bonus cognominatus eſt, neque ulla pecunia a Philippo potuit ſollicitari ut ad eum diſcederet. Qui admonentibus amicis, ut liberis ſuis conſuleret, Si boni, inquit, erunt, hic agellus eis ſufficiet: ſi mali, nihil. Chabrias dux, qui gladiatoria arte pugnare militem docuit; Cypron & Naxon, & omnes Aſiaticas inſulas Athenis adjunxit, & circa Thion navali bello occidi maluit, quam abjectis armis enatare. Demetrius Phalereus, vir bonus exiſtimatus, ideoque ob inſignem juſtitiam ſtatuis c c c eſt honoratus, quas ei pro libertate poſuerunt in facie publica.

Reges Macedonum.

PHilippus, Amyntæ filius, primus Macedonum obtinuit Thraciam, redegitque in ſuam poteſtatem: &, cum tranſire in Aſiam vellet, ſub ipſo belli apparatu in theatro a Pauſania eſt interfectus. Alexander, Philippi & Olympiadis filius, ex urbe Pella Macedoniæ cum x l millibus militum in Aſiam tranſiſſet, Darium regem Perſarum primum apud Granicum flumen, tum apud Iſſum Ciliciæ, tertio apud Arbela, tribus præliis, triginta peditum legionum, equitum bis mille falcatorum curruum vicit. Mox regem Indorum, & omnes Aſiæ gentes ſub poteſtate ſua redegit, & nobiliſſimas urbes Aſiæ cepit, Sarbactran, Suſa, Babyloniam, ubi etiam defunctus, dubium vinolentia, an veneno, cum tamen prius & Africam peragraſſet uſque ad Jovem Ammonem, & Oceanum primus omnium navigaſſet. Philippus, qui poſt Alexandrum Macedonem ſeptimo gradu Macedoniæ regnavit, invictus in Græciam

cum

cum ſæve dominaretur, a Sulpicio conſule in Phocide victus eſt, mox a Flaminio in Macedonia, Theſſalia apud Cynocephalas, ubi dato obſide filio Demetrio regni parte multatus eſt. Perſes Philippus, Philippi filius, cum maximis copiis Macedoniis eſſet, &, cum impetum in Græciam feciſſet, cum inanibus elephantorum ſimulacris a Marco conſule apud Scyriam paludem victus, præcipitatis in mare theſauris, profugit; mox ab Æmilio Paulo tota Macedonia fugatus, Samothracam confugit in aſylum: unde, data fide cum ſe Paulo commiſiſſet, ante currum ejus *in triumphum* productus, mox libera cuſtodia in Albano conſenuit. Pſeudophilippus, vir plebeius & degener, cum ex ſimilitudine formæ Philippi filium ſe perſuaſiſſet, & Macedonas in bellum excitaſſet, inter initia tumultus comprehenſus, ſub cuſtodia miſſus eſt Romam, ubi cum ex cuſtodia aufugiſſet, concitata rurſus Macedonia, Thraciam bello recepit. In arce regni paludatus jus dixit: mox a Cæci filio Metello ingenti prælio victus, cum profugiſſet in Thraciam, a regibus deditus, & in triumphum deportatus.

Reges & Duces Romanorum.

ROmulus, qui urbem condidit. Numa Pompilius, qui ſacra conſtituit. Tullus Hoſtilius, qui Albam diruit. Ancus Martius, qui leges plurimas tulit, & Hoſtiam coloniam conſtituit. Servius Tullius, qui primum cenſum egit. Priſcus Tarquinius, qui inſignibus magiſtratus adornavit. Tarquinius Superbus, qui ob nimiam ſuperbiam regno pulſus eſt.

Digitized by Google

Clariſſimi duces Romanorum.

BRutus, qui pro libertate publica liberos ſuos interfecit. Valerius Publicola, qui propter eandem libertatem adverſus Tarquinios bellum exercuit. Idem jus libertatis dando populum ampliavit. Manlius Torquatus, qui ad confirmandam caſtrorum diſciplinam filium ſuum interfecit. Quintius Cincinnatus, idem Serranus, cui aranti dictatura delata eſt. Camillus, qui, Senonum gente deleta Gallorum, incenſam ab eis urbem reſtituit. Fabii duo: quorum alter una pugna Etruſcos, Samnitas, Umbros, Galloſque ſubegit, Libertinos è tribubus repurgavit, ideoque Maximus cognominatus: alter Fabius Hannibalem mora fregit, ex quo Cunctator eſt cognominatus. Papirius Curſor, hic Samnites, qui Romanos ſub jugum pugnando miſerant, victos ignominia pari adfecit, & a velocitate Curſor eſt appellatus. Curius, cum in foco rapas torreret, offerentibus, Malo, inquit, in fictilibus meis & aurum habentibus imperare. Fabricius Luſcinus, qui Cornelium Rufinum conſularem virum ſenatu amovit, luxuriæ & avaritiæ damnatum, quod decem pondo argenti poſſideret. Claudius Marcellus, qui Annibalem primus in Campania prælio vicit, idemquè docuit; in bello quomodo equites ſine fuga cederent. Scipiones duo, quorum alter prior, Africanus, qui Annibalem & in eo Africam debellavit, alter Scipio Numantinus, qui Carthaginem & Numantiam diruendo, in hac Africam, in illa Hiſpaniam fregit. Quintus Nero, qui, Annibale in Apulia relicto, venientem ab Hiſpania Haſdrubalem excepit, copiaſque ejus uno die apud Metaurum flumen devicit, qui ſeſe cum Annibali junxiſſet, dubitari non poteſt, paria eis præſtaturum non fuiſſe. Paulus, qui cum Mace-

Macedoniam viciſſet, & Græciam liberaſſet, & opulentiſſimum triumphum reportaſſet, inter ipſos triumphi dies, amiſſis duobus liberis pro concione dixit, gratias ſe agere fortunæ, quod in ſuam potius domum, quam in remp. ſæviſſet. Duo Metelli: quorum alter Macedonicus, devictis Macedonibus; qui Contrebiam inexpugnabilem Hiſpaniæ civitatem, juſſis teſtamenta ſcribere, & vetitis redire niſi viciſſent militibus, occupavit: alter Numidicus, victa Numidia; qui cum pernicioſas reip. leges ferret, Apuleius tribunus plebis totuſque ſenatus in eas juraſſet, maluit in exilium ire, quam jurare. Hujus filius, Pius cognominatus eſt, quod patrem in exilium ſecutus eſt. Gaius Marius, qui, in Africa Numidis, in Gallia Cimbris Teutonibuſque ſuperatis, a caliga pervenit uſque ſeptimum conſulatum. Sylla, qui bello civili victoria perpotitus, Romanum primus invaſit imperium, ſoluſque depoſuit. Sertorius, qui proſcriptus a Sylla cum in exilium profugiſſet, quam breviſſimo tempore prope totam Hiſpaniam redegit in ſuam poteſtatem, & ubique adverſante fortuna inſuperabilis fuit. Lucullus, qui Aſiacæ provinciæ ſpoliis maximas opes eſt conſecutus, & ædificiorum tabellarumque pictarum ſtudioſiſſimus fuit. Pompeius, qui Armenios ſub rege Tigrane, Ponticos ſub rege Mithridate, Cilicas toto mari dominantes, intra quadrageſimum diem vicit, & magnam partem Aſiæ inter oceanum Caſpium Rubrumque victoriis ſuis triumphiſque peragravit. Gaius Cæſar, qui Gallias Germaniaſque ſubegit, & primus Romanorum navigavit Oceanum; in quo Britanniam invenit, & vicit. Julius Cæſar Auguſtus, qui perpacatis omnibus provinciis exercitus toto orbe terrarum diſpoſuit, & Romanum imperium ordinavit. Poſt cujus conſecrationem perpetua Cæſarum dictatura dominatur.

Romani, qui in Toga fuerunt illuſtres.

MAnius Agrippa, qui diſſidentem populum ſenatui conligavit, atque conciliavit. Appius Cæcus, qui pacem Pyrrhi diremit, ne populus, qui ſuis parere noluerat, ſub externis regibus regeretur. Tiberius Gracchus, qui, Scipionem Aſiaticum quamvis inimicum haberet, non eſt paſſus a tribunis in carcerem duci, quod diceret nefas, ibi eſſe Scipionem ubi captivi illius adhuc alligati tenerentur. Hic eſt Gracchorum pater, qui in tribunatu, cum agrariis legibus ſeditiones excitarent, interfecti ſunt. Decimus Brutus Calæcius, qui Gracchum generum agrariis legibus Reip. ſtatum turbantem cum Opimio conſule oppreſſit. M. Brutus, qui Pompeii partes ſecutus, mox a Cæſare reſtitutus, in mortem ejus conjuravit, quod affectare nomen regium videretur. Lucius Druſus, qui agrariis legibus promulgatis, ſummum pro eo favorem conſecutus, ne promiſſa perficeret, per inſidias a Philippo Conſ. domi ſuæ interfectus eſt. Lutatius Catulus, qui Lepidum acta Syllæ reſcindere volentem admoto exercitu Italia fugavit, & ſolus omnium ſine ſanguine bellum civile confecit. Cato Cenſorius, qui totiens accuſatus eſt, quoad vixit, nocenteis accuſare non deſtitit. Hic eſt omnium rerum peritiſſimus, &, ut Salluſt. Criſpo videtur, Romani generis diſertiſſimus Cato. Cato Prætorius, qui, bello civili partes Pompeii ſecutus, mori maluit quam ſuperſtes eſſe reip. ſervienti. Scaurus, qui vetuit filium in conſpectum ſuum venire, quia bello Cyprico deſeruerat. Scipio Naſica, quia non rite inauguratus Conſul videretur, conſulatu ſe abdicavit, & domitis Dalmatis oblatum a Senatu triumphum repudiavit, ſtatuaſque, quas ſibi quiſque in publico poſuerat, in cenſura ſua ſuſtulit. Cenſuit

ſuit in Senatu tamen, Carthaginem non eſſe delendam: propterea optimus judicatus. Cornelius Cethegus, qui fratrem ſuum Cethegum, quod cum Catilina conjuraſſet, morte multandum cenſuit. Tullius Cicero, qui in conſulatu ſuo Catilinæ conjurationem fortiſſime oppreſſit.

Qui pro ſalute ſe obtulerunt.

HOratius trigeminus, qui adverſus Curiatios Albanorum; qui de ſummo imperio dimicaverunt. Fabii, qui trecenti, cum omnes patriciæ ſtirpis eſſent, bellum Veiens peculiariter ſibi depopoſcerunt. Mucius Cordus, qui ignibus manus impoſuit. Horatius Cocles, qui ponte reſciſſo Tiberis armatus tranſiit navitans. Trecenti ſub Calpurnio Flamma contra Pœnos; qui in Sicilienſi ſaltu, mortuo exercitu, populum Romanum liberaverunt, ut plane CCC Lacedæmoniorum apud Thermopylas gloriam adæquarent. Duo Decii; quorum alter Latino bello, alter Samnitico, diis manibus ſe devoverunt, Fulvius Pontifex; qui, urbe a Gallis Senonibus incenſa, ſe alioſque ſenes diis manibus devovit. Regulus; qui tormenta Carthaginienſium maluit pati, quam ut inutilis pax cum eis fieret, aut ipſe jurisjurandi fidem falleret. Curtius; qui ſe in hiatum terræ immiſit, cum ex oraculo, quod optimum eſſet in urbe Romana, poſceretur. Spurius Poſtumius; qui a Pontio Teleſino, Samnitum duce, ſub jugum miſſus cum exercitu, auctor fuit rumpendi federis, ſeque hoſtibus cenſuit eſſe dedendum. Gajus Metellus Pontifex, ardente templo Veſtæ, Palladium extulit, & oculos amiſit.

Digitized by Google

Qui ſpolia opima retulerunt.

ROmulus de Acrone Ceninenſium rege. Coſſius Cornelius de Larthe Tolumne Veientium rege. Claudius Marcellus de Virodomaro rege Gallorum.

Qui provocati ab hoſtibus manu contenderunt.

MAllius Torquatus, qui Gallo torquem detraxit, eumque ſibi circumdedit. Valerius Corvinus; qui a Gallo provocatus cum pugnaret, corvus galeam ejus inſedit, & hoſtem perturbavit. Scipio Æmilianus cum eſſet legatus ab Lucullo imperatore apud Intercatiam Vaccæorum urbem, provocatorem barbarum occidit. Lucius Opimius, ſub Lutatio Catulo Conſule, in ſaltu Tridentino provocatorem Cimbrum interfecit.

Qui pro Romanis gentes ſuperaverunt.

SCipio Africanus, Scipio Numantinus, Scipio Aſiaticus, Mummius Achaïcus, Servilius Iſauricus, Brutus Callaïcus, Paulus Macedonicus, Metellus Creticus, Cæſar Germanicus, Cæſar Dacicus.

Quot illuſtres Scipiones qui magnis rebus geſtis cognominati ſunt.

SCipio magnus Africanus, qui vicit Annibalem. Scipio minor Numantinus, qui Numantiam, & Carthaginem diruit. Scipio Aſiaticus, qui de Antiocho triumphavit. Scipio Naſica, qui a Senatu

vir

vir optimus eſt judicatus. Scipio, qui occiſo Pompeio partes reſtituit, & victus interfecit.

Seceſſiones plebis.

SEceſſiones plebis a partibus fuerunt quatuor. Prima ſeceſſio propter impotentiam fœneratorum, cum in montem plebs armata receſſit. Secunda propter impotentiam Decemvirum, cum interfecta filia ſua Virginius Appium & totam ejus factionem in Aventino monte circumvenit, effecitque ut abdicato magiſtratu accuſati, atque damnati, variis ſuppliciis punirentur. Tertia, propter matrimonia plebei, ut ne patriciis nuberent, quam Canuleius concitavit in monte Janiculo. Quarta ſeceſſio in foro, propter magiſtratus, ut plebei conſules fierent, quam Sulpicius Sto lo concitavit.

Seditiones.

SEditiones in urbe quatuor. Prima ſeditio, Tiberii Gracchi; quem, de judiciariis & agrariis legibus ſtatum civitatis moventem, Scipio Naſica facta manu in Capitolio oppreſſit. Secunda ſeditio, Gracchi fratris ejus; quem ob ſimiles largitiones novos motus excitantem Opimius conſul, cum Decimo Bruto Callæcio ſocero ejus, convocatis ad pileum ſervis, in Aventino monte oppreſſit. Tertia ſeditio, Apuleii Saturnini Tr. Pl. & Glauciæ Conſulis; quos, comitia in campo cædibus perturbantes, Marius in Capitolium perſecutus obſedit, & conficiendos fuſtibus ſaxiſque curavit. Quarta ſeditio, fuit Livii Druſi, & Quinti Cæpionis, cum ille Senatus equeſtrem ordinem adſideret. Præcipua tamen ad motus excitandos fuit cauſa, quod Druſus civitatem omnibus Italicis pollicebatur;

Digitized by Google

tur; ſed tum a Philippo Conſule in domo ſua interfectus.

Qui adverſus patriam nefaria iniere conſilia.

CORiolanus, ob aſperiorem annonam in exilium actus, Volſcorum exercitu admoto patriam expugnare voluit, ſed Veturiæ matris precibus victus, tum ab exercitu ſuo confuſus eſt. Marcus Melius, frumentaria largitione cum videretur, juſſu Quintii Cincinnati dictatoris a Magiſtro equitum in roſtris occiſus eſt. Spurius; cum Agrariis legibus factione dominationem pararet. Manlius Capitolinus, cum pecunia conturbatores liberaret, ſuſpectus regni affectati de Tarpeio Saxo præcipitatus eſt. Catilina cum in cædem Senatus, in incendium urbis, direptionem ærarii conjuraſſet, & in id facinus Allobrogas ſollicitaſſet, ab Cicerone in Senatu accuſatus, ab Antonio in Apulia debellatus eſt.

Qui Reges vel Duces cum Romanis bella geſſerunt.

POpulus Romanus ſub Romulo pugnavit cum Sabinis, prius propter virgines raptas. Sub Tullio cum Albanis. Pontius Teleſinus, dux Samnitum; qui ad Caudinas furculas Romanos ſub jugum miſit. Pyrrhus, Rex Epirotarum; qui pro Tarentinis bellum cum Romanis geſſit, vaſtataque Campania ad viceſimum ad urbem pervenit, mox a Curio & Fabricio victus in patriam conceſſit, & cum Achaïam armis ſub ſe redegiſſet, Macedoniam quoque Antigono regi eripuiſſet, dum Argos expugnat, occiſus eſt. Omnium Græcorum ſapien-

pientiſſimus, & militaris diſciplinæ peritiſſimus fuit. Annibal, qui novem annorum, patrem in Hiſpaniam ſecutus, minor annorum quindecim imperator factus; triennio in Hiſpania vicit, & everſione Sagunti, rupto federe, per Pyrenæum & Alpes in Italiam venit, Scipionem ad Ticinum, Tiberium Claudium apud Trebiam, Flaminium apud Thraſymenum, Paulum & Varronem apud Cannas, Gracchum in Lucania, Marcellum in Campania, ſuperavit.

Status Populi Romani quas commutationes habuerit.

POpulus Romanus primum ſub regibus fuit. Deinde, poſt ſuperbiam Tarquinii, & inlatum Lucretiæ ſtuprum, expulſis regibus, tutelam ſui conſulibus tribuniſque commiſit. Deinde tribunitiis ſeditionibus agitatus, abdicatis omnibus magiſtratibus, Decemviros, legum ferendarum & Reip. conſtituendæ cauſa, paravit. Horum quoque dominationem & libidinem deteſtatus, rurſus ad conſules rediit. Donec, exortis bellis civilibus inter Cæſarem & Pompeium, & oppreſſa per vim libertate, ſub unius Cæſaris poteſtatem redacta ſunt omnia. Ex eo perpetua Cæſarum dictatura dominatur.

Initium Regni Mithridatis.

CYrus, Rex Perſarum primus, imperium Medis ademit. Duos filios reliquit, Cambyſen & Smerden. Horum Cambyſes, defuncto patre, quod major eſſet, Smerden in ſolio ſedentem, capite cœlum pulſare, per ſomnium videns, occidendum eum curavit ipſe: & deinde, revertens ab

Æthio-

Æthiopia, rebus perfractis, cum in Ægyptum veniſſet, incolaſque ejus loci lætantes advertiſſet: ratus, illos adverſis ſuis inſultare, Apin in femine vulneravit, eodemque ictu occidit. Interim Magus quidam Smerdes, Patibiatæ frater, abutens nomine ex formæ ſimilitudine, filium ſe Cyri profeſſus, regnum Perſicum invaſerat. Quod ubi Cambyſi nuntiatum eſt, regredi in patriam maturans, oblitus eſt gladium, quo Apin interfecerat, vaginæ reddere. Quod cum conaretur efficere, femen ſuum vulneravit, & eam partem, qua Apin vulneraverat. Ex eodem vulnere in paucis diebus obiit. De cujus morte poſtquam certior nuntius ad Perſas venit, Potanes Pedimam filiam ſuam, qua cum Smerdes conſuetudinem habebat, edocuit, ut, cum ille ſopitus eſſet, utrum aures tectas comis haberet, periclitaretur. Sciebat enim, a Cyro Smerdi Mago ademtas aures. Ille falſum eſſe Smerden confirmavit. Tunc ſeptem nobiliſſimi Perſæ inter ſe conjuraverunt. Eorum nomina hæc ſunt, Potanes, Hydanes, Aſpatines, Saphernes, Megaboius, Gobies, Darius. Deinde, Mago Smerde interfecto, conſtituerunt, uti, excepto poſthac Potane, ex illis regnaret cujus equus primus in loco, quem delegiſſent, hinniſſet. Tunc Hiberes, agaſo Darii, equum domini ad locum prædictum duxit. illic alia equa ab ſuo initur. Tunc equus Darii magnum hinnitum dedit. Ita Darius regnum obtinuit. A quo Artabanes originem ducit; quem conditorem regni Mithridatis fuiſſe, confirmat Salluſtius Criſpus.

Reges

Reges Parthorum.

SEleucus, Alexandri Macedonis amicus. Hujus poſt mortem Abarrida, frater ejus, juſſus Babylonem obtinere, finitimos ſub ſe redegit, unde Nicator eſt appellatus, & tres validiſſimas urbes conſtituit, Abarridam, Seleuciam, Laodiciam. Arſaces forma & virtute præcipuus, cujus poſteri Arſacidæ cognominati ſunt; qui pacem cum Sylla imperatore fecit. Orodes; qui fedus cum Cn. Pompeio percuſſit, Craſſum cum legionibus apud Carras funeſta clade delevit. Pacorus; qui filium ſuum ejuſdem nominis miſit in Syriam, ut Romanas provincias popularetur; atque ipſe a Ventidio legato Julii Cæſaris occiſus eſt.

Reges Cappadociæ & Armeniæ.

TIgranes, qui jam ſcriptus eſt; qui tertio Punico bello perdomuit ſub Mancino Conſ. & Scipione Æmiliano. Bellus, rex Armeniæ; qui cum impetum in Græciam feciſſet, & Pythii Apollinis templum incendiſſet, tempeſtate & frigore exercitum amiſit. Polycrates, rex Cappadociæ: qui ſomniavit Solem & Lunam uri: qui a præfecto Darii regis occiſus eſt. Epaminon, ejus filius, rex; qui Thebas Græcorum pugnando vicit. Periander, Rex qui Corinthi regnavit; omnia terra & mari Romanis ſubjugavit. Timoleon, qui Corinthi fratrem ſuum regnantem interfecit. Idem & Dionyſium Siciliæ regem expulit, neque ipſe ab offerentibus regnum accepit, ſed arcem quoque demolitus eſt. Hic cum convitia mala audiret, ait, Tota vita mea id egi, ut omnes liberi eſſemus.

Digitized by Google

Reges Aſiæ & Pergami.

EUmenes Carduenus Philippi Alexandri armiger belliccoſiſſimus, ſed parum proſperâ fortuna uſus, adeo tamen terribilis, ut vivente eo nemo auſus ſit Rex appellari. Antiochus jam ſcriptus eſt. Eumenes alius, qui Romanos Macedonico bello juvit cum milite ſuo. Attalus, qui pro Romanis ſæpe pugnavit. Nam teſtamento ſuo populum Romanum heredem fecit.

Reges Ponti & Bithyniæ.

PHarnaces, Rex Bithyniæ, filius Mithridatis; qui bello civili, quod in Pharſalica geſtum eſt, milite patris ſui Syriam invaſit, & adventu Cæſaris, antequam in congreſſum ejus veniret, ipſo terrore nominis ſui victus refugit in Pontum. Pruſias Rex, amicus populi Romani; ad quem Annibal victo Antiocho confugit, &, cum a rege expoſceretur per legatos, veneno ſe liberavit. Nicomedes, ſocius & amicus populi Romani; in cujus amicitia prima ætate Cæſar fuit. Qui moriens teſtamento & ipſe Pop. Rom. heredem dimiſit.

Reges Alexandriæ.

POſt mortem Alexandri Macedonis regnaverunt Alexandriæ Ægyptum octo Ptolomæi nomine, multi clariſſimi viri. Ptolomæus Evergetes; qui Alexandrum apud Ozydacras objecto clipeo protexit. Ptolomæus, filius Philadelphi, literatiſſimus; qui plurimos libros Græcos ſcripſit. Ptolomæus Soter; qui ingenti claſſe Rhodios vicit. Ptolomæus Tryphon; qui

Digitized by Google

qui ſeditioſos in theatro ſagittis occidit, alios flammis dedit. Hujus filius Cypris pro Romanis multa bella geſſit, adverſus Garamantas & Indos. Ptolomæus, Pupillus dictus; qui Pompeium tutorem a Senatu accepit, donec pubeſceret, & poſtea civili bello Pontino interfectus eſt.

Duces & Reges Carthaginienſium.

HAnno, & Mago, qui Punico bello Cornelium Conſ. apud Liparas ceperunt. Hamilcar, qui Boccor cognominatus eſt, primo Punico bello magnam partem Hiſpaniæ ſub imperium Carthaginienſium redegit, relictis filiis quatuor, Aſdrubale, Annibale, Hamilcare, & Magone. Aſdrubal, frater Annibalis; qui ſecundo Punico bello, cum ingentibus copiis ab Hiſpania veniens, antequam ſe fratri conjungeret, a Claudio Nerone expoliatus eſt.

Reges Numidiæ.

SYphax; quem Scipio Africanus victum in triumphum traxit, regnoque ejus impoſuit Maſiniſſam. Maſiniſſa Rex; qui Scipionem adverſus Carthaginem & Syphacem equitatu adjuvit. Ab eo, inter præmia commilitii, Numidiæ regno donatus eſt. Jugurtha; qui ſcriptus eſt.

Reges Mauritaniæ.

JUba Rex; qui Curionem legatum Cæſaris oppreſſit: mox, occiſo Pompeio, Catonis & Scipionis partes firmare conatus, cum ſe in regiam recepiſſet, poſt magnificam cœnam interficiendum ſe dedit. Juba, rex literatiſſimus; qui Cæſaris Auguſti juſſu regnavit,

Digitized by Google

gnavit, & magnificentiſſimam urbem Cæſaream condidit.

Qui adverſus Pop. Rom. arma ſumſerunt.

TAtius, Rex Sabinorum; qui occupata arce Tarpeia in ipſo foro cum Romulo decertavit, & interventu Sabinarum pacem cum Romulo fixit. Mettius Suffetius, Rex Albanorum; qui, contra fedus, a Fidenatibus deſtitutus, & juſſu Tulli Hoſtilii deligatus ad currum, & in adverſa actis equis, laceratus eſt. Porſenna, Rex Etruſcorum; qui Romanos ad Janiculum obſedit, propterque Tarquinios. Tiridates; qui Corbulone Conſulari viro victus & reſtitutus eſt.

Bella civilia quot.

CIvilia Bella quatuor mota ſunt in urbe a Romanis. Civile bellum primum Sulpitius Tribunus excitavit, quod ſubſcriptam provinciam Mithridaticam Sylla in Marium transferre noluiſſet. Secundum bellum Lepidus contra Catulum, ob metum Siciliæ expoliatæ. Tertium bellum Cæſar & Pompeius. Belli ſpecies magis, quam cauſa fuit, negatus a Senatu Cæſari conſulatus. Ceterum utriuſque æmulatio & cupiditas imperii occupandi. Nam, cum ſecundum mores legemque majorum dimiſſo exercitu venire in urbem Cæſar deberet, & docere Senatum de rebus a ſe geſtis, atque ita triumphum conſequi; ſimulans, ſe gratiam timere Pompeii, negavit ſe miſſurum exercitum, niſi conſularibus comitiis ratio abſentis ſui poſita fuiſſet. Quamobrem hoſtis a ſenatu judicatus, ſtatuit id bello vindicare. Ac ſic non conſulatum modo ac triumphum, ſed totum

Populi

Populi Romani imperium redegit in ſuam poteſtatem. Quartum bellum Cæſar Auguſtus adverſus complures duces: contra Pompeium juvenem bona paterna repetentem: mox adverſus Caſſium & Brutum in ultionem interempti patris; deinceps adverſus Antonium & Cleopatram ultro bellum patriæ inferenteis.

Quot genera bellorum.

BEllorum genera ſunt quatuor. Gentile; quod cum externis geritur; ut Romani cum Latinis, Athenienſes cum Lacedæmoniis. Servile; quod Romani adverſus fugitivos geſſerunt, & contra duces eorum, Spartacum, Crixum, & OEnomaum. Civile; quo inter ſe certant, ſicut Marius & Sylla, Cæſar & Pompeius, Auguſtus & Antonius.

Ordo Belli Mariani.

INexplebilis honoris Marii cupiditas, decretam Syllæ Ponticam provinciam voluit eripere per rogationem Sulpicii tribuni plebis. Sylla indignatus continuo ad exercitum perrexit, & eum urbi admovit; & in patriam ingreſſus, Capitolium occupavit. Quo terrore victus Senatus, Mario totique factioni ejus interdixit. Profecto deinde in Aſiam Sylla, Marius exul cum profugiſſet, ac primum Minturnis in palude latuiſſet, tum conjectus in carcerem evaſiſſet, interim Cinna & Octavius in urbe eſſent; ob hoc, occaſione data, Marius redit, & ſe cum Cinna adjunxit, victis Octavianis partibus. Septies conſul creatus ſæviſſimis cædibus totam urbem funeſtavit. Sylla interim victo Mithri-

date in urbem reverſus, prope totam Italiam in armis invenit, ſub juvene Mario Marii filio: ſed omnes ejus copias partim in Etruria ad Sacriportum, partim ad Collinam portam proſtravit; & reliquias adverſariorum eorum, qui ſe dediderant, in valla publica trucidavit. Qui diffugerant, in tabula proſcripſit, jure permiſſo ut interficerentur.

Ordo Belli inter Cæſarem & Pompeium.

CÆſar, & Pompeius, & Craſſus, inita ſocietate, imperium Romanorum poſſidebant. Cæſar Gallicos, Craſſus Syriacos exercitus habebat. Pompeius, horum viribus fretus, in Senatu dominabatur. Poſt Craſſi mortem apud Parthos Muſus Barbarus Aſculanus, Quintus Lutatius Catulus.

De Bello Macedonico.

POpulus Romanus cum Macedonibus bellum ter geſſit. Sub Flaminio Conſule regem eorum Philippum vicit. Sub Paulo Perſen *Philippi* filium. Sub Metello Macedonico Pſeudophilippum. Primi belli cauſa, quod de injuriis Macedonum Græci querebantur. Secundi, quod fœdus cum patre ſuo percuſſum ruperit Perſes. Tertii, quod falſo nomen regum Macedonum Pſeudophilippus invaſit.

De

Digitized by Google

De variis Cladibus Populi Romani.

ETruſco bello; cum Porſenna rex Janiculum obſedit. Gallico bello; cum Galli Senones, exercitu apud Alliam deleto, urbe incenſa, Capitolium obſederunt. Tarentino bello; cum Pyrrhus ad viceſimum lapidem totam Campaniam populatus acceſſerat. Punico bello; cum Annibal Cannenſi exercitu fuſo ad tertium lapidem caſtra poſuit. Cimbrico bello; cum Cimbri Tarentinas Alpes occupaverunt. Servili bello; cum Spartacus, Crixus, & OEnomaus gladiatores, populata prope Italia, cum ad incendendam urbem pergerent, in Lucania a Craſſo, in Etruria a Pompeio Conſule, opprimuntur.

De tribus Punicis bellis.

POpulus Romanus cum Carthaginienſibus dimicavit. Primum Punicum bellum navalibus copiis geſtum eſt. Cauſa motus prætendebatur duplex. Altera, quod Carthaginienſes Tarentinis adfuiſſent. Altera, quod Mamertini adverſus Pœnos auxilium poſcerent. Cæterum, revera præmium fuit Siciliæ & Sardiniæ poſſeſſio, fertiliſſimarum inſularum. Appius Claudius bellum in Siculo freto commiſit; Manlius & Regulus in ipſa Africa profligaverunt: Duillius Conſul apud Liparas inſulas; Lutatius Catulus apud Ægates, merſis hoſtium claſſibus, conſummaverunt. Secundum Punicum bellum longe omnium cruentiſſimum fuit. Cauſa, quod Annibal contra fœdus Saguntum evertiſſet. Prima clades hujus belli apud Liſternum, vulnerato Patre Scipione; quem Publius Scipio, nondum pubes, protexit ac liberavit. Secunda clades apud Trebiam, vulnerato

Flacco Conſule. Tertia apud Thraſymenum, vaſtato Flaminii exercitu. Quarta apud Cannas, deletis duobus exercitibus Pauli Conſulis morte, Terentii fuga Varronis. Poſtea vero quatuor duces Punici belli gloriam ſibi vindicant. Fabius ſive Cunctator; qui imminentem urbis excidio Annibalem mora fregit. Marcellus; qui primus Annibali apud Nolam reſtitit, & inclinatam ejus aciem pene ictus cruciavit. Claudius Nero; qui venientem ab Hiſpania Aſdrubalem cum ingentibus copiis, priuſquam ſe Annibali jungeret, excepit, & ingenti prælio vicit. Tertium Punicum bellum majoris gloriæ quam operis fuit. Nam, Manilio Conſule, inchoatum excidium Carthaginis Scipio Æmilianus conſummavit; una cum Tigrane cum incenſa Carthagine totius Africæ urbes in perpetuum repreſſit, quod contra fœderis pactionem Carthaginienſes reparaſſent claſſes, & arma finitimis intuliſſent.

Usque Imperium Trajani qui victi ſunt & per quos, CCIV.

PEr Flaminium Conſulem Macedonas vicit, ſub rege Perſe bellantes. Per Scipiones Africanos, Carthaginienſes. Per Paulum Conſulem, Perſen in Syria vicit regem Antiochum. Per Scipionem Æmilianum Celtiberos, & Numantiam. Per eumdem Scipionem Luſitaniam, & ducem Viriatum. Per Decimum Brutum Galliam. Per Mummium Achaïcum, & Corinthum, & Achæos. Per Fulvium Nobiliorem Ætolos & Ambraciam. Per Marium Numidas & Jugurtham. Per eumdem Cimbros & Teuthones. Per Syllam Ponticos & Mithridatem. Per Lucullum item eoſdem Ponticos & Mithridatem: item Cilicas piratas, & Armenios cum rege Tigrane, & plurimas Aſiacas gentes. Sub hoc enim ad Indicum Oceanum, & Ru-

brum

Digitized by Google

brum mare uſque pervenit. Per Caium Cæſarem Gallias & Germanias. Britanniam ſub hoc duce non tantum vidit, ſed etiam navigavit Oceanum. Per Cæſarem Auguſtum Dalmatas, Pannonios, Illyricos, Ægyptios, Germanos, Cantabros, totumque orbem perpacavit, exceptis Indis, Parthis, Sarmatis, Scythis, Dacis, quod eos fortuna Trajani Principis triumphis reſervavit.

De Comitiis.

COmitia dicuntur a comitatu & frequentia, quod Patres & Claſſes ad ſuffragia vocantur, creandorum magiſtratuum vel ſacerdotum cauſa. Comitiorum autem triplex ratio eſt. Hæc curiata, hæc tributa; hæc centuriata dicuntur, quia hæc per curias & per tribus & per centurias explicantur. Si tranſlatitium ſit, & ſolitum, de quo populus, curiatis tranſigitur. Si amplius, tributis. Si in ſummo diſcrimine eſt, tum miles ad ſuffragia vocatur, & Comitia centuriata dicuntur.

De Populi Romani diſtributionibus.

ANtiquiſſima Populi Romani diſtributio triplex eſt, quam Romulus fecit; in regem, in ſenatum, in populum. Qui populus in tres tribus dividebatur; Titienſem, Lucerem, Ramnetem. Sequitur Populi Romani diſtributio ſub Servio Tullio rege; qui eum in tribus, claſſes, centurias, diviſit. Ab iteratione cenſus, ut optimus & locupletiſſimus quiſque in ſuffragiis, id eſt, in Populo Romano plurimum valeret. Et tertia diviſio eſt in Patronos & clientelas, qua inferiores ſuperiorum ſe fidei committebant.

Digitized by Google

De Rebuspublicis.

RErumpublicarum tria genera ſunt; Regium, optimatum, populare. Aut enim ſub regum ſunt poteſtate; ut Seleucia Parthorum. Aut Senatus; ut Maſſilia Gallorum. Aut ſe ipſi regunt, ut Athenienſes ſolebant. Eſt & quartum genus, quod Romani commenti ſunt; ut ex his tribus unum efficerent. Nam & regiam poteſtatem Conſules habent, & plebs habet ſuffragiorum poteſtatem.

FINIS.

1, op
n ſunt
s; ut
enien-
omani
erent.
plebs

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google